

ANTONII  
POSSEVINI  
SOCIETATIS  
IESV

BIBLIOTHECAE  
SELECTAE

Pars Secunda.

2 V A A G I T V R  
DE RATIONE STUDIORVM

In Facultatibus, quæ in pagina sequenti indicantur.

2 400 40  
Barta  
MADE IN SPAIN



Castillo

Superiorum Permissu, Vna cum  
CLEMENTIS VIII. PONT. MAX.  
Priuilegio ad decennium.

ROMÆ,  
Ex Typographia APOSTOLICA VATICANA.  
M. D. XCIII.


ANTONII  
POSSEVINI  
SOCIETATIS  
IESV

BIBLIOTHECAE  
SELECTAE

Pars Secunda.

QUA AGITUR  
DE RATIONE STUDIORVM

In Facultatibus, quæ in pagina sequenti indicantur.



*Castillo*

*Superiorum Permissu, Vna cum*  
CLEMENTIS VIII. PONT. MAX.  
Priuilegio ad decennium.

---

ROMÆ,  
Ex Typographia APOSTOLICA VATICANA.  
M. D. XCIII.



SECUNDA HAC PARTE  
CONTINENTUR  
CHRISTIANAE METHODI.

- Ad Iurisprudentiam.
- Ad Philosophiam generatim, mox Platoniam, deinde Aristotelicam.
- Ad Medicinam.
- Ad Mathematica.
- Ad Humanam Historiam.
- Ad Poësim profanam, siue Ethnicam cum sacra collatam.
- Ad Ciceronem collatum cum Ethnicis, & sacris Auctoribus: cuius occasione agitur de Ratione conscribendi Epistolas, & de Arte dicendi etiam Ecclesiastica.

SIGISMUNDO  
TERTIO


POLONIAE, SVECIAE, GOTHIAE, VANDALIAE

Regi:

MAGNO LITVANIAE DVCI: & cet.

ORATIO

Antonius Posseuinus Societatis IESV.



*Equissimum, Rex serenissime, fuit, ut priore Operis huius parte Summo Pontifici dicata, secundam Maiestati Vestrae inscriberem. Illam Patri Sanctissimo, in qua de Diuinis rebus actum est. Hanc de alijs disciplinis, ac de Humana Historia, Regi, quem tamquam filium unice diligit. Sic enim utraque prodit suo tuta praesidio, tractanda libentius ab omnibus, atque a subditis V. Maiestatis, in cuius Regno, uti & antea Roma, sua cepit incrementa. Sanè rei multò antea concepta, ac delineata Gregorius XIII. aeternae memoria Pontifex Maximus, & Serenissimus Ioannes Tertius Rex Maiestatis Vestrae Patrens stimulos addiderant, ut partium in commune bonum attentarem. Nam cum simul conuenissent, ut tenera V. Maiestatis aetas optimis institutis imbueretur; ac vero pietatem, & verarum scientiam rerum à Septentrione per haereses fuisse pridem ablegatam, ipsis oculis vidissem, non potui non permoueri ad hanc, quantumuis arduam, provinciam suscipiendam, tum hac scribendi, tum una cum fratribus meis dispellendi inde tenebras, quo mittebamur. Nimirum inprimis, ut in unius adolescentis Regij, hoc est, V. Maiestatis pectore plantaretur, quod praesagebat animus fore, ut breui ad alias quoque Prouincias palmites latissime esset extensurum. Sic igitur refutatis Dauidis Chytrai erroribus, qui Regna illa pluribus haeresum libris infecerat, eoq. Opere dedicato Parenti Maiestatis Vestrae, iam huius pars in eius nomine apparet, erga quam cum plurima Diuina prouidentiae argumenta vidimus, tum eadem certò persuadent, neminem frustra pro fide Catholica laboraturum, ubi Maiestas Vestra est regnatura.*

*Primum illud, quòd maternam duxit originem è Jagellone, qui Christianam fidem in Polonia Regno sic excitauit, ut eandem quoque ipsemet*

populos suos Princeps tantus docere non erubesceret. Paternam vero ab eo Rege, in cuius familia BB. Brigitta, & eius filia Catharina extitissent.

Secundum. Quod collapsis Septentrionis rebus, viq. olim Episcopis, & Sacerdotibus omnibus inde eiectis, Deus tamen Serenissimam Catharinam Maiestatis Vestrae Matrem cum Parente, tum Magno Finlandiae Duce, coniunxerit, ne (ipso potissimum auxiliante) omnino lucerna fidei, in eiq. sacrificium Daemonibus, & Hæreticis tremendum extingueretur.

Tertium. Quadriennij custodia, in qua Serenissimus Pater immerito detentus genuit in vinculis Maiestatem V. solutam videlicet aliquando Impietatis vincula, & iugum illud excussuram, quo tot innocentes populi gravissimè premebantur. Neque enim gravius eo iugo subditis poterat esse, quàm cum non palea solum, quod fecerat cum Israelitis Pharao, sed & triticum, hoc est, Sanctissima Eucharistia, qua faciebat virgines, ac monasteria servabat, populis adimebatur, caelestiq. itineris Ducibus, hoc est, Sacerdotibus extinctis; aut amandatis, omnis veritatis semita erat obstructa.

Quartum, ac quidem multiplex Divina providentia argumentum. Quod, nata Maiestate Vestra, secuta est liberatio Serenissimi Parentis, Evectio ad Regnum, Depressio hostium, ac, quod caput fuit, seria in illo Religionis vera cogitatio; difficillimorumq. nexuum prudens dissolutio, ac tandem ad immobilem Sedis Apostolicae petram nobilis legatio. Os enim Domini per summum eius sacerdotem consulendum esse potius, quàm per nescio quos à fide aversos consulendum sibi in summo Religionis negotio sapientissimè statuit. Ex quo factum est, ut cum deinceps seipsum Catholico Sacerdoti per totius anteacta vite confessionem expiasset, sacramq. de ipsius manu synaxim accepisset, sanctè polliceretur, numquam se animo Calvinianis, aut Lutheranis erroribus adhaesurum. Videlicet ista pietatis semina puero adhuc illi Deus ipse indiderat. Qua & in frugem maturiorem eduxit traectio in Angliam; ubi incidens in Cyrillum Alexandrinum, Ioannis Apostoli, & Evangelistae sextum caput interpretantem, passus est sibi cæpisse sordescere scripta, quaecunque ab Hæreticis Sueciam, Gothiam, Finlandiam inundarant: Id quod fecit, ut splendidissima Ecclesiae lumina Patres ipsos veteres curaret sua in Regna inuehi, eos distribui, illorum doctrinam è suggestibus interdum, vel ab ipsis fidei hostibus, afferri; adolescentes ad Academias duntaxat Catholicas, aut adeo ad ipsa Pontificia Seminaria mitti; instaurari Tempia; Aras excitari; sublatum argenteum B. Brigitta loculum restitui; Sanctimoniales Vastenses iuvari, atque a Catholicis Sacerdotibus communiri; Sancti Erici Regis ossa per eosdem in sepulchrum honorificentissimum inferri; In demortuae autem Reginae Matris funere publica in Concione testimonium ferri, eam catholice,

tholice, ac sanctè vixisse, obuisse verò in fide Romana Ecclesia, extra quam nulla esset salus. Sic inquam Rex ille.

At & ingens erga Maiestatem Vestram fuit Divina indicium providentia. Quod dum Stephanus Poloniae Rex captus de Mosco arcibus tertium victor esse pergebat; uterque Rex, nimirum Ioannes Tertius, & Stephanus Primus, spatia Regnorum ampliora, Livoniamq. Vestrae Maiestati parabant, in quibus seipsam paulò post exereret, gratissimiq. erga Deum animi, reuocandis ad antiquam pietatem populis, signa praberet. Sed & eodem tempore in Suecia V. Maiestati Diuinitus sapientia infundebatur, qua & gemitus pro fide Catholica edebat, & sacramenta Catholico ritu accipere nitebatur: cumq. antea puer Gregorio XIII. Pontifici Maximo innocentissimam per litteras, quas primas omnium scripsit, obedientiam detulisset, audebat pro Christo pati; dum eos, qui errores aduersus Catholicam Religionem spargebant, audire detrectaret, fallacemq. illam Sanctissimæ Eucharistiae sub utraque specie Laicis porrectionem auersaretur, quoniam à Spiritu Domini haud proficisci intelligebat. Et vero leti recordamur, qua verba Proceribus amissionem Regnorum, si pergeret esse Catholica; militantibus respondit, satius esse inquit, terrena, quàm caelestia Regna deperdere; atque addens, sese Deo, si rueret etiam Mundus, fidem omnino prestituram. Qua vox non adolescente Principe, sed maturissimo Rege digna, celos penetravit; atque inde contexit eas, quas iam cernimus capiti V. Maiestatis coronas imponi. Quippe o Rex optime, Deus fidelis est remunerator, qui se vinci à creatura sua non sinit, ac cuius, quod stultum miseri homines opinantur, sapientius est, quodq. infirmum putant, id potentius est omnibus hominibus. Ecce autem, cui moriente Serenissima Matre, praesidia Catholica tutanda Religionis defutura timebantur, continuo Deus adfuit, qui numquàm recta volentibus in necessarijs deest. Eam enim Parenti Regi mentè iniecit, ut & Catholicos Sacerdotes nostros retineret apud Maiestatem Vestram, ac Templum extrueret in Arce Stocholmiensi ab omni hæresi impollutum, & denique ab omnibus iurari in Maiestatis Vestrae futura Regna curaret. Quin etiam adhuc in oculis Domini parum hoc fuit. Cum enim Rex Stephanus ex hac vita decessisset, euocata Maiestas Vestra ad Poloniae Regnum, traiecit maria, inq. ipsam Cracouiae Regiam non tam veniens, quàm à Custodibus Angelis inuecta, Regni habenas moderari cepit intrepidè. Eaqtum prior cura fuit restituenda catholica Religionis: Rebellibus autem capite plexis, qui Catholicos Riga expulerant Sacerdotes, hosce in Tempia, & in pristinam possessionem asseruit. Nec vero hic Divina liberalitas substitit. Quem enim decreuerat Christi Vicarium in Terris adlegere, Cardinalem tunc, nunc Clementem Octauum Pontificem Max. ad eam

ad eam misit, ut rebus Polonici Regni compositis, monitisq. sanctissimis re-  
lictis, meliore loco adesset Maiestati Vestra, quam Parens ipse fuerat se-  
cundum carnem; consilio autem, atque assiduis apud Deum precibus, &  
quibuscumque alijs rebus, in tanta rerum Christianarum perturbatione  
posset, adiuuaret. Congressum sanè illum faustissimum fore intelleximus,  
cum sereno calo, post meridiem, splendidissimum utriusque capiti sydus ex-  
tra Cracouiam emicuit, quod quidem ad speranda e celo maiora subsidia  
omnes impulit. Addita verò est non ita multo postea ex Austriaca, & Ba-  
uarica familia Virgo pudicissima V. Maiestatis uxor, spesq. prolis, non  
tam facta, quam effecta est. Cum ecce demum inuitatur ad Paterna Re-  
gna capeffenda, ut viribus in Terris aucta, augeat & ipsa numerum  
animarum apud Deum, vicemq. Diuina Bonitati rependat, immarces-  
scibiles postea, & omnibus gemmis ditiores coronas receptura, si in hoc  
potissimum incubuerit, qui Regum debet esse scopus ipsissimus.

Qua cum ita sint, An ne ego cuiquam alij magis, quam Maiestati V.  
hanc laborum meorum partem addicere poteram? Erit, erit, spero, Sere-  
nisime Rex, cum hac & inter summas occupationes illam aliquando le-  
uent, facileq. administrandi modos è sapientissimis collectos suggerant; ac  
verò etiam vsui alicui sint ijs, qui tum in Polonia, Lituania, & Russia  
excolumunt, tum in remotioribus suis Regnis exoptant, ut Upsalia reuiu-  
scat Academia. Qua quondam Pontificijs legibus, ad Bononiensis formam,  
instituta, dum in Catholica Religione stabat, florebat in studijs, qua illa  
abeunte, prorsus euauerunt. Utinam Rex, autum decus familiarum sua-  
rum Procures illi respiciant, postquam summa Dei miseratione Regem  
sunt assecuti, qui priora Sancti Erici Regis vestigia insisit. Deus au-  
tem Dominus, per quem Reges regnant, faciat Maiestatem Uestram  
in gentem magnam, ac demum ubi diu legitime fidam, in hoc Mundo,  
redemptis Filij sui sanguine animabus operam nauauerit, coronet ater-  
nium in Calis. ROMÆ. Kal. Iulij. M. D. XCIII.

ARGV-

# ARGUMENTVM LIBRI DVODECIMI, QVI EST DE IURISPRVDENTIA.



Rdinis ratio querebat, ut Iurisprudencia post librum Tertiumdecim-  
 um, in quo agitur de Philosophia, collocaretur, quando Philo-  
 sophia Moralis est pars, suumq. sub illa obtinet locum. At placuit  
 secundam Selecta Bibliotheca partem inde incipere, unde maior  
 ad omnes manaret utilitas: Videlicet in ipso operis aditu obuium  
 esset, quod Regio, eiq. æquissimo dicatum ingenio, Senatorum, ac  
 Magistratum filios alliceret ad legendum, è quibus si rectè excolantur, Christianæ  
 Reipublicæ spes pendet ipsissima. Quin etiam cum è legum occasione Ciuilium  
 fuisset de Naturali, Diuina, & alijs agendum, earum notitia patere omnibus aliqua-  
 debeat: ijs præcipue, qui reliquas disciplinas, & facultates, quæ in secunda parte Bi-  
 bliotheca continentur, essent tractaturi: Videlicet, ut animo deinceps æquiore plura,  
 quæ ad philosophiam pertinent, dispicerent: Suum cuique, hoc est veritati, tribuerent.  
 Mathematicæ proportionibus re ipsa in publicum commodum conferrentur. Historia  
 vero Humana: & Actio causarum in foro: ac Prædicatio Euangelij è suggestibus:  
 Iudicium item in Confessione Sacramentali. Epistolarumq. decens, ac prudens scri-  
 ptio: Negociorum denique procurandorum ratio aptior hinc aliqua nosceretur.  
 Quin etiam Medici ipsi haberent, quod hinc ad sese faceret: cum, Principum, & Ma-  
 gistratum corpora curantes, animos item, atque adeo Respublicas ipsas (si quid  
 hinc lucis hauserint) sanare opportunis colloquijs, quasi agentes aliud, possint.

Et fortassis alij fuerint, qui huic addenda existimassent, quæ de sacris Ecclesiæ legi-  
bus, & Canonico iure dicenda sunt. At hæc in alteram nostram Bibliotheca, quæ incri-  
bitur Sacra, contectimus: quod cum Canonès è Patribus, Pontificibus, Synodis vim suam  
acceperint, æquū erat, ut proximum ipsis, tanquam riuu fontibus, locum occuparent.

Porro scripsere plures de Ratione Iurisprudentiæ affequentæ. Bartholus<sup>a</sup> de or-  
 dinando Iuris Ciuilis studio, Petrus<sup>b</sup> Rebutus, Lucas<sup>c</sup> de Penna, Ioannes Baptista  
 de<sup>d</sup> Caccialupis: Ioannes Coralius Tolos de Iure Ciuilis in artem redigendo: Fran-  
 ciscus Duarenius de ratione discendi, docendiq. Iuris Ciuilis: Franciscus Balduinus de  
 Historia coniungenda cum Iurisprudencia: Claudius Cantiuncula de ratione studij  
 legalis: Fortunius Garcias Hispanus de Iuris Canonici, & Ciuilis sine vltimo, contra  
 quem scripsit Epo Phrisius: Antonius Massa Galleus Romanus de Iurisprutorum  
 exercitatione: Constantius Rogerius Gallus de Iuris interpretatione: & ante hos Lu-  
 douicus Pelleus Carnutensis de arte & scientia Iuris Ciuilis: Ioachimus Hopperus  
 Phrisius de Iuris arte: Aymarus Riuallius Allobrox, & Valentinus Forsterus de Hi-  
 storia Iuris Ciuilis; sed pene omnium postremus, qui ad nostras manus venerunt, fuit  
 Petri Gregorij Tolosatis libellus de Iuris arte, methodo, præceptis, quibus singulares  
 negotiorum hypoteses ad æquum bonum facile (vt innuit) reducuntur: At ille hæc  
 vberius yberiore libro, quod Syntagma Iuris vniuersi inscripsit. In quo Diuini (inquit)  
 & Humani Iuris totius naturalis, ac noua methodo per gradus, ordinemq. materiam  
 vniuersalem, & singularium rerum, simulq. iudicia se explicaturum pollicetur.

Ex his omnibus cum plurima colligi possint, quæ ad id, quod spectamus, attinent:  
 Ut tamen ratione illam imprimis sequeremur, quæ nos ad condendam hanc Biblio-  
 thecam permouit, qua videlicet Christianæ pietatis methodum, & faciliorem viam,  
 Deo aspirante, monstraremus ijs, qui initio se daturi sunt his studijs, totam rem paul-  
 lò facilius, & ad captum omnium tradidimus. Adiecimus loca ex Auctoribus, qui  
 minus ab adolescentibus haberi solent ad manus, præsertim initio studiorum, vt ne  
 fatigati sola eorum citatione, fructum amitterent, quem ita subinde percipient, vt aui-  
 dius erga hæc iustissima studia ferantur. Reliqui vero libri, in quibus vel fufius, vel  
 interius

Secunda pars  
 Selecta Biblio-  
 theca dicata est  
 Sereniss. Sigis-  
 mundo III. Po-  
 lonia & Suecia  
 Regi.

<sup>a</sup> In oratione,  
 qua ad calcem  
 eius operis ad-  
 iuncta est, De  
 quinque pani-  
 bus, & duobus  
 piscibus. Qua-  
 no. C. de re Iu-  
 dic. & off. sent.

<sup>b</sup> Lib. 1. de Scho-  
 lasticorum pri-  
 uilegijs.

<sup>c</sup> In l. unica,  
 de stud. liberal.  
 Vrbs Roma. C.  
 lib. 11. & in l.

<sup>d</sup> C. qui atate  
 se excusant. lib.  
 16. & l. 3. de  
 his qui liber. se  
 excusant.

<sup>e</sup> Lib. de Modo  
 studendi.

Lugduni apud  
 Gryphos 1580.



interius ea traduntur, quæ ad ipsam actionum Ciuiliū methodum consequendam pertinent, grandioribus relinquendi erant; quorum tamen nonnullos huic nostræ tractationi intertextuimus.

¶ Ceterum & studiosi, & qui solida rectæ Politicæ elementa haurire cupiunt, discent hinc ordinem, qui ordinatissimus est, hunc sequi.

¶ Vt primo Diuina, ac æterna lege cognita, quæ lex amoris est, lex ab ipso Deo data, hoc est, Decalogus probe noſcatur.

¶ Vt vis Christianæ legis, quam è Cælo detulit æterna Patris sapientia, quæue legem naturalem, & alias impleuit, nō tam intelligatur, quā diligatur; & alijs, vt (æquisimū est) præferatur. Quam ad rem munitur via ijs locis, & libris, qui suis locis adnotantur.

¶ Tum ad leges duodecim Tabularū accedant, in quas cum aliqui scripserint accuratè, & nitidè, & quina ij fuerint, & quænam in ijs Tabulis cauēda sunt, ostendimus.

¶ Inde ad Romanas veteres leges accedant, quæ ab alijs collectæ sunt post Pomponium, & eiusmodi reliquos.

¶ Tū ad Iustiniani institutiones, ac demū ad reliquas Ciuilis corporis partes veniāt.

¶ Sic vero sine circuitione, aut ambagibus inspectabunt in id semper, quod optimum est, memores illius, quod afflatu Diuino Dauid Rex pronunciauit. *Cognoui (inquit) Domine, quoniam æquitas iudicia tua.* Et illius. *Diuina lex illuminat oculos:* Et rursus illius. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Tum vero, vbi Auctores perpaucos, & probatos, quos indicauius, attentè, & maturè perlegerint, iam tutiores ad publica negotia, & tribunalia accedent: memores præsertim & Patriæ, quam non habemus hic manentem, sed in cælis: & Diuini illius Tribunalis, cui omnes aliquando sistemur.


¶ Non erit autem, cur aliquis novos hæreticorum libros de Iurisprudencia verset, qui linguæ elegantioris specie ornati (cum in ijs læpissimè lateant spinæ hæresum, & impietatis) solent adolescentium Bibliothecas frequentantium animos à recto plerumque abducere. Nam si quid tandem in ijs boni est, id hæretici ex Auctoribus optimis, quos monstrauius, iusturati sunt; quin, & ita decurtarunt, vt læpe nec caput, neque pedes appareant. Præterquæ quod ijdè ab Ecclesia S. Catholica Romana prohibiti sunt, cui qui obedit, Deo obedit, qui mauult obedientiam, quam sacrificium.

¶ Porro de Rebus publicis, deq. ijs, qui Christianā ad Ethnicās, & ijs peiores detorse- runt: ea monuimus, quæ nonnulli, ætate licèt grandiores, ac docti, quoniā ex Italiæ, aut è Patriæ finibus, haud vnquā erāt egressi, minūs, aut tardius potuerūt intelligere.

### CAPITA LIBRI DE IURISPRVDENTIA.

- |  |   |
|--|---|
| 1 Origo Iuris.   | Digestum vetus, Infortiatum, Nouum.   |
| 2 Interior de origine Iuris expansio, ac de legum Origine Diuinarum. | 14 Cautio ad inueniendas in Pandectis leges accom-<br>moda, & de Iurisconsultis veteribus.  |
| 3 Æquitas legum.   | 15 Codex Iustiniani, vbi & de Gregoriano, & Her-<br>mogeniano, & Theodosiano.   |
| 4 Sententia ex Iure Ciuili de Benignitate, Æqui-<br>tate, Rigore.    | 16 Nouella.   |
| 5 Respublicæ, de quarum notitia æquitas comparari<br>potest.         | 17 De Iuris Ciuilis Interpretibus.  |
| 6 Corporis Ciuilis vniuersalis partitio.                             | 18 De Tractatibus in Iure scriptis.   |
| 7 Institutionum Iuris Ciuilis materia, & Partitio.                   | 19 De Tabulis Iuris Ciuilis vniuersi Præmonitio.  |
| 8 Cautiones vtilissima.  | 20 Iuris vniuersi distributio.  |
| 9 Methodus, & Ratio interpretandi Institutiones<br>Iustiniani.       | 21 Consideratio Viri Iurisperitissimi, in Tabulas de<br>Iurisprudencia.   |
| 10 Aptatio pietatis ad libros Iustiniani exponēdos.                  | 22 Tabula altera seriem, ac ordinem Iuris Ciuilis<br>complectens.   |
| 11 Pandectæ.   | 23 Rationes, hæc cur tractatio de Iurisprudencia non<br>vnam methodum complexa sit. Respondetur<br>item ad ea, quæ à probis viris prudenter quæ-<br>ri, vel dubitari potuerunt. |
| 12 Septem partes pandectarum ex Iustiniani par-<br>titione.          |   |
| 13 Cautiones de altera Pandectarum partitione, in                    |   |

ANTO-



# ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV

Liber Duodecimus

## BIBLIOTHECÆ SELECTÆ

Qui est de Iurisprudencia.



ORIGO IURIS. Caput 1.

**A** VMANARVM Iurisprudenciæ legum præstantiam, etsi mo-  
les, ac multiplex difficultas infuscant initio; commendant ta-  
men necessitas explicandarum communium rerum; confer-  
uatio pacis; æquitas; eorum denique, à quibus leges aut  
conditæ, aut collectæ, aut explanatæ sunt, grauitas & eruditio:  
At, si antequam in tam ingentem siluam pes inferatur, quæ-  
dam præcesserint, expeditior vtique occurret semita, ne am-  
bagibus vllis, vel obicibus ingenium retardetur; sed progredienti apta vndequa-  
que incurrat in oculos materia, ex qua collocandæ iustitiæ sedes extruatur.

Porro cognitu in primis pernecessaria sunt. Iuris origo. Æquitas. Partitio le-  
gum, & legalium librorum. Iurisconsultorum veterum ingenia. Interpretum, qui  
secuti sunt, labores & qualitas. Cautiones autem vniciue rerum illorum capi-  
ti sic respondentes, vt quæ desideratur à bonis Methodus Christianæ ac verè Po-  
liticæ Iurisprudenciæ, ea quæ sit breuior ac tutior constet.

Liuius in immenso licet aliarum super alias numero aceruatarum sua ætate le-  
gum, fontem tamen omnis publici priuatiq. iuris, XII. Romanæ tum Reipublicæ  
Tabulas agnouit: quæ post exactos ab vrbe Reges, ex Solonis legibus, & aliarum  
Græciæ ciuitatum institutis ac moribus petitiæ, cum primo essent decem, deinde  
duabus aliis sunt auctæ. At quàm cœnosus fuerit ille fons, præsertim vbi de reli-  
gione agit, non ita multo post monstrabimus. Quin & Lacedæmonum instituta  
iam pridem Sabinis communicata fuerant, & per Numam Sabinum Romam trās-  
ta. Et Athenæus lib. 6. scribit, Romanos diligentius quàm ipsos Lacedæmones,  
conseruasse Læonicam politiam, quam erant imitati. Itaque non temere Insti-  
nianus originem Iuris ciuilis repetit à Lacedæmoniis & Atheniensibus, apud quos

Vtilitas Iu-  
ris pruden-  
tiæ.

Vide Fran-  
cisum Bal-  
duinum cō-  
mentar. ad  
ll. XII. Tab.

a frequens

frequens erat, leges aliquas certas petentibus Atticas eorum leges ut optimas reddidit. Narrat enim Eusebius in Chronicis, iis iura composuisse ex Draconis, Solonis, Græcorum legislatorum libris. Sic Romani quod ab Atheniensibus primum sumptierant, iis tandem reddiderunt.

Pomponius Enchiridio de origine iuris, & omnium magistratuum, ac successionis prudentium, alius ab legibus Regum Romanorum orditur, quas quoniam Papyrius collegerat, et si postea Tribunitia potestate ex parte exoleuerunt, ius Civile Papyrianum vocatum est. Is Pomponij libellus utilis est ad cæcam illam antiquitatem utcumque notendam.

Græci, Romaniq. quo carius leges suas venditarunt, Minos ab antro Iouis, Zaleucus a Minerva, Lycurgus ab oraculo Pythio, Numa ab Egertia, alij ab aliis, eas iactabant se accepisse. quæ tamen cum plerumque inter se diliderent, suam prodebant vel infirmitatem, vel nequitiam: quam qui liquidius nosse cupiet, Theodoretum nonum de legibus librum utilissime perlegere poterit.

Plato quum in Aegypto propius ad fontes veritatis accessisset, multis argumentis ostendit, a Deo ingenerata nobis esse principia iuris; ac licet (quoniam in Deum recta non ferebantur, non labi non potuit, dum Remp. suam institueret, ab ipsa legis rectissima norma deflectentem:) magni tamen momenti esse possunt ad socordes mentes excitandas, quæ homo ethnicus libris suis imperit, quod aliqua in Aegypto lucem haulerat (ut alibi diximus) è diuini codicis editione Græca, de qua scribit Clemens Alexandrinus: Qualia illa sunt.

Fidem esse seruandam; immo aduersus hostem sempiternam fidei auctoritatem constare debere. Iustitiam colendam. Iniustitiam omnibus diris detestandam. Ex illa felicitatem, ex hac infelicitatem existere. Ius suum cuique tribuendum, ita ut vnique erit bono. Neminem lædendum, nec hostem quidem. Qui secus faxit, Deus ipse vindex erit. Itemq. illa. Magistratus subiectorum curam gerito, & publicæ utilitatis singularem rationem habeto. Qui priuatum emolumentum in publici muneris administratione publicæ anteposuerit utilitati, damnas esto, & peculatus pœnas luito. Qui in Republica magistratum ambierit, damnas esto, & ambitus pœnas luito. Præterea vero addidit. Nemini vel commodi etiam tui causa esse iniuriam inferendam. Ne quid fallaciter, malove dolo fiat. Deum esse vnum, atque eundem, immutabilem, omnium bonorum auctorem, veracem, cupiditatibus humanis nullo modo obnoxium, optimum, perfectissimum. Et ea quæ hinc deducuntur. Leges autem ad Religionem spectantes hæderant. De religione prima esto cura in Repub. & de ea certis legibus cauetor. Ne ea religio admittitor, quæ fabulosis commentis, Dei naturam peruertit: & si qua irreperit, mature exterminator. Eæ opiniones, quæ Deum mutabilem, mali auctorem, mendacem, præstigiatorum faciunt, illius naturam pervertere censentor. Ex æquo, & bono iudex leges moderator. Denique illa.

Poetis, quod simplicitati & grauitati morum nocent, in Rep. nullus locus tribuitor: Extra Imperij fines, coronati tamen, & vnguentis delibuti (ut eruditioni honor aliquis detur) amandantor. Fabulatores, quod mendacium animis cinnum ingenerent, è Republica longe facessere iubentor. Vestium, ædium, picturæ, & eiusmodi rerum modus ex temperantiæ formula definitor. Iurisperitis, & Medicis, nisi ex ordine exploratis, exercere artes fas nequiquam esto. Magistratus, suam salutem Reip. salute, opes utilitate terminato: neque ab illa sententia vnquam vsquam abscedito. Ab avaritiæ sordibus animum prorsus auertito: omnia sua in commune deponito: nihil proprium possideto.

Aristoteles quoque, dū in ciuitate statuenda sudasset, agnoscit originem legū ex ipsa natura, hoc est ex Deo, qui omnē pro suo captu naturā mouet ac regit; nāc quæ hominē inquit, armatū prudentia, & virtute; quibus si careat, iudicioq. & arte utatur aduersus iustitiā, maxime impius euadet & agrestis. At ignorans ille, quæ virtutes ne cessariē essēt legibus ciuitatis Dei sanciedis, hominēq. ipsi vera iustitia excolendo,

Theod. lib. de legibus

Clem. lib. 1. Strom. Plato lib. 1. de Republica. Platonis leges.

Li. 2. de Re publ.

Li. 3. de Re publ.

Aristoteles de origine legū quid sentiat. 1. Cap. 1. lib. de Rep. ἀνοσιότατος, & ἀνοσιότατος

lendo, ac certissima beatitudini comparanda, in multos & ipse errores prolapsus est. Quare, qui ex vnus Aristotelis, aut similibus Politicis libris rectum Reip. itatum efformandum putarunt, mirum haud est, si diuino urgente iudicio, euerterunt Imperia, quemadmodum ipsa sua mole Respublica omnes in Græcia ruerunt, è quibus Philosophus ille ius rationibus vel exempla, vel præiudicia petiuit.

Quin Cicero tertio de officiis libro multa de Philosophis notat, qui quum reliquorum duces & magistris, atque idcirco tamquam fons & scaturigo iuris haberentur, ideo pugnantium legum occasionem præbuere, quod de origine virtutum, vnde ius æquitasq. esset deriuanda, non eadem omnes sensissent. Panætium enim inquit ab aliis dissensisse; ab hoc alios; Hecatonem autem eius auditorem, sextum de officiis librum quæstionibus referuisse, in quibus terminandis, Antipatri & Diogenis Stoicorum sententias afferret sæpe contrarias. Quid vero Ephectici philosophi disputauerint aduersus reliquorum philosophorum dogmata moralia, Sextus Pyrrhonius postremo suo libro copiose disseruit. Virtutes sane putauit Aristoteles, omnes medias esse inter duo extrema vitia: Stoici, mediocritate hac reiecta, misericordiam & humilmodi alia quibus animi afficiuntur, non numerarunt inter virtutes. Sic porro gentes reliquæ Naturæ ductum haud recta lectatæ, in deua quæque flexerunt. Ac quum apud aliquos censerentur esse præclarissimæ virtutes, quæ alij vitia esse putabant; quæve aliqui ut noxia vitassent, cum ceteri excepissent uti saluberrima, coacti sunt aduersantes inuicem leges edicere. Et sane virtutes quoque ipsas hominibus quidam voluerunt adnasci, alij studio & industria comparari; alij dari diuinitus; Qua in re ne sibi quidem ipsum

constituisse Platonem, Iustinus Philosophus & Martyr asseuerat.

Hinc ergo multiplex illa officiorum & legum variatio mirifice populos torfit. Solonis enim lege, Athenienses poterant filios interficere. Peria alteram tulerunt, qua qui defunctis Regibus chari fuissent, quinque integros dies post eorum mortem, facinus omne patrarent: nimirum ut re ipsa populi addiscerent, quantum secum vehant perniciem, rapinæ, cædes, & huius generis alia; ideoq. fideliores euaderent custodes Regum, à quibus leges seruarentur. Lege Britannica, viris pluribus vna erat vxor; contra fiebat apud Parthos. Inter Persas, matres, sorores, filia, patribus, fratribus, filiis nubebant. Lex apud Gætulos mulieribus virorum, viris mulierum præscribebat officia. Rursum a Dracone Atheniense leges fuisse conscriptas sanguine, dictum est à Solone, qui propterea illas mitigauit. Ante Cæsares adulteria in Vrbe haud puniebantur; postea Lex Iulia teterrimam illam licentiam & libidinem coercuit. Lacedæmonibus in laude ponebatur, si pueri furarentur; Fredericus Tertius suspensum furibus edixit. Lacedæmonum postea leges, quod essent prorsus militares ac bellicæ, philosophi iure improbarunt. Variorum in Vrbe ordinum pro variis tempestatibus, dum quisque ageretur affectu dominandi, contrarias fixerunt leges, aut refixerunt, Patricij contra plebem, plebs aduersus Patricios, L. Sylla contra Tribunos plebis.

Inde etiam factum est, ut vel vniuersa illa vetus & squalens filua legum (ut cum Tertulliano loquar) nouis Principalium rescriptorum & edictorum securibus truncata sit; ut vanissimas quoque Pappias leges post tantæ auctoritatis sectantem, ab Seuero Principe scribat exclusas; Vel ipsorum veterum Principum rescripta rescissa sint, quorum aut impiorum aut imperitorum voluntates nefas esse haberi pro legibus, recte Opilius Macrinus Imperator dixit: Vel denique leges ipsa, inclinato Imperio, diu a Longobardis oppressa tandem sic caput sustulere, ut tamen ab cuiusdam generis Politicis, addo item ab hæreticis hoc sæculo, dolose tum ad quæstum, tum ad Christianam Religionem euerterendam, detorta sint. Mirabatur itaque Atticus Ciceronem primo de legibus tam longe iuris principia repetentem; quippe qui (quod postea Quinctus frater affirmat) nec ad Lycurgi leges, nec ad Solonis, neque ad Charondæ, neque ad Zaleuci,

Cicero qd sentiat de legibus conuictis, vel tractatis à Philosophis. Panætius. Hecaton.

Sextus Pyrrhonius. Aristoteles quid de virtutibus senserit. Stoici quid de iisdem.

Gentes. Alij.

Iustinus Philosophus quid de Platone Leges aliquæ non bona. Solonis Persarum. Britannorum Parthorum.

Gætulorum. Atheniensium.

Romanorum. Lacedæmonum.

Pappia leges exclusas.

Iulius Capitolinus.

Atticus.



Cicero in Deam Iuris principia referrebat. Lex quid apud Cic.

Lib. 1. de legibus. Vide primum caput primi libri Biblioth. Selecte Auctoris, de Hominis dignitate!

S. Aug. de civ. Dei, lib. 18. cap. 24.

Paul. Manut. lib. de legib.

nec ad XII. Tabulas, nec ad Plebiscita, sed in Deum eadem iuris principia referat, qui humanæ menti vniuersæ rationem, ac proinde legem naturalem indiderit. Quamobrem idem Cicero Legem antea dixerat, esse Rationem summam inhitam in natura, iubentem ea quæ faciendæ sunt, prohibentemq. contraria: quæ ratio (inquit) cum est in hominis mente confirmata & contacta, lex est. Ac certe tribus iis libris de legibus, præsertim primo, multa supra hominem loqui videtur: nisi quod Platonem secutus & Pythagoram, facile cernitur, inde multa petita, vnde varia quoque dogmata supra humanum caput, hoc est e diuinis libris ad illos deriuasse monstrauimus, quum de Philosophia loqueremur. Et tamen is ipse Cicero, quum multa disseruisset de homine, quem appellat animal prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilij, præclaraq. dixisset conditione generatum à supremo Deo, cum quo ei prima sit rationis societas, addidisset autem, inter quos communio legis sit, inter eosdem communionem iuris esse omnino oportere; quibus autem hæc inter eos communio est, & ciuitatis eiusdem esse habendos: Si verò (ait) iisdem imperijs & potestatibus parent, multò etiam magis parent huic cælesti descriptioni, mentiq. diuinæ, & præpotenti Deo, vnde etiam vniuersus hic Mundus, vna ciuitas communis Deorum atque hominum existimanda est: Hæc, inquam, omnia & multo plura dignissima lectu quum Cicero attigisset, agente tamen Deo, coactus est tertio de officiis libro, sic scribere: Nos veri Iuris, germanæq. iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus: umbra & imaginibus utimur; easq. ipsas vti nam sequeremur. feruntur enim ex optimis Naturæ principijs & veritatis exemplis. nam quanti verba illa, Vti ne propter te, fidem tuam, captus, fraudatusve sim: quàm illa aurea? Vti inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione.

Iam de Romulo, & Numa, & horum legibus quid sentiendum sit, nos sanctus Augustinus edocuit. Mortuum (inquit) Romulum, cum & ipse nulquam comparuisset, in Deos, quod & vulgo notissimum est, retulere Romani: quod vique adeo fieri desierat; nec postea nisi adulando, non errando factum est temporibus Cæsarum: vt Cicero magnis Romuli laudibus tribuat, quòd non rudibus & indoctis temporibus; quando facile homines falsebantur; sed iam expolitjs & eruditjs, meruit hos honores, quamuis nondum efferbuerat ac pullulauerat philosophorum subtilis & acuta loquacitas. Sed iam, si posteriora tempora Deos mortuos non instituerunt, tamen ab antiquis institutos colere vt Deos, & habere non destiterunt: quin etiam simulachris, quæ veteres non habebant, auxerunt vanæ atque impiæ superstitionis illecebram, id efficientibus immundis in eorum corde Dæmonibus, per fallacia quoque oracula decipientibus: vt fabulosa etiam crimina Deorum, quæ iam vrbaniore seculo non ingebantur, per ludos tamen in eorundem fallorum numinum obsequium turpiter agerentur. Regnavit deinde Numa post Romulum, qui quum illam ciuitatem putauerit Deorum profecto falsorum numerositate muniendam, in eandem turbam referri mortuus ipse non meruit, tamquam ita putatus sit cælum multitudinem numinum constipasse, vt locum ibi reperire non posset. Hæc Augustinus.

Sed alios scio ita scriptum hoc sæculo reliquisse. Ius omne aut à natura est, aut à consuetudine, aut à legibus. Ius naturæ ipsum per se, sine consuetudine & legibus, ad optimam vitæ conditionem satis erat: satis enim beate viueremus, si naturam duces sequeremur. Hæc illi.

At neque ad beate viuendum naturalis ipsa lex, neque ad vitæ conditionem optimam perueniet quispiam, cui desit vita, veritas, via, quæ est Christus Dominus: Iustitiæ enim originalis præhdio præter legem naturalem egebant Patres nostri, qua amissa, nisi Christum, qui factus est nobis pax & iustitia, induamus, nulla vera beatitas comparari potest. Vera autem iustitiâ (inquit sanctus Augu-

A Augustinus non est nisi in ea Republica, cuius conditor, rectorq. Christus est: si & ipsam Rempublicam placet dicere: quoniam eam rem populi esse, negare non possumus. In ea certe ciuitate est vera iustitiâ, de qua dicitur: Gloriosa de te dicta sunt, Ciuitas Dei.

De Civ. Dei lib. 14. cap. 20.

Qui verò nostro tempore ab catholica fide secedentes, fontem naturalis, atque Euangelicæ legis adhuc magis fœdarunt, eiusmodi fuerunt: quales in plerisque rebus Carolus Molinaus, & reliqui. Ne quid nunc dicam de Nicolao Macchiavello, de Nua, de Ioanne Bodino: illorum enim Politici, et suus libri de Republica, de Methodo historiæ scribendæ, ac de Dæmonomania, quid sapiant, iam alibi ostendimus.

libr. 1. cap. 26. Bibl. selectæ. & libro proprio de iudicio de ipsi.

B INTERIOR DE ORIGINE IURIS EXPENSIO, ac de legum origine Diuinarum. Caput II.

EST AT modo, vt in adyta sanctiora Diuinæ prouidentie ingressi, Iuris totius originem adhuc quàm isti certiore introspiciamus; memores eorum, quæ scripsit Philo: Prisci illi (inquit) ante leges singillatim proditas, non scripto iure vsi, pari felicitate ac facilitate vixerunt: vt merito quis dicere possit, leges scriptas nihil aliud esse, quàm vitarum Patrum commentarios, in quibus eorum dicta, factave narrantur: nam illi scholas nullas frequentauerant, nullis præceptoribus vsi fuerant, sed a scriptis instituti doctiq. ordinem naturæ sunt secuti. Quæ lex est proculdubio antiquissima omnium, quàm ipsi ius summum, fasq. rati esse, totam vitam suam vltro ei subdiderunt. Hæc Philo.

Philo libro de Abrabâ.

At quod in aliarum origine disciplinarum diximus, esse inspiciendum in Diuinam scripturam, in qua non tam latent, quàm patent earum initia & progressus, id præcipue in silua sacrarum legum aperienda faciendum est, ne non solum defectamus ab æquitatis orbita, verum etiam ne pro adscititia & vmbatili lucem illam primariâ perdamus, quæ sic animos sistit in veritatis basi, vt deinceps in quocumque illius vsu regat & perficiat.

Inspiciendum esse in diuinam scripturam, cū agitur de origine legum.

Porro antequam id aggrediamur, sciendum est, quinque Diuinarum legum genera, quas Deus hominibus tulit: Naturalem, quæ cunctis initia fuit cū ipsa natura; quæ quidem lex cum naturali humanæ mentis lumine, & ipso rationis iudicio nota sit omnibus, omnes item obligat: Supernaturalem fidei, spei, charitatis, quæ cum supernaturali Dei gratia infusa sit omnibus, omnes omni tempore simpliciter (non tamen naturali modo) obstringit: Mosaicam, qua Hebræorum gens vna tenebatur, quod quidem attinebat ad cæremonialia, & iudicialia eius præcepta: Diuinam etiam illam, quæ ex Dei institutione, Euangelio promulgato, cunctos obstrinxit: cuiusmodi Baptismi lex fuit: Priuatâ denique qua Deus Adamo & Euæ interdixit elum ligni scientiæ boni & mali: Quam legem extitisse matricem & fontem aliarum omnium quæ postea per Mosen latæ sunt Hebræis, Tertullianus his verbis affirmat. Deus in principio Mundi ipsi Adæ & Euæ legem dedit, ne de fructu arboris plantatæ in medio Paradisi ederent: quòd si contra fecissent, morte morerentur: quæ lex eis sufficeret, si esset custodita. In hac enim lege Adæ data omnia præcepta condita recognoscimus, quæ postea pullulauerunt data per Moylen, id est, Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. Et, Diliges proximum tibi tamquam te: &, Non occides; Non mœchaberis; Non furaberis; Non fraudaueris; Falsum testimonium non dices; Honora patrem tuum & matrem tuam; &, Alienum non concupisces. Primordialis enim lex data est Adæ & Euæ in Paradiso, quasi matrix omnium præceptorum Dei. Denique si Dominum Deum suum dilexissent, contra præceptum eius non fecissent: si proximum diligerent, id est, semetiplos, per suasioni serpentis non credidissent, atque ita in semetiplos homicidium non

Quinque generadiuinarum legum.

Tertull. lib. aduers. Iudæos, sub inuicium.

Eta per Moylen, id est, Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. Et, Diliges proximum tibi tamquam te: &, Non occides; Non mœchaberis; Non furaberis; Non fraudaueris; Falsum testimonium non dices; Honora patrem tuum & matrem tuam; &, Alienum non concupisces. Primordialis enim lex data est Adæ & Euæ in Paradiso, quasi matrix omnium præceptorum Dei. Denique si Dominum Deum suum dilexissent, contra præceptum eius non fecissent: si proximum diligerent, id est, semetiplos, per suasioni serpentis non credidissent, atque ita in semetiplos homicidium non

commisissent, excidendo de immortalitate, faciendo contra Dei praeceptum: a furto quoque abstinuissent, & de fructu arboris clam non degustassent, nec a conspectu Domini Dei nostri sub arbore delitescere gestissent. Nec falsum asseueranti diabolo participes efficerentur, credendo ei, quod similes Deo essent futuri. Atque ita nec Deum offendissent ut Patrem, qui eos de limo terrae quasi ex utero matris figurauerat. Si alienum non concupiscerent, de fructu illicito non gustassent. Igitur hac generali, & primordiali Dei lege, quam in arboris fructu obseruari Deus ianxerat, omnia praecepta legis posterioris specialiter indita fuisse cognouimus, quae suis temporibus edita germinauerunt. Eiusdem est enim postea docere legem, qui ante premiserat praeceptum: quoniam & ipsius est erudire postea, qui ante iustos formare instituerat. Quid enim mirum si is auget disciplinam, qui instituit? si is perficit, qui coepit? Hæc Tertullianus.

Sed & Patres alij pergunt ostendere (id quod maxime ad vniuersam legum traditionem facit) cur præter leges, priorem naturalem, & alteram fidei, spei, charitatis supernaturalem, quibus Adamus & Eua cum primum creati sunt, tenebantur, hac etiam priuata, quam Positiuam vocant, obstricti fuerint. Nimirum ad abolitissimum Dei in homines imperium, qui cum bonorum nostrorum non egeat, scriptum sit, Constitue super eos legislatorem, ut sciant gentes quonia homines sunt. Nec ipso non creante (inquit Augustinus) nos esse: nec ipso non conseruante, nos permanere: nec ipso non regente, recte viuere possimus. Deinde ad libertatem arbitrij nostri testandam: Neque enim haud liberis iusta vel necessaria fuisse legum impositionem, aut mortis comminatio. Denique ad exercendam hominis obedientiam, virtutem nempe ut homini vtilissimam, sic Deo gratissimam. Itaque ea de re, quæ per se mala non esset, praeceptum est traditum, ut illustrior esset obedientiæ virtus; & quantum malum sola per se ipsa sit inobediencia, liquidissime deinceps nosceretur. Quod quidem argumentum variis rationibus Augustinus, & Gregorius comprobant. Atqui per legem naturalem non omnino liquet, Deum esse Dominum hominum, quippe quorum aliqui possint opinari, legem naturalem esse quamdam rationalis naturæ proprietatem, quæ conditionem humanæ naturæ consequatur, sicuti vnicuique animalium speciei proprius est instinctus atque propensio. Quin quod multi, quæ legis sunt, naturaliter faciunt, ipso nempe iudicij priuati ductu, non tamquam à Deo iussa, & vetita, cumque per eam legem non præcipiantur, aut prohibeantur, nisi quæ secundum rationem humanam per se bona vel mala videntur, Dei imperium non adeo cernitur absolutum, quod nempe recta duntaxat ratione nititur. Sic ministros aut latores legum haud recte dixeris Dominos, cum ea tantum, quæ legibus consentanea sunt, possint præcipere.

Deus igitur, ut aurea catena rerum omnium est, omnia trahens, ligans, tenens, omnium amor, desiderium, bonum, finis: sic Mundum ipse totum intexuit atque contextuit iis legibus, ut ipsis etiam corporeis oculis aspectabilis esset firma illa compago naturalium rerum, nihil ut separatum inuicem, nihil non aptum esset, ac nexum cum aliis. Nihil enim est, quod non agat, & patiat; quod non tribuat, & recipiat: vnde & eadem res penitus, tamquam causa, antecedit; & tamquam effectus, sequitur: idque si non semper tempore, certe semper natura, origine, ratione, dignitate. Is ipse, inquam, Deus cælos, elementa, animantes, saxa, agros, plantas, diuini amoris vi excitata, conuertit ad commune illud bonum, quod omnes expetunt. Itaque in vnum simul conspirant, perinde fere (ut verbis Episcopi eruditi & perspicacis) ac vnus corporis membra, quæ vno spiritu viuificantur, custodiuntur, animantur, ut sint vnum animal, aut tamquam fides vnus cytharæ, quæ graues, acutæ, mediæ, dum vna artis peritia pulsantur, vnum ex omnibus conficiunt melos: siue demum, quasi vnus Reipublicæ ciues, qui non tam formidine legum, quam amore ipsius virtutis, in officio religiosissime perstant; & nullis vnquam negotiis auocari possunt, ut aliquid intermittant, quod ad officium spectet: in quo colendo omnem vitæ honestatem, & in negligendo omnem turpitudinem sita esse intelligunt. Ecquis

Cut lege Positiua obstringimur. Psal. 15. Psal. 9. Aug. lib. 8. de Genesi ad litteram. c. 11. & ca. 13. & lib. 14. de civ. Dei. ca. 15.

Greg. li. 35. moral. c. 10

De origine legum diuinarum.

Cornel. Musus de diuina his. lib. 1.

†

†

†

B

C

D

E

(inquit) profectio referat, quam apte & ordinate, rerum quæ in mundo sunt, species cohæreant, connectantur, consentiq. & perseuerent, ac muneribus satisfaciant suis, ita ut contrariis motibus, vnum efficiant admirabilem, incredibilemque. concantum, & Deo dignum? Nam quæ superiora sunt, generatim inferioribus prouident, ut illis nihil desit: inferiora ad superiora conuertuntur, ut ab illis aliquid accipiant: paria velut fœdere amicitia sociata, sibi inuicem bona sua communicant quam libentissime; & singula quæque vehementer & amanter aduersus contraria sese tueri student, quam maxime possunt ut non deficient. Omnes porro amores, omnes illæ catenæ rerum, quibus arctissimis sese vinculis constringunt omnia, ex illa vna admirabili, fortissimaque, catena dependent, quæ est Amor Dei, vere fons omnium amorum, omnium legum. Sed enim hic ipse naturalis amor Dei, amor est omnibus

communis, & singulis tere proprius; quo velut delicatissimo cibo, quæcunque facta sunt, aluntur, nutriuntur: Nam superæ mentes, & animi hominum, ratione; belluæ, sensus iudicio; plantæ, insita appetitione vitali; saxa demum, & reliqua omnia, quæ id tantum muneris participant, ut extent eo ipso, quo sunt, non elicitio quidem, vel imperato actu, sed indita quadam propensione, inclinationeque, & quasi pondere in Deum feruntur, Deum amant, cuius intuitu faciunt quæcumque faciunt.

At quum naturæ totius finis in ipsis cælorum sonis, numeris, & in elementarium rerum vicissitudinibus, nullus sit alius, quam canere iucundissimum hymnum æterno Deo, & nunquam non agere Sabbatillum in illius obsequis, & irrequietis laudibus. Ecquantus fuit amor, quo hominem, cui omnia parauerat & subiecerat, sanctissima amoris lege constrinxit? Inde enim (quod Augustinus ex Cicerone, secundo de Republica libro depromptit) Ut in fidibus, ac tibiis, atque cantu ipso, ac vocibus, concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis; quem immutatum, ac discrepantem aures erudita ferre non possunt, isque concentus ex dissimillarum vocum moderatione, concors tamen efficitur, & congruens: sic ex summis, & mediis, & infimis ordinibus, ut sonis, moderata ratione ciuitatem consensu dissimillarum concinere: & quæ harmonia à Musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam, arctissimum atque optimum in Republica vinculum incolumitatis, eamque sine iustitia nullo pacto esse posse.

Hæc cum ita sint, ex amore illo diuino, diuina amoris lex manauit, cuius legis ordo attente pendendus est, ad originem iuris adhuc interius concipiendam & docendam. Tria enim prioris Tabulæ mandata finem continuo spectant, qui Deus

est, quique finis primo sese humanis mentibus offert, ut illorum primum latram, cultumque vnus Dei, reiectis ipsis hostibus, id est Diis alienis, reliqua duo ratione & modum ei feruendi commofterent. Sic primò in exercitu scribendo milites Imperatori subiiciuntur, mox in cohortes distributi, fide data, soli militant Principi, pacto omni cum inimicis eiurato: deinceps & eum in honore habent, eique rite obsequuntur. At secundæ Tabulæ præcepta nos ad Proximi charitatem erudiunt, etsi longius progressa, perducunt ad Deum, id est ad illud extremum, cuius gratia proximum ipsum diligimus. Quamobrem & Christus Dominus instaurans atque implens Naturæ collapsam legem, præcepta illa duo de diligendo Deo, & Proximo, similia inter sese esse dixit. Hic enim laudabilis Reip. salus (inquit S. Augustinus.) Neque enim conditur, & custoditur optima ciuitas, nisi fundamento & vinculo fidei, firmæque concordia, cum bonum commune diligitur, quod iustum, ac verissimum Deus est, atque in illo sincerissime se diligunt homines, cum propter illum se diligant, cui, quo animo diligunt, occultare non possunt. Hæc ille. Ceterum in iis, quæ ad proximum attinent, ordo poscebat, ut primo parentibus debitum præstaremus officium; deinde grauiora scelera prius vetarentur: Atqui grauius lædimus opere, quam verbo; & verbo, quam corde: opere autem maxime, cum quis vita priuatur: Mox si peccetur aduersus alteri coniunctum, coniunctamve, vnde prolis certitudo perit: Denique si quis à nobis dispendium bonorum patiat. Itaque

quinto præcepto homicidium, sexto adulterium, septimo furtum, octauo falsum

Aug. de civ. Dei lib. 2. cap. 21.

EX AMORE diuino diuina AMORIS LEX.

Matth. 22. Mar. 12. 1. Jo. 5. Aug. ep. 3. ad Volusianum, com. 2.

†

†

(inquit)

testi-



testimonium, nono cupiditas alieni thori, decimo aueritas alienarum rerum prohi-  
bentur.

Quo diuinæ sapientiæ ordine, temporeq. datæ legis agnito, facillime noscet  
astutia satanæ, qui tum decem Tabulas Græcia deferri ad Romanos, & Romæ  
alteras illas duas addi curauit, quarum initio fallorum Deorum cultus, delubraq.  
& luci, & larium sedes, & ritus familiæ, patriæq. & sacra execranda statuuntur.  
Sed & liquidius cognosceretur, si non tam legum harum, cum historiis earum tempe-  
statum Romanarum, & Græcarum (quod quidam monet in historia instituenda)  
verum potius Decalogi legem cum historia Orientis, mox tempora, leges, perso-  
nas, prouincias inuicem conferat. Etenim lata Hebræis à Deo per Mosen fuerat  
lex Decalogi septingentos ante plus annos, quam Roma fuisset condita. Quo vero  
tempore Romulus regnum auipicabatur, nugamenta q. illa execranda iuarum legum  
de sacris, aut religione terebat, eodem tempore iam toto Oriente percrebuerat fa-  
ma atque cognitio Moisaicæ legis; cum & in Iudæa notus esset Deus, & extaret cele-  
berrimum Templum, quo ad Deum colendum vndique populi confluebant, tumq.  
maxime vno & eodem spiritu conclamarent Prophetæ, Christum Dominum ven-  
turum, cui Romanum, & reliqua Imperia erant subiicienda; Sibyllæ autem etiam  
ipsis paulo post in Vrbe Regibus libros obruderent, quibus eadem veritas pande-  
batur: Videlicet & ex Naturæ lege, & ex angore conscientiæ, atque ex libris Si-  
byllinis, quibus postea præuere principes Reipublicæ Romanæ viri, foret omnino  
inexcusabilis ea Reipublica, quæ vniuerso pene Orbi dominatura esset.

Ac tantò quidem minus foret inexcusabilis, quòd & triennium in ea quam dixi-  
mus legatione olim Romani legati, P. Posthumius Albus, Aulus Manlius, & Ser-  
uius Sulpitius conuulerant, cum ad decem illas Tab. iussent viri iudicio & pru-  
dentia singulari. Qui si transiissent in Palæstinam, vidissent iterum iurgentem Iu-  
dæorum Ciuitatem, qui ex Persica seruitute reuerit, magnis animis suam Kemp. in-  
staurabant; multa q. fortassis, quæ ex Græcis non audierant, didicissent à clarissi-  
mis illis Iudæorum Ducibus, Eldra, & Nehemia, qui non religione modo, & pieta-  
te, sed & ciuili prudentia præditi erant, multis etiam annis uerlati in Aula Regis  
Persarum Darij, Artaxerxis, Lögimani, cum iplo Themistocle. Accedit quod Dio-  
nysius scribit, millos quoque Legatos in eas Græcorum ciuitates, quæ in Italia  
erant; in ea nempe Italiæ parte, quæ quondam Magna Græcia dicta est; in qua, Ser-  
uio Tullo Romæ regnate, Pythagoras, quem alibi diximus natum fuisse ex Iudæis,  
philosophabatur: nam & ea insignes habebat & Resp. & ciuitates & legislatores.  
Locri seruabant Zaleuci sui leges, Thurij iura iui Charondæ, qui non multis ante  
Decemvros annis vixit.

Legat qui legum scientiam sitit, ea, quæ Orofius, & S. Augustinus decimo octa-  
uo libro de ciuitate Dei, eruditissime persecutus est. De Terrenæ ciuitatis Re-  
gibus, atque temporibus: quibus ab exortu Abrahæ Sanctorum tempora supputa-  
ta conueniunt.

Quibus regnantibus apud Assyrios, atque Sicyonios, Abrahæ centenarij, Isaac  
de promissione sit natus: vel ipsi Esau & Iacob gemini de Rebecca sint editi.

De temporibus Iacob, & filij eius Ioseph.

De Api Rege Argiuorum, quem Aegyptij Serapin nominatum diuino hono-  
re coluerunt.

Quo regnante apud Argiuos, quoue apud Assyrios, Iacob in Aegypto mor-  
tuus sit.

Quorum Regum tempore, Ioseph in Aegypto defunctus est.

Quorum Regum ætate Moyses natus sit, & quorum demum iisdem temporibus  
sit orta Religio.

Quando Atheniensem ciuitas sit condita, & quam causam nominis eius Var-  
ro perhibeat.

Quid Varro tradat de nuncupatione Areopagi, & de diluuij Deucaledionis.

Quo

A Quo tempore Moyses populum de Aegypto eduxerit: & Iesu Naue, qui eidem  
successit, quorum Regum ætate sit mortuus.

De sacris fallorum Deorum, quæ Reges Græciæ illis temporibus instituerunt:  
quæ ab exitu Israëli de Aegypto, usque ad obitum Iesu Naue dinumerantur.

Qualium fabularum figmenta exorta sint eo tempore, quo Hebræis Iudices  
præesse coeperunt.

De Theologis poetis.  
De occasu Regni Argiuorum, quo tempore apud Laurentes Picus Saturni filius  
Regnum patris primus accepit.

De Diomede post Troiæ excidium in Deos relato, cuius socij traditi sunt in vo-  
lucres esse conuersi.

B De incredibilibus hominum commutationibus quid Varro crediderit.  
Quid credendum sit de transformationibus, quæ arte Dæmonum, hominibus  
videntur accidere.

Quòd eo tempore Aeneas in Italiam venerit, quo Labdon Iudex præsidebat  
Hebræis.

De successione ordinis Regni apud Israelitas post Iudices.  
De Regibus Latij, quorum primus Aeneas, & duodecimus Auentinus Dij fa-  
cti sunt.

Quòd eo tempore Roma sit condita, quo Regnum Assyriorum intercidit, quo  
Ezechias regnauit in Iudæa.

De Sibylla Erythræa, quæ inter alias Sibyllas cognoscitur de Christo euidentia  
multa cecinisse.

Quòd regnante Romulo, septem Sapientes claruerint, quo tempore decem Tri-  
bus, quæ Israel dicebantur, in captiuitatem à Chaldæis ductæ sunt, idemq. Romu-  
lus mortuus diuino honore donatus est.

Qui Philosophi enituerint, regnante apud Romanos Tarquinio Prisco, apud  
Hebræos Sedechia cum Hierusalem capta est, Templumq. subuersum.

Quòd eo tempore, quo impletis septuaginta annis, Iudæorum est resoluta capti-  
uitas, Romani quoque à dominatu sunt Regio liberati.

De temporibus Prophetarum, quorum oracula habentur in libris: quiq. tunc de  
uocatione gentium multa cecinerunt, quando Romanorum regnum cœpit, Assy-  
riorumq. defecit.

D Hæc quidem ille diserte, vt fructuosissime: Cum deinde quæ de lege naturali, di-  
uina, ceterisque huc spectantibus dici possent, è paucis Romani Catechismi pagi-  
nis, & ex Domini Soti eo libro liceat elicere, quem de Iure & iustitia inscripsit.

Nam quæ hæretici solent, nelcientes quid dicant, oblatrare aduersus vim legum,  
cum alijs, tum præcipue Bellarminius optime confutauit, libro prioris Tomi tertio,  
quo sex quæstionibus de Magistratu Politico scribit. Primum enim agit de ipsa  
Politica potestate, mox de officio eius in rebus Politicis; denique de officio eiusdē  
in causa Religionis: Rursus, an hæc potestas sit res bona, ac proinde Christianis lici-  
ta; Deinde, an per peccatum amittatur. Accedunt aliæ quæstiones duæ, altera de of-  
ficio Magistratus in Rep. ab ciuium improbitate tuenda per leges, ac iudicia ciui-  
lia, & criminalia. Quo pertinet illud, an liceat Christianis leges condere, exercere

E iudicia, noxios ferire gladio: Hi enim Magistratus proprij actus sunt: Altera de of-  
ficio Magistratus in Rep. ab hostibus externis tuenda. Quo etiam spectat, num li-  
ceat Christianis bella gerere, atque ideo an liceat bellare contra Turcās, id quod  
bonus satanæ satelles Lutherus inficiari est ausus. Præterea illa item duo. Num ad  
Magistratum referenda sit religionis cura, an vero permittere possit, quisque vt cre-  
dat quod iubeat: Num deinceps ab eodem Magistratu mulctandi sint libris, bonis,  
capitibus hæretici, qui ab Ecclesiâ iudicati damnatiq. sint.

Et vero tota ea tractatione idem Bellarminius etiam expendit, Quomodo lex  
quoad existentiam pendeat ab legislatore; quoad essentiam vero, participatio sit  
legis

Sotus lib. 1.  
& 2. de Iu-  
sticia, & iu-  
re.  
Rob. Bellar-  
min. de con-  
trouers. Chri-  
stiana fidei  
aduers. hu-  
ius temp. ha-  
res. 2. par. 1.  
somi lib. 3.

A Quonã  
pèdeat lex  
quoad exi-  
stentiã, vel  
quoad esse  
tiam.



legis aeternae Dei: Quomodo non repugnet libertati, sed potius seruiat contrariae eidem libertati: Quomodo legibus regi populum satius sit, quam solo arbitrio Principis: Quanam legis diuinae & humanae conformitas (vtar eius verbis) sit quoad eundem finem, & diuersitas quoad modum & materiam: Legem quoque civilem non minus obligare in conscientia, quam diuina; licet illa minus firma & stabilis sit, quam ista. Haec, inquam, Bellarminus eodem libro: Nam quae ad summi Pontificis Romani leges & iurisdictione pertinent, & libro quarto eiusdem Tomi ab quindecimo capite vsque ad finem libri, deinde itidem quinto conueniente libro pertractat; quamquam haec propria sint eius loci, quo de sacris Ecclesiae Canonibus egimus.

Iegem civilem obligare in conscientia.

Mosaicarum & Romanarum legum collatione.


Scio autem in lucem produsse Mosaicarum, & Romanarum legum collationem, ex integris Papiniani, Pauli, Ulpiani, Caij, Modestini, aliorumque veterum Iuris Auctorum libris ante Iustiniani Imperatoris tempora delumptum. Eius titulum Index hic est. De sicariis, & homicidiis casu, vel voluntate. De atroci iniuria. De iure, & sauitia Dominorum cohibenda. De adulteriis. De stupratoribus. De incestis. De furibus, & poena eorum. De falso testimonio. De familiari testimonio non admittendo. De deposito. De abigeis. De incendiariis. De termino mero. De plagiariis. De Mathematicis, maleficis, & Manichaeis. De legitima successione.

Ioannes Tilius.

Similis autem, vel forsitan huius ipsius fragmenti, Ioannes Tilius mentionem antea & Auctorem fecerat Licinium Rufinum, cum hoc ex antiquissima Sequanorum seu potius Mandubiorum Bibliotheca sit erutum, in qua plus octingentos annos delituit; quod tamen alij negant esse Licinij, ideoque coniciunt extitisse cuiusdam, qui Theodosij Iunioris temporibus vixerit, post Consulatum ipsius XV. Quo demum Codex editus legitur, ex quo hic constitutionem retulit vnam, non omittitur (inquiunt) vt verisimile est, de homicidio non voluntario Valentiniani singularem legem, si tamē quoque edita, aut in certum Nouellarum corpus redacta fuisset. Quin mirantur, cur hic idem illam de Impudicis legem, non ex Praefectura Urbanae scriptis, sed ex Theodosiano Codice pleniorē recitet, quam hodie in corpore ipso extet. Vt vt sit, si Iurisprudētia studiosi, humanas cum diuinis legibus conferant, facile originem & vim Iuris inspiciant; Cui studio non incommodabunt quae Bartholomeus Cepolla de differentia, & congruentia Iuris Canonici, & Civilis; & Ancona de conformitate Iuris Civilis, & differentia cum Theologia, ac alij scripto mandarunt.

Vnde Origēno, & Vis legū inspici possit.

AEQUITAS LEGUM. Caput III.



AM credo constabit, vnde ipsa quoque interior vis aequitatis, quae legum est anima, plerumque percepta non sit. Quod & planius fiet, si primo, quod fecimus cum de Philolophia generatim locuti sumus oculorum exemplo vsi, vt mentium errorem in perspicenda veri natura monstrarem, idem eodem exemplo in rerum politicarum equitate ponderanda praestemus.

Vide D. August. in ps. 39.

Oculum igitur ne cernat, vel prorsus aspiciendi vis atque potentia sublata, vel extrinsecum aliquid prohibet. Hoc vero quattuor prodit e causis, species nimirum, quin pure admitti queant, impediētib; humoris crassitie (puta cholera, vel phlegmate): testuca in oculos incurrente: fumo: puluere. Quibus autem videndi vis omnino deest, ecquid dispicient? Sic Gentilis, Iudaeus, haereticus, in re Fidei sublimibusque illis veritatibus, quae terminos humani obtutus excedunt; in pietate item, ac cultu, & aequitate legum saepe palpant (quod diuinitus scriptum est) in meridie, quoniam caeleste lumen non habent: Proinde haurienda ista ab alto lux primum est. At quibus illa tantummodo impedimenta sunt foris, mirum non est, si interdum in finibus bonorum & malorum, si in Oeconomicis, si in Politicis saepissime labuntur.

Vnde Politici possunt labi.

A buntur. Humores sane istos, quibus interior animi oculus obtenebratur, animi perturbationes esse, inquit Basilius Philosophus idem, ac Theologus sanctissimus. Et testuca peccata sunt, non solum Augustino, sed & Apostolo, & Christo. At fumus qui mundanus est honor, obest oculo, ni inflammetur: Tum enim Charitas fumum abigit, vt sidenter enumeret Paulus naufragia illa multa, ieiunia, & alia, quae videntur licet in Dei gloriam refert. Puluis denique carnis lapsus sunt, qui mentem mirifice excacant, dum mentis aciem ad caelestia factam hebetat stimulus ille, ac malus intermi lebulae, qui nos tundit & cribrat. Et praeter ista sapienter asserunt Peripetici, videndi vim sitam esse magis in rebus dignolcendis, quam cognolcendis, atque (vt dicam cum scholis) in distinguendo plusquam in apprehendendo.

Basil. in ps. 12. Aug. 18. de Ver. Domini.

Id quattuor aliis e causis intelligitur. Prima, si aspectus fallatur in rebus quae moueantur, stare eas opinantur. Pluuium procul aspicias, cuius partes cum imiles sint, immobilem putas, at decurrit ille interim, voluiturque aeternum, donec gentium tempora consummabuntur, & caeli conquiescent. Eadem ratio hominis est, dies istos praeterlabentes procul contemplantis, ac quasi fixa haec esset vna, putantis, verum enimvero si propius ad rem ipsam accedimus, videmus, alterum ab altero singulis diebus in sepulturam trudi, & quasi aquam dilabi. Secunda: cum non in motu solum, sed in figura quoque errat oculus; alterum alterius loco aestimans. Sic carne putas amicam, ac proinde foues, quae tamen inimica est, & in seruitutem continenter redigenda. Proximum item qui te laetit, inimicum censes; at Iudam Christus Dominus amicum vocauit, dum te proderet, cruci que vilissimo illo addiceret pretio. Scilicet acute inspiciendum est in Proximi animam, quae diuinum est opus, pro qua

Motus.

Figura.

Basil. 176. Ap reg bren.

Christus effudit sanguinem; quae caelestis gloriae capax effecta est; propter cuius salutem Angeli, caeli que iudant; vnde tibi extat occasio promerenda Beatitudinis, si relicto munere super altari, vadas & reconcilieris fratri tuo. Tertia, si recte non numeret, quae plura sunt, ea pauciora esse arbitretur. Sacerdotium assequeris, illico vero prouentus cogitas, in hac vna cogitatione totus versaris. At primo labor & onus, ipsaque tot animarum concreta tibi salus, obuolari debent animo, si certam inire velis rationem, & integram inde summam deducere. Denique & quarta causa est, cum erras in quanto continuo, cum quod exiguum est, tu mole existimes magnum. Eiusmodi sunt, quum studiosissime temporaria conquirimus, sempiterna vix suspicimus: ad virtutes pigerrimi & olcitantēs, ad vitia anhelantes & pronissimi. Quamobrem & in Christi officina, eius collyrio inuigendi oculi nostri sunt, atque ad diuini numinis claritatem atollendi, vt verae aequitatis compotes esse possimus; numquam obliti diuinae illius sententiae: Haec est (inquit) vtra sapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi praecpta haec, dicant: En populus sapiens, & intelligens, gens magna. Et rursus in Psalmo. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Ac denique illius Apostolici. Spiritualis omnia diiudicat, etiam profunda Dei; Animalis autem homo non percipit ea, quae Dei sunt.

Numerus hoc est, secreta quantitas.

Quantum continuum.

NOTA.

Dem. 4.

Psal. 147.

Et sane haud me latet, quae soleant afferri ad procurandam aequitatem: Ingenio quippe, iudicio, eruditione, vni variarum rerum esse opus aiunt, ad recte iudicandum: Artem porro aequi & boni adhibendam esse, vt & iure scripto recte vramur; & leges, atque historias eorumdem temporum pendamus, ex quibus leges illustrantur, ne priuilegium pro lege, aut factum accipiatur pro iure, aut cum facto ius confuse misceatur. Itaque & in ipso Iurisprudētia aditu eandem artem aequi & boni rectissime proponi: Denique Aequitatem esse quamdam vniuersalitatē, seu quoddam genus, legem vero deductionem ac speciem, vt legibus quaerimus, aut

incillibus aqua continenter ex illo aequitatis fonte deriuetur; sine qua non solum riuus statim exarescat, & inciles inutiles fiant; verum etiam perniciosissimi sint Reipublicae. Haec inquam, prudenter, sicut & alij acute, qui praeter Distributiuam, & Commutatiuam, Harmonicam quoque Iustitiam sepe primos reperisse gloriantur: quod proportionēs illa referantur, quae Arithmeticae, Geometricae, Harmonicae, dicuntur.

Qui primos se gloriantur Harmonicam iustitiam reperisse.

Polycleti Norma.

Cuncta laticibus & fortibus. Regula Lesbica. Harmonica iustitia.

Liuius.

Aktionis humane materia iurisprudential. Qualitates Actionum quoniam.

Vnde Auditores iuris prudentie non proficiant.

euntur. Et proportio quidem Arithmetica, easdem semper causas siue rationes obtinet; Geometrica similes; Harmonica ex vtraque quidem conflatur, & ab vtraque diffidet. Itaque eum Arithmetica proportionem statuunt hanc 3.9. 15. 21. 27. Geometricam vero 3.9. 27. 81. Harmonicam denique hanc esse ostendunt. 3.4. 6.8. 12. in qua etsi ab numero ternarij ipsa quoque incipiat, vterque tamen numerus suauiter interseritur. Sic vero proportionem Arithmetica, & tamquam Polycleti inflexibilem normam populari administrationi conuenire, in quibus æqua requiritur dignitatum, officiorum, beneficiorum, poenarum, publicæ pecuniæ, agrorum armis acquittorum, diuisio: ac proinde antiquitus eandem Democratiæ hinc tribus verbis designare solitos fuisse: *πάντα ἕξουσιν, ἴσην ἀλιείην*; hoc est, Cuncta laticibus, & fortibus. Aristocratia vero, nempe Optimatum, Geometricam propositionem, & regulam Lesbiam: vt conueniret dicere Plato, *ἀπὸ τῶν ἑσῶν γὰρ μέγιστη*. hoc est Deum semper esse Geometram. Harmonicam denique perfectissimam, in qua nec rigor ille sit regulæ Polycleti, neque flexibilitas Lesbica; sed quædam firmitas ciuili, quæ pro re nata fieri quidem, sed & statim dirigi possit. Id vero fieri tum, cum lex, cum æquitas, cum legis executio, cum magistratus obligatio inuicem apte iunguntur, hæc, inquam, acute vt & cordate, quod inquit Liuius, Regem hominem esse, à quo impetres, vbi ius, vbi iustitia opus sit, esse gratia, esse beneficio, & irasci, & ignoscere posse; inter amicū & inimicum discrimen nosse: leges rem iustam, inexorabilem esse, salubriorem, melioremq; inopi, quam potens; nihil laxamenti nec veniæ habere: si modum excesseris, periculosum esse in tot humanis erroribus sola innocentia viuere.

Verumtamen, vt ut hæc ita habeant, quoniam actionum humanarum, quæ sub modo materia iurisprudential sunt, qualitates, & (vt cum Philosophis loquar) proprie subiecti passionibus, iis non omnino patuerunt, idcirco sæpe mutila fuit legum tractatio, nec quidquam ad perfectum adduxit. Qualitates de quibus egimus in Tract. Theologiae Practicæ, hæc sunt: Bonum; Rectum; Laudabile; Meritorium: quæque his adueriantur: Malum; Peccatum; Culpabile; Demeritorium; Indifferens. Ac priores quidem illæ aptari possunt quattuor causis: Materiali Bonum; Finali rectum; Efficienti laudabile (Quatenus enim libere agimus, & gratia aut peccato assentimur, ea tenus rem efficiamus laudabilem aut vituperabilem); Formali denique meritorium: Forma enim hæc, quæ gratia Dei est, opus efficit meritorium. Hæc autem nec antiqui illi iuriconiulti penitus cognouerunt, ex hæreticis vero nostri temporis plures aut negarunt, aut perperam tradiderunt; qui tamen legum humanarum & diuinarum Interpretes esse sunt auti: Multi vero licet Catholici, quantum saltem initio Christianæ pietati, in quo officio poterat conducere, haud mutauerunt à Theologiae vti debebant: Quare factum est, vt iuris prudentie auditores, quanto plus progressi sunt in volutandis textibus, glossis, & glossarum commentariis, tanto magis immenso illo ac multiplici Labyrintho implicarentur.

Et faciet postea multum ad prudentiam & æquitatem comparandam alta earum sententiarum degustatio, quæ huc mox subiiciantur; mox lectio Rerum publicarum, de quibus scribere siue antiquitus, siue nostro sæculo plures. Addo item eorum, qui documenta de Rege, vel de Principum institutione reliquerunt aptiora. Sic enim variæ cuiusque temporis vel Imperij leges iustiore æquitate lance librari, & explicari poterunt.

SENTENTIAE EX IURE CIVILI DE Benignitate, Aequitate, Rigore. Caput IIII.

**B**ENIGNITATIS ratio, iuris rigori præfertur, l. placuit, C. de Iudic. l. si tibi pecuniam in fi. D. si cer. pe. Benignius est nocentem absolueri, quam innocentem condemnare, l. abientem. D. de poe.

In

**A** In re dubia benignior interpretatio sequenda est. l. proxime. D. de his, quæ in test. del. In his, quæ de bono & æquo tractanda sunt, plerumque sub auctoritate Iuris scientia, perniciose erratur, l. si seruum. S. & Celsus. D. de verbor. oblig. Iustum est inhære rigori, sed iustius æquitatem amplecti. l. si filius, qui patri. D. de vulg. & pupill. Iudex æquitatem ante oculos semper habere debet. l. quod si Ephesi. D. de eo, quod certo loco. Rigor iuris in stricta disputandi ratione consistit. l. ita vulneratos. D. ad l. Aquil. Aequitas nouæ causæ, nouum remedium postulat. l. plane. D. vt in poss. leg. l. r. vbi Bal. C. de re iud. Paria sunt dicere, hæc lex procedit de æquitate, illa de rigore, atque hæc corrigat illam, gl. in l. cotem. D. de publ. & vect. Bar. in l. ex hac. D. de donat. Benigne id est, quod iuris rigore prætermisso, gl. in l. si statuliber. D. de statulib. Vbi ius deficit, æquitas supplet. l. in summa. S. idem Varus. D. de aqua pl. Rigor iuris seruetur, cum secundum regulas iuris scripti, casus deciditur; Aequitatis vero conuenientia est quædam, à scriptis regulis declinans: Bar. in l. r. C. de legib.

RESPUBLICAE E QUARUM NOTITIA. æquitas comparari potest. Caput V.

**C** EMPUBLICAM autem Iudæorum, Carolus Sigonius ex diuinis literis deprompsit, vt fusius secundo libro Bibliothecæ nostræ selectæ diximus, quæ Respub. cum ad Diuinam sapientiam pertinuerit, multa inde hauriri possunt, quæ ad moralia, iudicialiaq; illorum temporum spectabāt: Et quamuis vetus lex abiit, Synagogaq; sepulta fuit, aliarum tamen legum, quæ iis sæculis vigeant, probitatem, aut improbitatem inde metiri licebit.

Christianam Rempub. tum alij, tum apte post Augustinum, Orosiū, Lactantium, Nicolaus Sanderus, & Bellarminius poluerunt ob oculos, vt alibi ostensum est. Chrysostronus autem Iauellus, Christianam Ciuilem philosophiam egregie ac solide lex partibus absoluit. Vt prima de ciuitate Christiana: Secunda de Rectore, ciuile Principe: Tertia, quonam consilio regenda sit, quasi nauis in mari fluctuans: Quarta, de Iudicio siue Pretorio, vt in causis ta ciuilibus, quam criminalibus iustitia seruetur: Quinta, qualis inuicem debeat esse Christianus populus, Rectorve, & Princeps: Sexta, quibusnam legibus administranda sit Christiana ciuitas.

Et hic quidem Christianam, & Oeconomicam philosophiam amplexus est mirabili methodo, cum & Aristotelis, atque Platonis eandem sic tractasset, vt præ itis, Christiana, Moralis, Ciuilis, Domestica philosophia omnium perfectissima deprehendi possit ab iis, in quorum mentibus haud prorsus peccato extincti sint pietatis, & æquitatis igniculi.

Et B. quidem Thomas ante Chrysostronum Iauellum, aureum librum de Regimine Principum scripserat ad Cypri Regem: cuius libri summa capita poluimus, cum Nicolai Macchiauelli impietas alibi à nobis monstrata est.

**E**t Græce extant præcepta educationis Regiæ, ab Manuele Paleologo Augusto Imp. Cæsare Constantinopolitano ad Ioannem filium, quibus eum cordatissime informat.

Porro is centum capitibus eam materiam absoluit, quam quo animo, pietate scripserit, paucissimis illis verbis, quæ operi præhixit, intelligi potest. Ea vero sic posita sunt Græce.

Ibidem vbi supra.

Christiana Ciuilis Philosophia.

Chrysostronus Iauellus.

B. Thomas de Regimine Principum.

b ΚΕΦΑ-



ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΕΚΑΤΟΝ ΔΙ' ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΔΟΣ.

Σύστατον  
ὁ δὲ. Κασι-  
λεύς μὲν  
νοῦν παρ  
τῆρ. Κασι-  
λεῖ ἰωάννη  
ἰὼν καρ-  
πὸν, τῆς  
ἰμῆς. ἴου-  
χῆς ποια  
σοῦν προ-  
φῆν τῆ σῆ  
ψυχῆ ἀκ-  
μαζούση  
διδόμι, δι-  
λογοτι, ἢ ὁ  
θεοῦ ἢ κο-  
σμοῦ τῶν.  
Sic cōstrue  
Caesar Ma-  
nuel pater,  
Caesari ioā-  
ni filio, fru-  
ctū animi  
mei qua-  
lis qualis  
cibum ani-  
mo tuo ve-  
geto (tri-  
buo scili-  
cet) cui  
Deus mode-  
rator esto.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ΒΑΣΙΛΕΙ,  
ΜΑΝΟΥΗΑ, ΙΩΑΝΝΗ,  
ΠΑΤΗΡ, ΥΙΩ,  
ΨΥΧΗΣ, ΨΥΧΗ,  
ΚΑΡΠΟΝ, ΤΡΟΦΗΝ,  
ΕΜΗΣ, ΤΗ, ΣΗ,  
ΟΠΟΙΑΣΟΥΝ, ΑΚΜΑΖΟΥΣΗ,  
Η Ο ΘΕΟΣ ΕΙΗ ΚΟΣΜΗΤΩΡ.

Quæ quidem Latine sic habent.

CAPITA CENTVM QVORVM PRIMÆ LITTERÆ  
VERBIS SVBIECTIS CONTINENTVR.

CAESAR, CAESARI,  
MANVEL, IOANNI,  
PATER, NATO,  
ANIMI, ANIMO,  
FRVCTVM, CIBVM;  
MEI, TVO,

QVALIS QVALIS, VEGETO,  
CVI DEVS MODERATOR ESTO.

Sed & eiusdem Manuelis Imperatoris extant septem orationes; quarum inscri-  
ptiones, ne tanti Imperatoris labores lateant, præstat hic ponere.

- 1 De eloquentiæ studio, deq. virtute, ac bono Principe.
- 2 Quòd bonum est, ab omnibus naturaliter diligi: hominem malum etiam ipsi sibi odio esse. Nonnumquam vero & id quod malum est, diligimus, quia bonum esse putamus. Itemq. de felicitate, deq. virtute.
- 3 De electione, deq. voluntario. tum quòd malus non natura, nec extrinsecus, sed suamet ipse culpa sit malus.
- 4 De voluptate, quòd eam præstare ab hac vita prorsus abesse.
- 5 De voluptate, qua præcedens oratio refellitur.
- 6 Peccatū esse quiddā lōge pessimū. neminē vero desperare debere nec de seipso, nec de altero; sed iudicare seipsū, & nō alterū: nec eos odisse, qui deliquerūt, sed miserari. Deq. poenitētia; & prouidētia Dei, & dilectione, & in homines clemētia.
- 7 De humilitate, atque etiam ex parte de dilectione.

Adiecit aut̄ alia quæ licet nō spectēt ad id, de quo agimus, ne tamē & ista excidāt, huc apponā. Oratio propitij Principis ad beneuolos subditos, q̄ etatis in flore sunt. Imperatoris eiusdem preces matutinae, Dei celebrationē continentes, cum professione pietatis; ac deinde petitionem cū gratiarum actione & cōfessione mixtā. Eiusdem alia preces matutinae. Capita compunctionis, versibus exposita. Imago Veris, in aulao textili, operis Phrygij. Quibus vsus sit verbis Perfarum, Scytharūq. Dux ad Turcarū Tyrannū, magna quēdā ac superba proferentē, & minis intolerabilem, rebus adhuc prosperis: post victoriā vero, diuersam in partē mutatū.

In forma Psalmi, de fulmine Agareno, quo tempore Deus populum suum respexit, & per hostes suos illam versutam belluam necauit.

Quod vero ad Latinos attinet, præter Aegidium & alios, scripsit hoc seculo Oso-  
rius, & Mambrinus Roteus de Christiano Principe. Qui enim hac de re ab hæreticis, vel neutralibus (quos Augustinus ἀμφοτεροῦτας vocauit) libri conscripti sunt, neque in hac nostra, neque in alienis Bibliothecis habere possunt locum, nisi vt explodantur: Aut si quid commode aliunde in suos libros importarunt, id eorum nomine ne appareat.

Alij item de Rebuspub. & Regno libros vtilis emiserunt, è quibus Franciscus Sansouinus congeffit suum, qui Italica lingua anno 1583. prodiit Venetiis in lucem

Tamerlanē  
Tartarorū  
Principem  
intelligit,  
qui Baiaze-  
tum Regē  
Turcarum  
cepit, à Tur-  
cis fulmen  
Agarenum  
appellatū.

Quinā scri-  
pserint de  
officio prin-  
cipis,

**A** lucem vberior, quàm antea, apud Altobellum Salicatum. Eo igitur libro agitur, de Regnis Galliæ, Germaniæ, Angliæ, Hispanico, Turcico, Persidis, Tuneti, Fesiæ, Po-  
loniæ, Lusitaniæ, Neapolitano. Deq. curia & Repub. Romana, & Heluciorum, Ragusea, Spartana, Ianuensi, Atheniensi, Lucensi, Veneta.

At quæ Xenophon de Cyri educatione, quæ plus ad milites, quàm ad Remp. spe-  
ctat, Quæ Isocrates ad Nicoclem & alios, Quæ Plutarchus, Quæ Agapetus ad Iusti-  
nianum Augustum de Rege, Quæve alii hoc de genere scripserunt, quoniā cognita  
sunt, minus hic aggeranda sunt, quando si per vitæ huius momentū licuerit, ea qui-  
dem interdum legi poterunt: sin vero hæc quippiam Christianis aliorum Auctorum  
laboribus quos attingimus, antepoluerit, is profecto ne vita quidem, ne dicam no-  
mine Christiano, dignus erit.

Xenophō-  
tis Cyri pæ-  
dia.  
Isocrates.  
Plutarchus.  
Agapetus.

**B** Ceterum vbi ventum erit propius ad Romanæ Reipublicæ, & Imperij leges tra-  
ctandas, meminerit studiosus, futuram vtilem Caroli Sigonij lectionem de ve-  
rere iure Italiæ, ac duorum librorum de antiquo iure Prouinciarum. Quibus quo-  
niam plura continentur quæ ad notitiam veterum legum pertinent, viderint stu-  
diosi, ex adiectis illius viri capitibus, ecquam vtilitatem capere poterunt.

Lectio Ca-  
roli Sigonij  
de veteri  
iure Italiæ,  
ac de anti-  
quo iure  
Prouinci-  
arū vtilis.

Vetere enim Italiæ iure expofitio, deinceps Prouinciarum iura aggreditur ex-  
plicanda. Itaque primo libro de conficiendarum Prouinciarum ratione dispu-  
taturus, primum quid Prouincia fuerit, & quo modo confecta sit, aperit. Et quo-  
niam Prouinciam regionem esse reperit, quæ vectigal Populo Romano pendat,  
ac Magistratui eius, qui iuri dicundo præsit, obtemperet, breui de vectigalium  
generibus, prouinciis impostis, & de foris, ac conuentibus singulis Prouinciis iu-  
ris dicendi causa constitutis, disserit.

**C** Quo in loco, quoniam non omnes vnus  
Prouinciæ ciuitates eodem modo tractatas inuenit, etiam de conditionibus ciuita-  
tum, vt aliæ liberæ, aliæ stipendiariæ, aliæ immunes, aliæ foederatæ fuerint; &  
quin in tota ordinanda Prouincia obseruatum sit, atque vt aliquando etiam colo-  
niæ, & municipia in Prouinciis instituta sint, docet. Quibus rebus, quasi proœ-  
mij loco propositis, deinceps de singulis Prouinciis sermonem instituit. Quibus  
simbus: quo statu ante Imperium Romanum fuerint: quàm sæpe cum Populo Roma-  
no aut societate coierint, aut bella gesserint: quibus foederibus post victoriam, aut alio  
modo in potestatem adductæ, in amicitiam venerint: qua victoria, per quos du-  
ces, quibus legibus in Prouinciæ formam redactæ; ac demum quo iure, quibus  
conuentibus, quibus vectigalibus, quibus coloniis, ac municipiis insignitæ sint. In  
**D** Europa autem numerat Siciliam, Sardiniam cum Corsica, citeriorem, atque vlti-  
riorem Hispaniam, Gallias Narbonensem, & Comatam, Illyricum, Macedoniam,  
& Achaïam. In Asia, Asiam, Ciliciam, Syriam, Bithyniam cum Ponto, & Cyprum.  
In Africa, Africam, Cynnaicam, cum Creta, Numidiam, & Mauritaniam.

Secundo autem libro de Prouinciarum administratione acturus, per quos ipsæ  
administratæ sint, quærit: Et quoniam per Prætores, ac Proconsules à Senatu le-  
ctos, gubernatas, in eaq. re magnas mutationes factas reperit, vniuersâ ratione in  
quattuor tempora distributa, quid quoq. tempore in mandandis Prouinciis or-  
dine, atque extra ordinem obseruatum sit, planum facit: Quo in loco leges om-  
nes, quæ de Prouinciis fuerint, explicat. Neque vero solum, vt Prouinciæ man-  
data, sed etiam vt militare imperium in iis, atque ornamenta Præsidibus prouin-  
cialibus data sint, aperit. Qua disputatione perfecta, alteram de Præsidum comi-  
tatu aggreditur, vt Legatis, Tribunis militum, Centurionibus, Præfectis, Decu-  
rionibus, itemq. de ministris eorum, cohorte Prætoria, contubernalibus, quales  
fuerint, & qua ratione delecti sint. Quibus declaratis, de altero Magistratu prouin-  
ciali, Quæstore, & illius ministris agere incipit: ita vt declarandum nihil sibi  
relinquat aliud, quàm quo modo Præsides imperio in Capitolio accepto, vrbe ex-  
cesserint, & quo ordine in Prouinciam iter fecerint, eamq. à decessore acceperint.

**E** Quo demonstrato, officium eorum duplex persequitur; vnum cognoscendi; alte-  
rum, belli gerendi. De cognitione vero disputans, primum quemadmodum, &  
quo

quo ordine priuatas causas & publicas iudicarint, quæ multiplex est disputatio, A  
trahit. Vbi de edictis, decretis, iudiciis, quaestionibus, & vniuersa iurisdictionis  
veteris ratione. Præterea de conuentibus habendis, & opera Legatorum, alio-  
rumq. comitum, & ministrorum edisserit. Deinde de curatione rei frumentariæ,  
tributariæ, ac viariæ, & de honoribus prouincialibus agit. Rei vero bellicæ ra-  
tionem ita attingit, vt explicet primum, quemadmodum exercitum acceperint, lu-  
strauerint, atque correxerint, vt nihil nisi auspiciato, atque litato (falsa illa reli-  
gione) gesserint. Deinde vero potestate rei gerendæ, de consilio castrensi, de le-  
gibus, quibus impedirentur, de honoribus, qui bene rem gerentibus haberen-  
tur. Postremo Quæstoris etiam officium aperit: atque eum attributam & vectiga-  
lem pecuniam tractasse, prædam curasse, captiuos vendidisse, ostendit. Quibus  
omnibus absolutis, vt Præses, ac Quæstor de Prouincia decesserint, vt rationes re-  
tulerint, vt comites in beneficiis ad ærarium detulerint, & quibus legibus ac qua-  
stionibus obnoxij fuerint, maiestatis, peculatus, repetundarumq. ostendit. Atque  
his patefactis, totum ius liberi populi Romani se breuiter explicuisse, ac sub alpe-  
ctum, cum esset dissipatum, poluisse concludit.

Hæc igitur (vt dixi) ante reliqua legenda sunt, vt his tamquam gnomone non  
solum ad allequendam facilius Iurisprudentiam, verum etiam quasi norma æqui-  
tatis, sapienter obliquitatem ethnicarum & Rerumpub. & legum dignoscamus.

Nam quæ Plato de Republica scripsit, commoda sapientibus, & perfectiori-  
bus fuisse, si quibusdam relectis, Fidei lumen accessisset. Chrylostomus igitur  
Iauellus (vti alibi monstraui) cum ciuilem eiusdem Platonis Philosophiam, se-  
ptem (vt vocat) Tractatibus comprehendisset, De ciuitate, De ciue, De legum cõ-  
ditore, De Rep. De legibus in specie, De Platonis defensione aduersus Aristote-  
lem; valde proderit, si legatur.

Octo Aristotelis, Politici libri, multa habent, quæ hominum ingenii, & vsu fir-  
matis iam moribus congruant, vt sensu communi Philolophus ille excellit. Sed  
& idem Iauellus omnino prælegendus est, vbi Politicæ hanc dispoñit.

Et Aristoteles quidem priore libro docet, quæ generatim prænoscedenda sunt: Ne-  
pe cur ciuitas instituta sit, quidq. à domo, pago, vico differat. Ita & de Domino, &  
de seruo, de patre & de filio, de viro, & vxore, tamquam partibus domus agit.

Secundo libro, veterum sententias, Socratis, Phalææ, Hippodami, & Lacedæ-  
moniorum, Cretensium, atque Carthaginensium Respublicas improbat. Mox  
commemoratis conditoribus legum insignioribus, vt inuicem dissenserint, exponit. D

Tertio, Respub. quasque probas, improbas distinguit in proprias species: dein-  
de quinam præesse debeant: denique de optima administrandi ratione, quam Re-  
giam vocat, pertractat.

Quarto, de Politis aliis à Regno, videlicet de populari, ac de ea, quæ cum pau-  
corum sit, dicitur Oligarchia. Præterea de optimatum, quæ Aristocratia. Tandem  
de pessima, quæ Tyrannis est; ad extremum de Reip. us partibus, quæ ad consultan-  
dum, ad dominandum, ad iudicandum pertinent.

Quinto, de causis non corruptentibus, tum factas rectas tenentibus Respub. in  
quibus plures præfunt: Quales popularis, paucorum, optimatum; deq. iisdem  
vtrisque causis in Monarchia, vnius videlicet Imperio.

Sexto, è quibus, & quonam modo instituendæ Respublicæ sint minus bonæ, ac  
minus rectæ; quales paucorum, & popularis, quæq. iis præficiendi sint.


Septimo, de optima Republica, quæcumque dicatur communi nomine Respu-  
blica, siue sit optimatum, siue coniuncta cum Regno; ad quem finem ordinata sit,  
quæ debeat esse materiæ magnitudo, Regio ciuitatis gubernandæ ab optima Rep.  
Quales nam in ea debeant esse Gubernatores, & quanam partes, quomodo diui-  
denda, colendaque; ac demum, quibus artibus excolendi sint ciues in ea.

Octauus continet, quæ ad puerorum, & iuuenum disciplinam spectant, quòve  
modo in Musica, & quali instituendi sint.

De Repub.  
Platonis.

Libri Poli-  
tici Aristoteli.

CORPORIS CIVILIS, VNIUERSALIS PARTITIO  
Caput U.



IS præcognitis sciat Studiosus Ciuile corpus, quod in Europæ Aca-  
demis etiamnum est in vsu, tribus præcipue partibus constare; In-  
stitutionibus, Pandectis, & Codicis Constitutionibus, qui nunc præ-  
cipue Codex nominatur: cui ad extremum Quartus earum liber ad-  
ditus fuit, quæ deinceps per omne Iustiniani Imperium scriptæ sunt,  
quæve tum Nouellarum Authentica dici solent.

Priora illa omnia, Iustiniano Cæsare mandante, præcipue vero Triboniani sua-  
su, & opera, paulo plus triennij spatio collecta sunt. Hic enim Constitutiones  
Imperatorias ex tribus libris, qui Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus  
vocabantur, adhibito, quadantenus defectu, vnum in librum redegit, quem Codicem  
Constitutionum latine inscripsit.

Anno Iusti-  
niani Imp-  
rij 2. Decio  
Cof. Indiç.  
2. Anno Do-  
mini 529.  
Lampri-  
dio,  
Cof. Oreste  
Cof.

Vix abiit annus, cum idem Tribonianus, Græcis hominibus, qui tum videban-  
tur Iurisprudentiæ laude ceteros anteire, ad societatem laboris, Iustiniani Iussu ad-  
scitis, veterum Iurisconsultorum scripta vniuersa in Principis palatium deportari,  
atque inde Pandectas confici, curauit.

Exeunte triennio, cum res tota pene peruenisset ad calcem, Iustinianus nouo  
mandato, Institutiones Iuris colligi & scribi voluit ex Iuris disciplinæ elementis,  
quæ antiqui Iuriconsulti tradiderant.

Deinde non ita multo post, emissi sunt in lucem quinquaginta Digestorum, seu  
Pandectarum libri.

Anno vertente, cum iam extarent eiusdem Imperatoris complures de variis re-  
bus Cõstitutiones, & in his eæ, quæ quinquaginta Decisiones vulgo nominantur, post  
superiorem illam Codicis editionem promulgatæ, idem Tribonianus, fociis quat-  
tuor labori adhibitis, nouissimo Imperatoris iussu, priorem illum, quem diximus,  
Codicem reconcinnandum suscepit; cum vt posteriores Constitutiones eundem in  
librum referrentur; tum vt quæ ex superioribus mutata, atque abrogata fuissent,  
eodem ex libro tollerentur.

Anno Domi-  
ni 534.

Extrat Con-  
silio Imp-  
De emend.  
cod. C. v. e-  
ius edit. in-  
scripta, ex  
xvi. Kal. De  
cemb. data.

Et hæc quidem ad Ciuilem corporis antiqui vniuersalem partitionem, cui tamen  
postea accessere, quæ post aliquot sæcula Constitutiones prodierunt Friderici III.  
Imperatoris, & Tractatio de Feudis, quæ postremis editionibus interiecta sunt. At  
vero Lugdunensi anni huius sæculi LXXV. etiam hæc addita sunt.

Nouellarum constitutionum Iustiniani, quæ in superioribus noue collationibus,  
variis locis desiderantur, collatio decima. Iuliani Patricij Antecessoris Constan-  
tinopolitanæ ciuitatis, in Iustiniani Nouellas constitutiones, Epitomata. Prag-  
matica sanctio Iustiniani, complectens varia capitula. Edicta xiiij. Iustiniani. No-  
uellæ constitutiones Iustini. Tyberii de Diuinis domibus constitutio. Nouellæ  
constitutiones Leonis. Constitutio Zenonis, de nouis operibus. Longobardorum  
leges, cum glossis Caroli Tocci, scholiisq. Nicolai Boërij, & aliis glossematis, ex  
vetere manuscripto iudicio excerptis: adiectis postremo Andreae de Barulo Com-  
mentariis. Et vero hæc sunt Imperatorum, & Francorum Regum nomina, qui eas  
leges condiderunt, quæ Longobardæ dicuntur. Carolus Magnus: Ludouicus Im-  
perator, & Rex Galliarum: Lotharius Imperator, & Rex Galliarum: Pipinus Rex Galliarum:  
Guido, Ottho, Henricus, Conradus, Carolus IV. Imperatores. Corpus legum, si-  
ue Epitome Iuris ciuilem, per modum Institutionum, ab incerto Auctore in compen-  
dium diligentius redactum, ex vetustissima Bibliotheca nuper emissum: adiectis in  
margine per Pardulphum Prateium locis, ex quibus transcriptum fuit. Cuius Insti-  
tutionum libri duo.

Extant etiam Pandectæ, anno huius sæculi septuagesimo quinto, ex officina Chri-  
stophori Plantini Antuerpiæ; hac inscriptione. Sacratissimi Principis Iustiniani, lu-  
ris enucleati, ex omni vetere iure collecti Digestorum, seu Pandectarum libri quin-

Pandectæ.

Ludouicus Charondas.

Libri repetitæ prælectionis.

Antonius Concius. De chronographia Concij quid sciedum videatur.

Bibl. Selecta lib. 2.

Concius fallitur in Annorum supputatione.

Epist. ad Philippum Valentinum.

quaginta: cum brevissimis doctissimorum quorundam Jurisconsultorum annotationibus, in margine adscriptis: Quibus plerique loci vel restituuntur, vel diligenter explicantur: Opera & diligentia Ludouici Charondæ.

Eodem anno huius seculi ex eadem Plantini officina prodierunt PP. Aug. Codicis Iustiniani repetitæ prælectionis libri duodecim: permultis Græcis Latinisq. Constitutionibus, inscriptionibus legum contrariarum, & obscurarum interpretationibus, argumentis, siue summariis (vt vocant) præter alias editiones aucti, & locupletati, opera & diligentia Ludouici Charondæ IC. Fatetur autem Charondas, præter Concij, & Ruffardi adnotationes, Jurisconsultorum se alias multas adiecisse, tum ab aliis acceptas, tum à se obseruatas. Ponit deinde Imperatorum nomina, quorum Constitutiones, duodecim libris Codicis sunt insertæ; Postea litterarum notas, quæ per duodecim libros Codicis, vel in Constitutionū inscriptionibus, vel temporum denotationibus, inde visuntur, ne cui forte caliginè obiciant.

Accesserunt Chronici canones; Fasti Regij, & Consulares, vsque ad Iustiniani mortem ex aliis auctoribus collecti, Antonio Concio Auctore, qui professus est Biturigis Iurisprudentiam, quiq. quamuis dicat, se adferre certissimam demonstrationem primæ, secundæ, & tertiæ ætatis hominum, & temporis, quod fluxit a creatione Mundi, deinde item quartæ, & quintæ ex septuaginta Interpretibus, ex editione secundum Hebræos, ex ea quæ fuit Interpretum septuaginta, quam sic emendari debere Augustinus & Hieronymus aiunt, & editione Græca Septuaginta, quæ ab Aldo, & Complutensibus, & Germanis impressa circūferebantur, Funerium vero, vbi agit de quarta ætate, expendat & confutet, quemadmodum & facit alicubi Onuphrium, quasi mendosos codices sequutum, quem ait, falso asserere, Eusebium scribere, Romam conditam esse anno tertio sextæ Olympiadis; conferendus est tamen cum eodem Antonio Concio Gilbertus Genebrardus, quem aliqui sequuntur vt meliorem, qui hæctenus prodierit, in his ætatibus per censendis; deinde item alij, ac præcipue Alexander Scultetus: de quibus dictum est, vbi de Apparatu ad diuinam historiam legendam egimus, tractatione de Chronographis magis veracibus.

Adiecit Concius Fastos Consulares, à primo vrbis Romæ Consule Bruto, ad vltimum Basilium, & Iustiniani mortem. Præterea Chronologiam annorum, & Consulium, & Indictionum Imperij Iustiniani; in qua continetur, quas, quibus annis leges, & quos iuris libros promulgauerit, aut composuerit. Addit Perorationem ipse Concius, cum breui Synoptico; qua ostendit summam omnium annorum, ab origine Mundi vsque ad Christū, 5508. quæ summa supputatis annis, qui fluxere à Christo Domino nato, vsque ad hunc huius seculi nonagesimum, essent septem millia & octoginta octo. Sed fallitur, errorem secutus supputationis Græcorum temporum, vt Genebrardus ostendit: cum vero etiam inter rationes alias mihi videatur Synodi VI. Generalis auctoritate niti, quasi hæc Græcorū Chronologia vsa sit, fortasse hoc non dixisset, si perpendisset, hanc Synodum legitimam non fuisse, quemadmodum nos Refutatione contra Chytræum filius ostendimus. Edidit porro Plantinus cum eodem Codice, Authenticas, seu Nouellas constitutiones Iustiniani cum veteri translatione tunc primum Antonij Concij opera apposita. Accessit Gregorii Haloandri versio, collata cum Græco Scrimgeri exemplari. Et plures additæ sunt Constitutiones, quæ hæctenus desiderabantur, additæ, inquam, à Ludouico Charonda qui quoniam à Concio Constitutiones Imp. Iustini, Tyberii, ac Leonis, Græcæ, ac Latine fuerant emissæ in lucem, statuit & ipse alias aliorū Imp. adiicere, & eas quidem quas Enimundus Bonifidius non ita multo antea emiserrat. Plures autem alias ex Basilidis (ait) Charondas se edere statuerat; sed quia eas se editurum omnes pollicitus est Cuiacius, satis habuit hæc opera Iuris studiosos adiuuisse. His Constitutionibus additi sunt Græcæ & Latine Apostolorum Canones: Deinde consuetudines feudorum: Mox constitutiones Friderici Secundi; Et extrauagantes, quas nonnulli vndecimam Constitutionem appellant: Ac demum liber

A liber de pace Constantiæ, composita inter Imperatorem Fridericum, & filiū eius Henricum, & quosdam nobiles Alemanniæ ex vna parte, & ciuitates Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ ex altera. Ceterum notandum est, a Iohanne Molano Apostolico & Regio censore, fuisse his Constitutionibus addita in fine hæc verba,

Hæc Græcolatina opuscula vtiliter edentur cum corpore Iuris Ciuilis; sed meminert lector, quædam in eis esse Græcorum, quæ Romana Ecclesia non probat.

Hæc quidem Molanus: cuius verbis addendum est, Romanam Ecclesiam ideo non probare ea, quæ inserta sunt, quod pessima sint, neque à quoque legenda, nisi cui ab Ecclesia Romana permiffum sit, ad confutandas seu calumnias, seu errores, quibus scatent.

Cautio in operibus editis per Concium.

Tandem post consuetudines feudorum adiecti sunt quattuor libri Institutionum Iustiniani; in quarum editione Charondas vsum se esse inquit, non solum opera Concij, & Ruffardi, verum etiam multis libris manuscriptis, maxime illo, quem ex Dionysiana bibliotheca acceptum, ceteris integriorem esse obseruauit. Præterea Notæ, seu varietates lectionum in margine. Postea est Index rerum, & verborum copiosissimus, ordine Alphabetico. Deinde index omnium legum, quæ libris Pandectarum continentur, ordine Alphabetico. Deinde leges omnes totius Codicis per litteras, eo ordine, vt quas Græcas, aut non ante exculas suis locis inseruerant, earum sedem & nomenclaturam à Latina translatione, aptato illi numero, additoq. asterisco, demonstrarunt. Præterea Index omnium Paragraphorum Institutionum Imperialium, ordine Alphabeti. Denique Indices Titulorum, Primus qui in Pandectis, Secundus qui in Codice, Tertius qui in Nouellis Iuris, recte atque ordine digestæ, opera Theodori Straitmani IC.

Sciendum est autem, veteres quoque laborasse, vt Ius ciuile in ordinem breuitatemq. redigeretur. Citatur Labeo libro quarto Posteriorum à Laboleno *ἐπιτομῶν*. Irem libro primo *περὶ τῶν* à Paulo in Epitomen redactorum. Hermogenianus quoque sex libros conscripsit Iuris *ἐπιτομῶν*; Et Paulus libros tres *ἐπιτομῶν* Alpheni Digestorum. Volusius quoque Mærianus legem Rhodiam in Epitomen contraxit.

Labeo Labolenus

Paulus. Alphenus. Volusius.

Post Iustiniani Imperium multis annis, Basilus, Constantinus, & Leo, legum volumen ediderunt. *ἡ ἐξ ἡμερῶν* vocatum, quo leges compendiose complectebatur, & per Epitomen enarrabant. In quo cum multa essent confusa, Constantinus Harmenopolus omissa supplere, confusa distinguere, ac torum pene opus dissolutum absoluere conatus est; eundemq. titulum suæ Epitome attribuit, vt *ἡ ἐξ ἡμερῶν* quoque vocaretur, vel *ἡ ἀβιβλος*, quoniam in sex libros erat distributa.

Basilus, Constantinus. Leo. Constantinus Harmenopolus.

Hic vero Harmenopuli liber perutilis ei fuerit, qui in Republica versari velit, quiue scire cupiat, quo iure, & cum liberis suis, propinquisq. & ciuibus, ceterisq. hominibus sibi viuendum sit. Rerum autem ordinem quem Bernardus à Rey, qui primus Harmenopolium in Latinam linguam conuertit, ostendat esse non contemnendū, tum aperte monstrat, qualis is sit, ea epistola, quam suæ versionis præfixit.


De Harmenopulo.

Porro ab initiis Vrbs opus suum auspicatur; Mox de origine Iuris, atque processu; Postea de legibus; De constitutione iudicij; De restitutionibus in integrū, De iure personarum, fuse agit, ac tamen ita vt videatur esse superuacaneum. Ex præfatione denique ipsius Constantini in leges, quæ est post præfationem & exhortationem ad Iudices, constat, quid iudicauerit de libro illo legum, quem Basilus, Constantinus, ac Leo Prochiron inscripserunt.

Vide in epistola nuncupatoria Bernardi à Rey.



Iudicium.  
A. Reo.  
Causa co-  
stituenti  
iudicij.  
Certa ratio  
constituen-  
dorum iudiciorum.



**I**UDICIA, quorum partes necessario noscendæ sunt futuro Iurif-  
consulto, constant Actore, & Reo, nempe iis, qui litem gerunt: causa  
cōstituendi Iudicij, quæ quidem propter Res, vel Obligationes insti-  
tuitur: postulat enim quisque quod suum est, aut sibi deberi putat:  
certa item ratione constituendorum, & exercendorum Iudiciorum.  
De his omnibus cum esset agendum, Iustinianus ea, quæ de Iure, &  
conditione personarum erant dicenda; nempe de liberis; Seruis; Libertinis; In-  
geniis: Patribusfam. Filiisfam. Puberibus; Impuberibus: Pupillis: Tutoribus: B  
Adultis; Curatoribus: ita retulit in priorem Institutionum librum, ut mox planius  
fieret, quibus eorum acquirendi, vel alienandi rerum dominia; obligandi, vel sub  
obligationem veniendi ius esset.

Proximo loco egit, quibus modis tum singula, tum vniuersa res acquiruntur. Sic  
enim perspicui potest, num iure suam aliquis rem esse intendat. Ostendit autem, res  
singulas fieri nostras, partim iure gentium, uti occupatione, traditione: Partim ci-  
uili iure, velut vluca pōne, in iure cessione: Vniuersas autem, modis à Iure civili in-  
stitutis, velut, hereditate; arrogatione; bonorum emptione: Hereditates porro  
tum testamento, tum ab intestato nobis obuēire.

Præter hæc ad obligationes transit, quorum indicat oriri alias è rerum contra-  
ctibus, qui emendo, locando, credendis pecuniis, habentur. Alias è priuatis deli- C  
ctis, furto, rapina, iniuria.

Iam cum actum esset, & à quibus personis, & quibus de causis lites instituuntur,  
ad Actiones accedit. Qua voce designat omnem Iudiciorum ordinem, nimirum  
omnes litium instituendarum, & disceptandarum formulas (qui dici solet proce-  
dendi modus) siue ad Actorem, aut Reum; siue ad Prætorē, siue ad Iudicem, Ar-  
bitrumve res pertineant. Itaque cum fufus eorum qui sunt. Actores, intentiones  
explicat: tum Reorum exceptiones, ac defensionē tradit: ac postremo de Præto-  
rum interdicitis, Iudicumq. officio dixerit.

Cum autem hæc omnia spectent vel ad efficientem causam, quæ de personis: vel  
ad materiam, quæ de rebus: vel ad formam, quæ de actionibus dicuntur: Idcir- D  
co tres tantummodo tribus hinc partibus libri viderentur posse constitui (de fine  
enim, hoc est causa finali, non erat, cur tractaretur, quando vniuersa hæc causa ver-  
fatur in rerum iudicatarum euentis.) At quoniam secundus liber nimium excre-  
sceret, in quem vnum tota illa de rebus, & obligationibus disputatio conferretur;  
idcirco recte hunc in duos libros aliqui partiti sunt, alter ut sit de rebus, alter de  
obligationibus: rectiore, inquam, unctione, quam quæ vulgo circumfertur (siue  
Triboniani, seu posteriorum temporum lapsu.) Ea enim habet initio tertij libri Ti-  
tulos de hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur; quarti autem de obligationi-  
bus ex delicto. Ut certe absurdissimum esse dicant trium diuersarum tractationum  
partes à genere suo diuillas esse, alienas à Methodo, quæ tamquam clauus est na-  
uis; & ab eo, quod ex Aristotele celebre est, dicente, tum à nobis cognosci com-  
positum, cum scimus, quæ & quales sint partes, vnde conflatur. E

Porro Tabula sequens confecta est, non inutilis iis, qui totam quasi Iuris machi-  
nam vno aspectu hausturi, sciant deinceps, quo quidque loco distinctius aut loca-  
tum sit, aut locandum.



**H**AEC cum ita sint, & vero ab Iustiniani Institutionibus soleant vbi-  
que Iurisprudentiæ fundamenta iaci, profecto cuiusmodi hæc fue-  
rint, sperandum est eiusmodi fore quidquid superstruetur, videlicet  
ex solidissimis solidissimum. At soliditatem hanc, cum iis quæ ini-  
tio de origine, & æquitate iuris dicta sunt, parient tria: Verborum,  
& sententiarum intelligentia: Tradendi eas ratio pro Iuuentutis ca-  
ptu, vitæq. nostræ breuissimo spatio: Pietatis demum sine qua veritas euertitur, &  
iustum ius summa sit iniustitia, ius quibusque locis apratio.

Ad verborum, & sententiarum intelligentiam cum Latinæ, tum Græcæ linguæ  
peritia vtilissima est, ne dicam proliis necessaria.

Latinæ linguæ maiestate, quoniam Iurifcōsulti veteres vnâ cum Romanis Imp-  
mordicus retinuerunt, nisi iuris Interpretes, studiosiq. calluerint, atque adeo ad-  
amauerint, sapissime errabunt, impingent, somniabunt quæ numquam somniantur,  
qui leges nobis tradiderunt.

Magistratus prisca (inquit Valerius Max.) quantopere suam populiq. Romani  
maiestatem retinentes, se gesserint, hinc cognosci potest, quod inter cetera obti-  
nendæ grauitatis indicia, illud quoque magna cum perseverantia custodiebant, ne  
Græcis vniquam nisi Latine responsa darent. quin etiam ipsa linguæ volubilitate,  
qua plurimum valent, excussa, per interpretem loqui cogebant non in vrbe tan-  
tum nostra, sed etiam in Græcia, & Asia; quò scilicet Latinæ vocis honos per omnes  
gentes venerabilior diffunderetur: nec illis deerant studia doctrinæ, sed nulla non  
in re pallium togæ subici debere arbitrabantur; indignum esse existimantes, ille-  
cebris & suauitate litterarum, Imperij pondus, & auctoritatem domari. Hæc ille.

Sermone Græco (ait Suetonius de Tiberio) quamquam alias promptus & facilis,  
non tamen vsquequaque vsus est: abstinuitq. maxime in Senatu, adeo quidem, ut  
monopolium nominaturus, veniam postularit, quod sibi verbo peregrino vtendum  
esset. atque in quodam Decreto Patrum cum ἐμβλημα recitaretur, commutandum  
censuit, & pro peregrino, nostratem requirendum; aut si non reperiretur, vel pluri-  
bus, vel per ambitum verborum, rem enunciandam: Militem quoque Græce testi-  
monium interrogatum, nisi Latine, respondere vetuit. Hæc Suetonius. Eadem  
fere de ipso testatur Dio. Atque de Claudio scribitur, quod splendidum virum, Græ-  
ciaq. Prouinciæ principem, verum Latini sermonis ignarum, non modo Albo Iudi-  
cum erasit, sed etiam in peregrinatem redegit.

Cum autem Labeo, Vlpianus, Paulus, Scæuola, & reliqui, toti pene in eo sint, vt  
legum, edictorum, testamentorum, stipulationum verba interpretentur, atque ab his  
decerpta sint propemodum omnia, quæ leguntur in Institutionibus, ecquid asse-  
quentur, quibus Latina lingua fuerit barbara, cum ipsi potius, quoniam Latinæ lin-  
guæ barbari fuerint, barbariem loco veritatis, ac plerumque iniuriam pro iure  
sint propagaturi.

Labeo Antistius (inquit Gellius) Iuris quidem ciuili disciplinam principali stu-  
dio exercuit, & consulentibus de iure publice respondit, ceterarumq. bonarum  
artium non expertus fuit, & in Grammaticam sese, Dialecticam, litterasq. antiquo-  
res penetrauerat, Latinarumq. vocum origines, rationesq. percullerat: eaq.  
præcipue scientia, ad enodandos plerosque Iuris laqueos, vtatur. Hæc Gellius.

Legum vero fontes, ipsas Pandectas, ante paucos annos, quoniam in hac re (vti  
mox dicitur) Politianus, Haloander, Budæus, Alciatus, Zahus qui legi non debet  
nisi expurgatus, Viglius, Pyrrhus, Antonius Augustinus, qui postea fuit Episcopus  
Tarracoenis, & reliqui non iudauerant, habebamus corruptissimos, vitæq. magna  
pars comminiscendis naniis consumebatur, Latinæ linguæ incirca. Quod si Accur-  
sius infelicioris sæculo natus, reuiuisceret, ecquid (putamus) diceret: qui cum lum-  
mo labore, scripturæ varietatem significare, ac verborum origines, & significatio-  
nes

Verborum  
& sententia-  
rum intel-  
ligentia.  
Ratio eas  
tradendi.  
Pietatis a-  
pratio  
Necessitas  
peritiæ La-  
tinæ, & Græ-  
cæ linguæ.

Val. Max.  
lib. 2. cap. 2.

Sueton. In  
Tiberio. ca.  
71.

Dio. hist. Ro-  
man. lib. 57.  
Sueton. in  
Claudio, ca.  
16.

Gellius lib.  
13. Noth.  
Ass. cap. 10.

Accursius. nes ex omnibus omnium generum libris elicere conatus fuerit, summamq. curam in toto Iure civili declarando, similibus, contrariisq. locis adscriptis, ostenderit, linguam tamen Latinae interiore notitia, & sibi, & innumeris aliis facillime negotium, iudiciumq. sui, ceteroquin acris & solidi, famam obcurauit.

Accedit altera necessitas ex ipsa vocum varia notione, atque (vt aiunt) significatione, profecta. Quaedam enim in Iure, mediae sunt significationis, vt dolus, fides, venenum, exauctorare, &c. Nonnullae plenioris, vt haeres, iustum: Aliae antiquiores, vt nexus, res mancipi, Libripes, familiae emptor, expensum, acceptumq. ferre, red. mere faciendum: Aliqua in alteram transiunt notione, vt filicus, holpes, perduellio, ordo pro statu, publicum pro vectigali: Reliquae Iurifconsultorum sic propriae sunt, vt ab scriptoribus aliis receptae non sint, quales illae: reperita die repromittere, per aduersionem locare, vel conducere, castratus pro eunucho natiuo, vespertilio pro luctioso. Plures item apud probatos alios Auctores, quae quidem in Pandectis haud proprio significato scripta sunt, veluti fiducia, sponso, mancipatio, mancipi emptio, sectio: Aliae Auctoribus aliis communes, sed ab Iurifconsultorum vulgo perperam intellectae, vt annua, bima, trima die, atque eiusmodi multa, quae cum alijs, tum Claudius Cantinnula libro de Ratione studij legalis, prudenter monet esse obseruanda: In quo tamen Auctore, cum paucissima in perita sunt, vt de Erasmo, qui nondum erat plane cognitus aut prohibitus, ea eradenda sunt. Et cerre experiuntur, qui ab lingua Latinae peritia inermes accedunt ad leges, sibi potius Calepinum, quam Iustinianum; & Grammaticam plusquam Iuris Institutiones, esse verlandas.

Claudius Cantinnula.

Caij Institutiones.

Iam quoniam Caij duos libros Institutionum habemus, vnde pleraque desumpta sunt, quae in Iustiniani Institutionibus cernimus, expediet, & eum & Codices Theodosianum, Gregorianum, & Hermogenianum interdum legere, quantum satis erit ipsis genuinis vocum & phrasum notionibus inde hauriendis, praeterim quod & antiquae Theodosiani Codicis Annotationes, magnam afferunt lucem ad ipsarum legum percipiendam.

Dictionarium Iuris civilis.

Et Lexicon quidem, siue Dictionarium Iuris civilis extat a varijs vel collectum, vel auctum, quod magno viui solet esse, non solum tyronibus, verum etiam aetate ac studio prouectis: Sed quoniam ab haereticis saepe foedatum est, aut illatis haereticorum Ministrorum auctoritatibus, vt Melancthonis, & istiusmodi aliarum pestium, aut latentium haereticorum in dedicationibus Epistolis, siue additis ad extremum opusculis: idcirco omnino curandum est, vt quae huiusmodi sunt, prorsus ablegentur. Cum vero Albericus Rosatius, quem Alciatus & alij interdum nominant, iam ante complures annos voces Iuris collegerit, ac proinde auctor pene istius laboris fuerit, Pardulphus autem Prateius duos libros hac de re, praeter alia scripserit, haud erit difficile iis, qui Christianae Reip. praesunt, vt vel idem Alberici, vel Prateij labor, reliquorum melioribus & lanis additionibus auctus, ac nominibus haereticorum suppressis (quod & nonnumquam in Calepino apud Catholicos factum est bona fide) eorundem Rosatij, & Prateij nomine in scriptis edatur in lucem.

Albericus Rosatius. Pardulphus Prateius.

NOTA.

Graca lingua necessitas.

Vide in Auctoris Tractatione de Theologia controuersa cum Graecis.

VT autem Romana lingua alias ornauit, illustrauit, perfecit; sic vicissim ipsa a Graeca, ornata, illustrata, perfecta est. Itaque si in reliquis disciplinis (quod iura praestentium est) necessitas eius apparuit, multo magis in Romanis legibus, Iureque civili constabit: Ad explicandas sane dictiones illas, quae magnam habent emphasim; Ad idiotismum phrasum, quae ab ea usurpatae sunt; Ad menda corrigenda, quae Typographorum, vel Amanuentium incuria passim irrepperunt. Ad intelligenda loca, quae planius ab Interpretibus verti poterant: ad declinandos errores, ex Latini sermonis amphibologia; Et denique ad eas voces percipiendas, quae in editionibus Latinis, atque in ipso foro remanserunt; nemo paulo perspicacior non intel-


intelliget summam Graecae Linguae vtilitatem, ac necessitatem. Plena sunt Iustiniani Constitutiones, Theophili, & Constantini, aliorumque Graecorum libri, Latinis illis vocibus. Dominium, Legatarius, Mandatarius, Donatarius, Suus heres, & huiusmodi artis vocabulis: quin etiam illis; κουράτωρ, κουρατορδφν, & κουρατορ, πατρων, λήγας, & huiusmodi sexcentis, quae ideo molesta erant Herennio Modestino, dum Graece Latina (vt ille inquit) iura docebat. Sic Latini Consulti, hypotheca, chiographo, emphyteuti, litonia, heremodicio, orphanotropho, xeno, archigeronte, dioiceti, epistalmate, thlibiis, cantharidibus, atque alijs plerisque nominibus Graecis vruntur. Et notatur propterea vel Politianus, vel Haloander, quod Graecarum Pandectarum Notas, vel ille non diligentissime, vel hic re vera numquam viderit, licet eas se proferre pollicebatur. Taceo multa in Digestis Graeco dicendi genere scripta: quod cum Graeca natio venit in Romanam potestatem, linguam suam copiam, & artem secum in urbem intulit. Id quod & Priscianus olim, & Gulielmus Budaeus in nostris quoque legibus meminit. Constat autem Tribonianum, ea, quae a Iureconsultis Graece inuenit scripta, eadem lingua describi curasse; & hodieque in Pandectis Florentinis extare Graeca responsa. Authentica quoque ipsa Graece fuisse scripta, quae vix paucos ante annos intelligi poterant, linguam Graecam ignoratone. Duodecim vero legum Tabulas maxima ex parte e Graecia delatas, quemadmodum & Philosophiam, omnesque ingenuas artes, quae Iurifconsulto maxime commodant, Graece fuisse traditas. Graeca ideo vt cum Latinis semper coniungeret, & Tullius filio erat auctor, & idem ipse, ac Quinctilianus M. Catonem Censorium, eundem Oratorem, eundem Historiae conditorem, eundem Iuris, eundem rerum rusticarum peritissimum, inter tot operas militiae, tantas domi contentiones, rudis saeculo litteras Graecas, senem etiam, aetateque iam declinata dedicisse.

Herennius Modestinus libro singulari Excusationum. Politianus. Haloader.

Hinc fit, vt Interpretes Graeci, etiam Romanae antiquitatis ignorantia labi potuerunt, & adeo lapsi sunt, magno tamen praesidio sunt iis, qui in hac disciplina cupiunt excellere. Sane Graeca lingua familiaris fuit Modestino, Papiniano, & Scaeuola, aliisque omnibus, e quorum libris Digesta conscripta sunt, ac quae nunc omnium manibus teruntur, cum addiscuntur breuiore temporis spatio, tum eorundem interpretationibus magnopere iuuamur ad ea, quae amissimus, restituenda. Atqui Theophilo, praeter non ita multos in eadem antiquitate lapsus, qui Iustiniani Institutiones conuertit in Graecam linguam, nullo alio ad eos libros intelligendos aptiorem, scripsit Antonius Augustinus, ac reliqui postea comprobauerunt.

Anton. August. Emendat. Iuris Ciu. li. 3. c. 8

METHODUS, ET RATIO INTERPRETANDI Institutiones Iustiniani. Caput IX.



VM vero plurimi Institutiones Iustiniani explanauerint, petenda videtur istorum studiorum ratio ex Syluestro Aldobrandino, & Vvigliio Zuichemo; quibus si quis addere voluerit Ioachimū Mynsingerum, & Franciscum Hotomanum, meminerit, ne manum admoueat iis, qui Ecclesiae permittit non sunt editi neque emaculati: Quod dico, ne quem fallant alieni, & fallaces typi haereticarum ciuitatum, cum

Syluester Aldobrandinus Clementis VIII. Pont. Max. Parens.

& iidem, quibus Ecclesiae lima non fuit adhibita, occasionem errandi aliquando praebere potuerint. Et Aldobrandinus quidem, vir excellenti eruditione & pietate, CLEMENTIS VIII. Pont. Maximi, & Ioannis olim Cardinalis Pater (vt e fructibus agnoscat arbor) licet in priorem tantum librum Institutionum Iustiniani scripsit, alias vero Annotationes breuiiores in omnes libros ediderat, certus est dux adolescentibus, quem sequantur, quique eos porrecta manu, in aequiorem ac latissimum Iuris Ciuilibus scientiae campum deducat. Ioachimi Mynsingeri a Frundeck, Scholiorum liber extat Venetijs cufus Anno 1581.



Ioachimus Mynfingerus.

no 1581. apud Ioannem Baptistam à Porta, hac inscriptione. APOTELESMA, SIVE A CORPVS PERFECTVM SCHOLIORVM ad quattuor libros Institutionum Iuris Ciuilis; iam denuo, sed multo felicius quam antea, impressum, & a mendis propemodum innumeris, quæ in prioribus editionibus resederant, ipsiusmet Auctoris opera quam accuratissime repurgatum, multoq; auctius redditum; Cum Indicibus quattuor, hoc est, Rerum omnium memorabilium; Paragraphorum, qui in Institutionibus continentur; Titulis Institutionum; & Elenchò locorum Codicis, & Pandectarum, qui inter explicandum discussi sunt: Censuraq; sanctissimæ Inquisitionis Apostolicæ, è medio penitus sublatis, quæ lectori pio scrupulum inticerent.

Iudicium Mynfingeri de Fabrico. Mynfingerus in epistola limitari operis notari.

Ratio declarandi leges adhibita à Mynfingero.

Hic igitur cum aliquot annos publice Ius Ciuile interpretando professus esset, ac deinceps ab Carolo V. in ordinem Adlefforum Camera (vt vocant) imperialis cooptatus, in qua Germanice Iurisdictionis, atque ite iudicialis Imperii summa sita est, facile potuit acri praxi concoquere, quæ theoria fuerat meditata. Quamobrem cum Centones (vt ille vocat) aliorum Interpretum reiecisset, Fabrum autem recepisset, quem sanè (inquit) nemo doctus, qui modo in ipsius Commentariis legendis diligenter versatus est, iuste aspernari poterit. Ea (vt ait) quæ tum profitendo ad calamum dictabat, sic moderari conabatur, vt intra Institutionu septa & cancellos se continens, præcisus prorsus, & amputatis Doctorum superfluis quæstionibus, præcellisq; opinionum fluctibus prætermisissis, ipsius tantum contextus nudæ ac simplici interpretationi inhereret, neque alienas congeredo materias longius euagaretur; rationem quidem, ac modum in interpretando amplexus non diffusum, neque perturbatum, neque obscurum, sed concisum, facilem, ac expeditum. Primum enim id operam dabat, vt cum nomen aliquod Iuris Ciuilis vel primo in controuersiam venire, vel obiter in re tractanda incidere animaduerneret, neque illud satis apertam habebat significationem; breui, plana, commodaq; id definitione, seu potius descriptione explicaret. Deinde, quare in definiendo quodque verbum adposuisset, singillatim atque ordine exponeret. Quod si quando non verba, sed res ipsæ (vt sæpe fit) obscuritatem aliquam continere viderentur, eas thematis quibusdam pro tempore confectis, quanta poterat solertia, diligentiaq; enodaret. Ceterum ubi per Iuris regulas eundum esset, priusquam ad ea descenderet, quæ peculiaria eius contentions erant, protheoriis, siue (vt nostri vocant) euidentibus quibusdam, velut in modum præuiaz cuiusdam inspectionis propositis, discantis animum præparare, atque instructiorem reddere conaretur; ne cum illuc deueniret, aut velut in tenebris oberrans, ad multa impingeret; aut rerum ordinem, si tum demum docendum esset, soluere, atque importune scindere oporteret. Hancq; veram existimabat docendi viam, ac rationem esse iis, qui primam & infirmam ætatem, Iuris Ciuilis sapientia instituerent: quem etiam Theophilum non indiligentem, neque contemnendum Græcum Institutionum interpretem, diligenter olim obseruasse, ex ipsius paraphrastica, quæ etiamnum extat, commentatione deprehendere licet. Ab hac tamen pura tradendi simplicitate, ac vero docendi modo, quam longe discedat aliqui, notius (inquit Mynfingerus) est, quam vt hic sit multis ostendendum.

Iudicium Mynfingeri de Theophilo.

Viglius Zuichemus.

Annus à Iustiniano prescriptus discendis Institutionibus. Viglius in pres. in rubrica Inst. de Testam. ord. nu. 3.

Iam Viglius Zuichemus Phrisius, qui Patauij professorem egit, Regius autem in Belgio est præses, et in omnes Institutionum libros non scripsit, præcipuos tamen decem titulos earum, cum expoluisset, inolitam ab aliorum Interpretum verustioribus Commentariis barbariem amandauit à Scholis, & quantum ferre possint tyrones Iurisprudentiæ, priore illo anno, quem Iustinianus iis volebat satis esse, suis Institutionum libris euoluendis proposuit. Nam qui hodie (inquit) Institutiones docent, haud respicientes ad rudium tyronum mediocritatem, difficillima quæque vix ipsis lytis, prolytisq; intelligenda pertractant, & discipuli non consultant intra Institutionum septa, priusquam solida iecerint fundamenta, ad maiorum doctorum scholas intempestiue properant. Hæc docendi, discendiq; peruersio fit, vt tot annos in gymnasiis hæreamus, priusquam vtilitatem aliquam ex hac disciplina percipiamus. Hæc ille.

De

A De Hotomani Commentariis in hosce eosdem libros, cum Latinam, & Græcam linguam, Philosophiam item, & Iurisprudentiam esset affecurus, ij Venetiis post priorem editionem ab Auctore recogniti, atque ab Ecclesia concelsi (si tamen expurgati fuerint) vt prodirent in publicum, viles sunt ad Iustiniani sentum assequendum.

A P T A T I O P I E T A T I S A D libros Iustiniani exponendos. Caput X.

VERVM enimvero quæ ad pietatem faciunt, quoniam hæc summi momenti sunt, oculatissime obseruare oportet, quandoquidè ex vna hac re Christianæ pendet Reip. salus. Et Angelus quidem Aretinus, ac Christophorus Porcius, & Nicalius à Vvoerdæ, & alij, qui Ius Canonicum cum Ciuili contulerunt, quales fuere margini adscripti, sed attentius Syluester Aldobrandinus, hanc viam monstrarunt, cum solidiorem Ecclesiæ Catholicæ veritatem, sicubi ferebat occasio, Ciuili Iuri opposuerunt. Quod vt nunc planius fiat, liceat hic aliquid apertius innuere, quando ad hunc scopum tota Bibliothecæ nostræ cura collineat. Et primo, quantum illud est, quod In Nomine Domini suas Institutiones Iustinianus auspiciatur? Quid hic, inquam, in Adolescentum animis figendum est, vt vnde studia inchoent, quorsum eadem referant, sciant? Quod sane Romanus Catechismus suppeditabit abunde iis, qui perlegent, quæ in eo scripta sunt in alterum primæ Tabulæ præceptum, & in priorem orationis Dominicæ partem. Ac deinde quæ Dominus per Ioannem Euangelistam tam diligenter commendauit, vt si quid in eius nomine peteremus (id quod & ad studia referendum est) sciremus nos esse consecuturos. Cum vero Interpretes pene omnes multa hoc ipso loco afferre soleant, ecquis Iustinianus, ecquæ Imperatoria dignitas fuerit, aut vnde originem duxerit; an ne opportunius quam hic, depromi poterunt eæ cautiones, quæ historicis lacris, & profanis legendis adhibendas esse ostendimus? Et Franciscus quidem Hotomanus, initio Commentariorum suorum, de vita Iustiniani disserit fulius, vt denique post enarratas de eo victorias, dicat, Religionem Christianam ab eo pie, sancteq; cultam. Siquidem (inquit) errantium opinionum, quibus tum Ecclesiæ Christiana, tamquam tempestatibus quibusdam agitabatur, vindicem se accerrimum, inimicissimumq; præbuit. nam & Porphyrij, & Eurychetis, Nestorijq; impias, & sceleratas opiniones repudiavit: ac religionis nostræ de trino Deo, & vno sententiam integerrime, constantissimeq; defendit. Postremo quæ in Concilio Nicæno eadem de Religione conuenerunt, arctissime retinuit. Imperauit annos XXXIIX. mēf. VII. dies X. vixit circiter LXXXIV. mentisq; errore multo ante affectus, Iustino ex filia nepote Imperatore designato, vita est functus. Hæc ille. Verumenimvero planius addendum erat, quam vitam egisset Iustinianus, quum legum molem in ordinem redigi mandasset; vel quas victorias reportauit, dum Religionem Catholicam integram custodiret, ac vero quanto de gradu decidit, quasve amisit Prouincias, cum primum in hæreses incidit. Quo quidem studio ieiunium coluerit, dum itabat in Fide, sic Procopius refert. Omnibus (inquit) illis (hoc est Quadragesimæ) diebus, qui Patchalem solemnitate præcedunt, ieiunio addictus, duram quamdam vitam egit, nedum Regi alienam, sed neque priuato alicui aliquo modo acceptabilem, per dies abstinebat; summo mane itidem è lecto confurgens Reipublicæ inuigilauit, cuius negotia verbo & opere pertractans, matutinum, meridianum, & non minus nocturnum tempus impleuit. Nam in seram noctem lectum petens, mox surrexit, quasi plumarum pertæsus; cibi appetens, vinum, panem, & alia id genus cibaria abesse voluit; brassicam solum, & agrestes herbas longo tempore sale, & aceto maceratas edebat; potus aqua erat sola: neque his ad saturitatem utebatur, sed petitum

In s. nouis sine, ad gl. in v. er. admitti, de S. C. Offici. & alibi sape. In explicatone Arbores consummationis adiuncta ti. In s. de gradib. cognat. clbidem, in Arbores cõpõn ternitatis. d. Baptista à S. Blaso Patavinus, de Iuris cano. & eius contradictionibus. Galuanus Bonon. Hieronymus Zannetinus Bononiæ, & Proflocius de Comitib. Patavinus, de differentijs legu. & canonum; qui omnes extat primo Tomo Tractatuū Venetiis auctorum anno 1584. Non assummes Nomen Domini Dei tui in vanū s. sanctificetur Nomen suum. g. Franciscus Hotomanus de vita Iustinia. Imp. in limitiq; suoru Cõm. h. Procopius de adif. Iustiniani Imp. pr.

c cibum



Euagr. li. 4. hist. eccl. ca. 29. 31. 38. 39. & 40. Nicoph. Eccl. hist. li. 1. c. 19. 30. 31. 2. In s. sacra l. 1. d. 1. r. di. b. In inscrip. proom. In s. c. In sumar. l. 2. c. 1. vrb. ff. de off. praefecti vrbis. d. In ed. Tau rin. corp. et. ni. anni. In gl. s. 1. in ver. indi. uidiu. in princ. do. pa. riaz. pot. Itb. in sigl. g. roto. sive. i. uulo. de. nup. & in pr. de. p. a. pot. In gl. in s. 1. in ver. re. scrip. de. adop. qua. in. c. ex. suscepio. ext. de. foro. comp. et. In gl. s. 1. in ver. s. ff. l. ius. fam. in. ver. non. li. berat. quib. mo. ius. pa. so. sol. et. al. In s. reli. giosum. de. veru. diuis. l. cum. alibi. In gl. in s. 1. in ver. do. xale. Quib. alio. n. li. vel. no. qu. ex. c. licet. de. in. reur. in. 6. In toto. fere. titulo. In s. publi. ca. in. ver. a. nima. qua. gl. & sylu. o. De. off. iud. & de. obli. que. ex. quasi. delicto. n. as. p. In s. sacre. de. re. diuis. ga. ab. heretici. q. Heretici. q. In s. id. in. milite. & excus. t. m. et. in. s. fili. sa. Quo. mo. d. ius. pa. pot. sol. & alibi. r. Nazius. in. l. 2. s. & c. placu. sse. in. ver. iniurie. ff. de. orig. iur.

cibum paulisper degustatum, mox dimisit, non eo sumpto, quod natura fatis erat. Hæc Procopius: cum Euagrius quæ postea à Iustiniano perpetrata sunt mala, & quibus ille heresibus adhæserit, non vno loco scripserit. Nâ & Prasinorum factioni se adiungens, eos permittit impune immania patrare facinora: & ipse auaritiæ se dedens, denique ab Orthodoxa fide discedens, edictum aduersus eam ferre volens haud potuit, sed misere interit.

Et Mynsingerus quoque initio, cum de hac Imperatoris voce ageret, mittit lectorem ad ea legenda, quæ Spiegelius de Germaniæ Septemviris scripsit; qui Spiegelius ob hæreses erroresq. permultos, ab Ecclesia prohibitus est. At iustissimum esset, ut hoc loco in primis in Iuuenites animos; ea summam instillarentur, quæ de Cæsaris potestate Bellarminus tradit: Sic enim deinceps, quæ Cæsaris essent Cæsarij; quæ Dei, Deo rectissime iudicarentur; nec mali sane Consiliarij tam facilem ad Religionem evertendam aditum haberent. Et Bellarminus quoque hac de tore, quantum satis est, scripsit cum alibi, tum capite sexto, & reliquis libri quarti, ubi agit de Pontifice Romano. Huc autem pertinent quæcumque alibi de Pontificis potestate dici possunt.

Neque vero defuerunt Interpretes, qui ubi de etymo huius vocis, Augustus egerunt, illico de Donatione Cōstantini Ecclesiæ facta interferuerint ea, quæ licet ab Ecclesia vetita fuerant, nondum tamen ea ex omnibus libris erasa sunt, & quæcum ab aliis, tum ab eodem Bellarmino confutantur.

Reliqua eiusmodi sunt, qualia de diuortio, De concubinato, De nuptiis, De adoptione, De patria potestate, De religiosis, De iureiurando, De gradibus cognationum, De publicis Iudiciis, De variis Magistratuum, Iudicum, Scribarum officiis dici possunt. Nam & huc quæ è Iure Canonico habentur ad manus, quæ Synodus Tridentina, & Romanus Catechismus commonstrant, suis aptanda sunt locis, ut veritas Christianæ pietatis eluceat. Alioquin adolescentes epotis Iuris Civilis erroribus euadent monstra rerum, hincq. machinas excitabit aduersus institutam à Christo in Ecclesia potestatem, ordinem lacrum, cælibatu Sacerdotum, Religiosæ vitæ perfectionem, & lexcenta alia; ut etiam postea (quod nimio plus factum vidimus) audeant lectarij Macchiauelli placita Tyrannica pro legibus obrudere, & falsi Politici Catholicam Religionem cum hæreticorum Atheismis, ac prophanis sacra commisceant peruerentes humanum & Diuinum ordinem, ipsi tam saltu superbiæ perueri, & in reprobum lentum traditi.

Porro de Magistratuum officiis non pauca è Manuali Nauarri peti poterunt, ubi de statibus agit, cum & de his plures cum laude scripserunt; inter quos Thomas, Dionyhus Carthusianus, Antoninus, Rodericus Episcopus Zamorensis in Speculo vitæ humanæ lib. de Monarchia, & origine, & differentia Principum: ac reliqui, quos in Tractatione nostra de Practica Theologia recensuimus.

Ac quoniam mirari iure quispiam posset, cur Christianus Imperator Iustinianus ea interdum inseri permiserit in suos libros ad corpus Ciuile spectantes, quæ Christianæ Religionis aduersantur, commode, antequam eò progressus fiat, præmunendi erunt adolescentum animi. Iustinianum, qui apud multos habitus est ἀναλφαβητος, nimirum ipsius quoque Alphabeti ignarus, haud scripsisse hunc librum, sed Tribonianum (ut diximus) quem & Suidas auctor improbat, tamquam omnis Religionis contemptorem, auarum, nulla fide, nulla iustitia, ius quotidie nouum, variumq. constituentem, quiq. Iustiniano periualerit, fore, ut non moreretur, sed cum carne allumeretur in cælum. Quod sane probabilissimum est (quamuis Zafius, vel Rutilius in eius vita conentur illam defendere) cum si Christianæ pietatis sollicitas fuisset in eo, respuisset multa, quæ ob impietatis labem Christianis vocibus, & auribus indigna sunt: quales sunt Diuinitates illæ, quæ impiis, ethnicis, & hæreticis quibusdam Imperatoribus passim tribuuntur ubi, leges eorum aut edicta memorantur. Quorum enim Christianis mentibus tam crebra Diui Claudij, & ceterorum quorundam obruta commemoratio? Quæ consuetudo apud male sanos homi-

Suidas  
Tribonian.

homines seruata, personat hætenus Fidelium aures; cum tamen plures sibi religioni ducant, si quis è Cælitibus, aut is, cui Christus Regni cælorum clauces concedit, insigniore aliquo reuerentiæ aut venerationis nomine appelletur.

Scio autem, circumferri Iustiniani Institutionum libros Adnotationibus ac notis doctissimorum virorum (sic habetur in fronte libri) illustratos, & auctos; permodica impressos forma, anno 1580. At locus Typographi tacetur, qui cum Geneuæ fuerit, cauebunt adolēcentes, ne in aliquid ab Catholica pietate absonum impingant. Nam etsi ex quibus aut Iuriconsultis aut aliis scriptoribus Adnotationes illæ collectæ sint, plures, & boni, & vero quidam alij prohibiti non sunt: quales Theophilus, Isidorus Hispalensis, Alexander ab Alexandro, Gulielmus Budæus, Franciscus Connanus, Franciscus Duarenus, Iacobus Cuiacius, Antonius Augustinus, Petrus Victorius, & alij: quis tamen fuerit Ioannes Crispinus: quis Iulius Pacius: quis Vvesembecius, & huiusmodi alij, qui eodem loco censentur, intelligent qui librorum prohibitorum Indicem à sancta Sede Apostolica editum scrutabuntur. Plura certe hi omisere, quæ dici poterant ad fidei Catholicæ veritatem, cum & alia ediderit Crispinus pestilentissima.

Geneuæ  
Calumi Ty  
pographi  
quonã alu  
Iustiniani  
Institutio  
nes fedati  
runt addi  
tione suspe  
ctorum vel  
prohibitorum  
Aucto  
rum.

PANDECTAE Caput XI.

PANDECTAE, quæ non inscite quidam Synagogam nominauit, licet poterant improprie appellari Codex, & vero ita appellantur, maluit eas tamen Iustinianus, vocari nomine, quo etiam plerique Iuris Auctores suos libros nuncuparunt. Eius vocis notio, ut Græca est, designat omnia continentes. Porro veteres cum Pandectarum leges, librosq. significabant, priorem eius dictionis litteram cum signo accentus circumflexi sic scribebant π̄, Id quod qui subsecuti sunt, Græcarum ignoratione litterarum, putantes esse digamma, hoc est duplex π̄, hoc signo notarunt, ff. Pandectarum autem inscriptionem Plinius inter illecebrosas, & magna promittentes recensuit, propter quas, inquit, vadimonium describi possit.

l. 1. c. 2. de  
ver. iur. enu  
cleam.  
π̄ & δ̄ γ̄  
σ̄ ᾱ ῑ  
Alcia. lib. 3  
de spiriu. et  
cap. 19.

Digestorum autem nomen primum Saluius Iulianus reperit, qui Ius Ciuile confusum tamquã in quamdam artem redegerit. Haloander tamen non negat, nulla iniuria nostrorum hominum imperitiam accusari, qui caput aliquod ex Digestorū opere in testimonium adducentes, legis verbo, & gemino ff. vtuntur, cum ex antiquissimorum Codicum monumentis constet, Latinos εν τῷ δ̄ ἑπιπλοῖς simpliciter huic θ̄, vel huic θ̄, notæ, quæ operis nomen significabant (vnde & supina librorū negligentia irrepsit, ut hodie ff. scribantur) titulum, nudumq. capitis principium, hunc in modum adiecisse, Dig. vel θ̄, vel θ̄, de actionibus empti, Iulian. Græcos vero frequentius operis nomen omisisse: titulum, caput, ac versum, quem δ̄ ἐπιπλοῖς illi, quasi nouam facti speciem, siue casum, nostri inepte Paragraphum appellarūt, per numeros tantum indicasse, hoc modo, ε̄. δ̄. π̄. β̄. κ̄. σ̄. θ̄. μ̄. ῑ. ᾱ. id quod fragmenta quedam de pignoribus, de success. ab intest. de peculio, Græce scripta, quæ ipse dum viueret, habuit, antiquissima testari possunt.

Alcia. in l.  
1. c. de od.

Pandectas igitur istas ex duorum millium librorum in quinquaginta tantum: & ex versibus trices centenis millibus, in centum quinquaginta millia dumtaxat, nimis fidenter reductas, Tribonianus, Ioannes Patricius, Theophilus, Dorotheus, & alij partiti sunt primo in septem partes, Deinde hæc in libros, hos autem in titulos, ut lector commoda cuiusque loci inspectione, ad iudicium de rebus ipsi inuitaretur.

SEPTEM PARTES PANDECTARUM, EX  
Iustiniani partitione. Caput XII.

**P**ANDECTARVM autē pars prima vocatur *τὰ δεῦρα*, hoc est primaria, qua nihil sit antierius: Continet enim principia Iuris, quod à Iustitia virtute præstantissima descendit: ostendens, omnium Magistratum & prudentium in tractandis legibus officia, quæ ratione his recte imperantibus obtemperetur. Habet vero libros quattuor.

Secunda de Iudiciis, continet materiam actionū quotidianarum, de rebus tū vniuersalibus, tum specialibus. Nam omne Ius pertinet aut ad personas, distribuendo unicuique functionem suam; aut ad res, ratione quadam ad vtilitatem personarum commutandas; aut ad actiones, quibus incidentes rerum controuersæ iudicantur, ac certa forma celeriter dirimuntur. Habet libros septem.

Tertia de Rebus creditis, in qua formulæ contractuum proponuntur, quibus homines inter se, alter alterius fidem secuti, res ipsas, vel earum vtilitatem, æqualitate quadam obseruata, communicant. Habet libros octo.

Quarta *ἐπιπέδος*, seu umbilicus dicitur, quasi locus in Iure tractando medius. Complectitur autem primum materiam pignoratitiam; deinde ordinationes Aedilium Curulium valde vtilis. De viuris item, & fructibus, & accessionibus rerum tractat. Tum addit regulas probationum, quæ iudiciis deerant: scilicet, quomodo Iudici sit facienda fides eorum, quæ apud eum proponuntur. Postremo matrimonij formæ, dotes & donationes, & puerorum ex matrimonio procreatorum tutelæ definiuntur. Habet libros octo.

Quinta de Testamentis, continet materiam vltimæ voluntatis: vt quandoquidem anima est immortalis, regnet etiam hominis voluntas extincto corpore. Per vltimam enim voluntatem admittitur etiam post mortem liberalitas erga proximum, institutionibus, legatis, substitutionibus, fidei commissis pure, vel sub conditione, pro cuiuslibet arbitrio: Idq. militantibus, & defendentibus Republicam aliquanto liberius, propter occupationes, conceditur. Habet libros nouem.

Sexta absoluit de vltimis voluntatibus tractationem: expositis Prætorum editis, per quæ Iuris Civilis aliquando nimis dura auctoritas redigitur ad æquitatem: Deinde libertatis causa proponitur. Tum de acquirendis per viucapionem rerum dominis certa ratione stabiliendis, ne chiliber semper sit liberum de illis controuertere, ac publicam tranquillitatem turbare. Postremo interdicta Prætorum per ordinem recensentur, quibus controuersæ hominum, celeritatem quamdam desiderantes, mirum in modum commode solent extingui. Habet libros octo.

Septima continet reliquâ tractationē de Stipulationibus, vt certæ sint formæ per quas homines se verbis obligent, ne omnibus passim colloquiis costringantur. His adnectit fidei iussiones, solutiones, omnesq. nouationes; hoc est, cum placet hominibus contractas inter se obligationes in nouam formam mutare. Postremo civilibus explicatis negotiorum formulis, delinquentium poenæ adiiciuntur, aduersus malos, vt boni fruantur pace. De publicis quoque functionibus aliquid obiter explicatur. Et ne quis existimet, ipsas voces legum, quasi cuiusdam historię legendas esse, ac non vim potius, & potestatem, in tanta negotiorum varietate excutiendam; deo primum verborum significationes, ex quibus phræses Iurisperitorum colligamus, explicat; deinde regulas subiicit, ac theses, quarum ductu vniuersi Iuris cognitionem liceat facile assequi, & pro vlu incidentium quotidie negotiorum exercere. Habet libros sex.

CAUTIONES DE ALTERA PANDECTARVM  
partitione, in Digestum Vetus, Infortiatum, Nouum.  
Caput XIII.

**R**ECENTIORES autem abusi Indice Iuris, quippe qui non tam partem, librum, materiam, quam totiorum numerum respicerent, Tres Digestorum Tomos appellarunt, Vetus, Infortiatum, Nouum: vt & distinguerent Digestum Vetus in titulos centum quinquaginta quinque, versus sexaginta quinque; Infortiatum in titulos centum & quinque, versus quinquaginta sex; Nouum vero in titulos CLVIII. versus LVI. quorum explicatio in fronte cuiusque tomi iam habetur.

At de hac voce, Infortiatum, ac de Pandectarum serie, & partitione Andreas Alciatus in manus suas nuper incidisse ait Digestorum volumen quoddam antiquissimum, non vulgaribus, proteritisq. tomis diuisum, sed in duas tantum partes, quarum posterior à Trebelliano S.C. fumebat exordium. Quæ res (inquit) manifestissimum facit, ineptam esse recentium dubitationem, dum potissimum ambigunt, cur secundum Digestorum volumen Infortiatum dicatur; quasi non barbaræ hæc vox sit, & nullius sensus ab indocto aliquo litteratore primum facta, quem deinde alij æque indociles secuti sint. Hæc ille. Proinde nemo se posthac cum Accursianis cruciet, quid ita secunda Pandectarum pars Infortiatum appelletur; cum plane nec secunda ea sit, vt quæ vigesima quarti libri Digestorum (qui vltimus est Digesti Veteris) titulum vltimum secum trahat: nec vlla aut eius vocis etymologia reddi possit, cum barbaræ sit, vt iam dictum est, aut eius partitionis iusta ratio. Perpetuus enim est Digestorum ordo, ac contextus quinquaginta omnino librorum continua serie absolutus, non alia profus ratione ab antiquis intercisus, quam quod tanta librorum congeries, ac veluti moles, in iustum aliquod volumen confusi non posset, quale quid nunc feceris, si aut Virgilianam Aeneidem, aut Liuij decades, aut cuiusvis alterius Auctoris plures libros eandem rem tractantes, in tres, aut plures tomos diuiseris.

Quod vero Matthæus Monachus quidam scripsit etiam Digestorum corpus bis editum fuisse; primum breuius, deinde auctius redditum paratilis; & paratila esse *αυτῶν νεώτερον*, vt loquitur, siue repletiones eorum, quæ cuique titulo Digestorum deerant in priori editione, & scholia: ipsa fides veri refellit fati; quæ fidem facit, vnam tantum Digestorum editionem fuisse, & paratila Iustiniani, lex 1. & 2. de vet. iu. enucl. nihil aliud esse ostendit, quàm breues, & subtiles titulorum interpretationes, & quasi monitoria, siue clauæ eorum, quæ singulis titulis continentur.

Cautio altera de Pandectarum ordine inuerso, vel turbato, vel corrupto textu.

**A**Tqui, & præpostera titulorum, & chartarum in Digestis collocatio præcauenda est, præsertim si quis antiquioribus editionibus vtatur. Extat enim titulus de Iudiciis adiectus libro quinto, cum sit titulus secundæ partis Pandectarum generalis. Item titulus de rebus creditis adiunctus libro duodecimo, cum ad tertiam vniuersi operis partem pertineat.

In ipsis etiam Pisani, quæ postea Florentinæ dictæ sunt, & summo in honore habitæ Pandectæ, ad quarum exemplaria prouocare solebant Baldus, & Bartolus, quæ chartæ errato compactorum, alio translatae sint, quive tituli, aut loci, aut verba mutata, vel falsata sint, in quibus Bologninus tenuiter, Politianus, & Budæus diligenter; Gregorius Haloander accuratius laborarunt; accuratissime monstrauit Antonius



nus Augustinus, Noricorum simul librorum, unde Haloader multa sumperat, defectu, atque aliorum, etiam sui praeceptoris Alciati lapsibus animaduertis. Is igitur Augustinus, vir eruditissimus, qui in Ecclesia variis muneribus perfunctus est, anno huius saeculi quadragesimo tertio Venetiis apud Iuntas edidit (licet alibi postea editus quoque sit) Emendationum, & Opinionum libros quattuor, & librum singularem ad Modestinum, siue de executionibus; quibus maxima Iuris Ciuilibus pars ex Florentinis Pandectis emendatur, & declaratur. Vt vero eius laboris usus, & fructus vnicuique constet, Indicem singulorum capitum eorundem quattuor librorum legat attentè lector.

Fides Pandectarum.

Vide hanc epistolam in Editione Platiniiana

Demum hoc loco placet addere, quae de fide Pandectarum Florentinarum, seu potius Pisanarum, Franciscus Taurellius scripsit, ut plena de earum auctoritate, siue antiquitate, habeatur à studiosis noticia. Is igitur sic, Pandectarum, siue Digestorum antiquum volumen, Florentiae nunc, olim Pisis adseruatum, cum Amalphi prius omnem supra memoriam fuisset, inde acceptum, Pisani quod Innocentium Secundum Pontificem Maximum, & Lotarium Caesarem item Secundum, classe aduersus Normannum Rogerium iuissent, egregie nauatae operae monumentum retulerunt, diuq. penes se habuerunt, donec per Ginum Caponium aequè nobilem ac strenuum virum, anno 1406. Pisis in potestatem redactis, subiectionis symbolum transulere. Liber itaque Florentiae eo ex tempore est custoditus: Atque haec ex antiquis Pisanorum Annalibus apud Plotium Griffium eorum ciuem accepimus; quibus & Raphael Volaterranus per omnia fere adstipulator, & illo multo antiquior Raynerius Grachim Pisanus iis libris, quos ante ducentos pene annos de bello Thufco conscripsit; quod opus inter cubiculares duos libellos aliquando visum est. Sed & Plotius idem affirmat, antiquum instrumentum domi se habuisse donationis eius in Pisanos per Lotarium collatae, quod postea contagiosa pestis periculo vitando, inter alia scripta igne combustum sit. Hunc optimum librum iam quadringentos amplius annos, in Hetruria habitum, nemo satis vniquam laudauerit; siue antiquitatem spectemus, siue sinceritatem ac fidem.

**CAUTIO AD INUENIENDAS IN Pandectis leges accommodatae, & de Iurisconsultis veteribus.**  
Caput XIII.



praestat in reperiendis legibus, eam rationem tenere, quam etiam alij attigerunt. Nimirum cum proponitur facti species, cuius definitio ex iure desideretur, cogitandum esse, quam in parte Pandectarum tractetur genus propolita materia; tum pergendum, quanto libro sit, ut propius accedas ad speciem: Sic tandem perquirendos titulos, & sub titulo legem: Mox legem reperta, videndum, à quonam scripta sit, tum vero è catalogo, qui nomina contineat legislatorum, colligendum est tempus Iurisconsulti, vel Imperatoris, qui legem scripsit. Denique dispiciendum, sit ne locus ille succedente saeculo mutatus, quorsum enim attinet, citare legem mutatam?

**Cautio de Iurisconsultis veteribus.**

Am vero Iurisconsultos veteres aequo animo ferendum erat à pluribus commendari à consentiente doctrina; ab nitore, atque elegantia styli; ab soliditate plurium legum, & praeceptorum; à quadam grauitate morum & vitae: At Diuinos, & vere Aequitatis sacerdotes, atque antistites vocitare, ac testari, proxime ad Euangelicam legem eos accessisse; ijs autem vocibus, cum de vno Papiniano loquuntur, exclamare: O diuinum ingenium, o iudicium irrepre-

Spieg. & qui dnm alij.

sibile, quem tibi hominum conferemus? quis mortalium in tam viridi aetate, ad sapientiae, fortitudinis, prudentiae, temperantiae, aequitatis, & iustitiae tuae fastigiū peruenit? Haec sane nimia sunt, & quae adolescentum Christianorum animos sic defigant in Gentilium aestimatione, ut postea vix Christianae legis eminentia illis sapiat, putent autem, ubi speciem quamdam prudentiae combiberunt, nil quidquam esse, quod politico nescio cui fastui sit anteferedum. Et vero puridum est homines Ethnicos vocari vere Aequitatis sacerdotes ab alijs quibusdam, qui Christianum sacerdotium, & sacrificium, atque idcirco Christianam legem quantum in ijs fuit, exploserint: Cum si quis sapienter velit cum Papiniano conferre Virgunculas, & adolescentulos impuberes, qui meliora depromperunt è corde, & Diuinam legem eructantes, intrepide inter compedes, & secures, sanguinem pro verissima Iustitia profuderunt, certe ex istorum flamma, quae splendet in perpetuas aeternitates, auolabit fumus, & nimia opinio terrena illius prudentiae, atque constantiae, qua Papinianus istorum vocè sublatus in caelum, certissimo Dei iudicio deiectus est in Infernum.

Mat. Grib. in meth. de rat. stud.

Error in ap pelladis, & extollendis prifeis Iuriscōsulais.

VVesomb. in vita Papi niani.

Quin ergo potius erant praemuniendi studiosorum animi cautione illa, quod ex istis, cum alij ab Stoicis, ab Academicis alij, nonnulli à Peripateticis penderent, in plerisque variarunt, ac vero eorum nemo in Christum respexit, tot licet coruscantibus miraculis, legeq. perfectissima toto terrarum orbe praedicata. Labeonem autem Platoni addictum multa nouasse in Romanis legibus, & Augustinus, & Pomponius Iurisconsultus primo Digestorum libro meminit: Cum & Martianus, eodem libro Chrysippum in lege definienda scetur: Celsus vero Theophrastum de legislatorum officio praescribentem amplectatur. Atqui hodieq. Ciuilibus in legibus plura extant tanquam legitima, quae nec seruantur, nec per Diuinam legem seruanda sunt, prophana utique & sceleris plena: qualia sunt quae de viuris, de diuortijs, de concubinis, ac de alijs leguntur. Mitto diuersam illam, & multiplicem tractationem de iudicijs, & iurisdictione omnium iudicum, de actionibus, de exceptionibus, de actoris, de rei, de patroni officijs, de poenarum generibus, de agendi & probandi praescriptis.

Ceterum quae dici possent de Interpretibus Pandectarum, qui ante aliquot saecula floruerunt, ea quoniam ad calcem huius tractationis adiecimus, quando ad reliqua Ciuilibus corporis membra pertinent, idcirco inde petenda sunt. Nam & Accursij, & eiusmodi aliorum lapsus, quantum satis est cautioni praemonstrandae, attigimus.

INTERPRETES Pandectarum.

**CODEX IUSTINIANI; UBI ET de Gregoriano, & Hermogeniano, & Theodosiano.**  
Caput XV.



OCVS hic monet, ut quae docte Iacobus Cuiacius, in suis in Codicis libros paratitlis scripsit, ne praetermittam; si prius dixerim, Codicem esse librum, in quo res digeruntur, & ordine conscribuntur. Quamobrem recte Iustinianus superiorum Principum sine ordine politas Constitutiones purgari curans, tum etiam Nouellas emendatas, Codicem appellauit. Est vero (inquit Cuiacius) maiestas, & diuturnitas maior scripto, si quid exares in his, hoc est in Codicibus, quam si in chartis, aut membranis simplicibus; sicut membranis quoque maior, quam chartis: adeo ut pleraque hodie non valeant, nisi membranis scripta; veluti codicilli dignitatum, & S. C. Verum, ut populi leges, ita generales Constitutiones Imperatorum, ne dicam rescripta, moris erat pugillaribus scribi cuiuscumque materiae, chartaceis, ligneis, aeneis, vel eburneis, atque ita seruari singulas, vel vniuersas in vnum corpus collectas, in scrinijs memoriae, & dispositionum; ut Imperatores

Budeus in l. talis. s. s. cer. ff. de ritu nuptiar. in Praef. Parati.

l. pen. C. de diu. rescr. l. omnium. de rescr.

Plinius ad Traianum. in confirmacione sui Codicis.

Codex Gregorianus cur ita vocatus Item Hermogenianus

Theodosianus Codex.

Iustiniani Codex.

De nou. fa. & de iur. si. c. conf. b. De emend. c. iust.

Codex Iustinianus cur vocatus repetitae pralectionis

Pralectiones quae nunc vacante

In conf. de off. iust. & in aliis de cons. Digest.

De emend. c. iust.


peratores scribunt, ius in suis scrinijs esse constitutum; & Plinius, edicta Imperatorum vera, & emendata in scrinijs esse Traiani: & Theodosius suum Codicem haberi in sacris scrinijs: Zonaras, de XII. Tabulis, *ὅσα φυλακῆς ἐκρίθησαν ἀξία, ἐς σαυτοῖς ἐθήσαντο*. Responfa autem sua, vel interpretationes, & commentaria solebant prudentes chartis aut membranarum perscribere; quorum etiam quidam libris suis Membranarum titulum adhibuit. Et hac ratione factum opinor, vt liber potius constitutionum, Codicis nomen obtineret. Et obtinuit quidem illud Codicis nomen primum liber, quo continebantur Constitutiones Imperatorum, ab Hadriano ad Valerianum vsque, & Gallienum; dictusq. est Codex Gregorianus, a nomine Iuris studiosi, qui huic collectioni dedit operam. Subiectus est Codex Hermogenianus, ab Hermogeniano similiter eius editionis auctore; quo continebantur, Claudij, Aureliani, Probi, Cari, Carini, & innumera Diocletiani, & Maximiani constitutiones: vt perperam Codici Gregoriano adscribantur quaedam Diocletiani, & Maximiani, cum fuerint omnes in Codice Hermogeniano. Exiit postea tertius Codex, iam non a Iuriconsulto vilo, sed ab Imperatore ipso Theodosio, cuius auctoritate conditus est, denominatus Codex Theodosianus, qui constitutiones complectitur Imperatorum omnium a Constantino vsque ad ipsum Theodosium. Et vt ex Gregoriano nihil lumpsit Hermogenianus, ita nec ex hoc, vel illo, Theodosianus quidquam; sed omillas in Gregoriano sequentium Imperatorum constitutiones Hermogenianus habet vsque ad Constantinum; omillas in Hermogeniano, Theodosianus. Longe alia ratio fuit Iustiniano, componendi Codicis huius, quem de suo quidem non appellari voluit Iustinianum, vt suum Theodosius, Theodosianum: sed non eas tantum Constitutiones in ordinem, & compendium digessit, quas post Theodosianum sequentes Imperatores ediderant, sed etiam ex tribus superioribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano, & ex Nouellis quoque post Theodosianum Codicem, vel ab ipso Theodosio, vel ab insequentibus imperatoribus, editis, omnes quae ad vsum sui temporis facere videbantur. Rursum, cum similes essent, contrariaeq. inuicem constitutiones, permittim relata in illos tres Codices, Iustinianus, quantum potuit, e suo curauit tolli contraria, similia, superuacua, inutilia omnia. Et hunc quidem suum Codicem edidit bis (vt dictum est supra) Prior editio abolita est, quae exierat ante Digesta, & Institutiones, de qua sunt Constitutiones huic Codici praetatae: Posterior, de qua est Constitutio illis subdita; diuisa in duodecim libros, quasi XII. Tabulas, vt Harmenopolus ait, ea est, qua vtimur, & cuius titulos Cuiacius suscepit explicandos, post editionem Digestorum, & Institutionum, confirmata, atque confecta. Et hac quidem posteriore editione, multas, quae erant in priori, limauit, detrahit, mutauit; multas addidit & suas, & alienas Constitutiones: suas, inquam, & Decisiones iuris controuersi, numero quinquaginta, & alias complures Constitutiones nouas. Denique hoc genere priorem suum Codicem emendauit, & expurgauit; atque ob eam rem Iustinianum Codicem repetitae pralectionis appellauit, eleganter scribens, quod repetita pralectio probauit, satis esse validum, latiq. formosum, & quod maxime notandum est, secundas editiones a Veteribus ait, repetitas pralectiones appellatas fuisse, & Vlpianum retractatis libris suis ad Sabinum satis innuit secundae editioni hunc titulum adscripsisse. Praelectiones scilicet vocabant lectiones, quibus Praeceptores discipulis praerunt, praemonstrantq. vias discendi, ac intelligendi, aut voce viva, aut ex scripto. Nam & quae ex scripto veniunt, quasi e voce magistra manasse videntur, vt Iustinianus Iuuentuti ait legum eruditionem a voce sua, ab ore suo procedere. Porro quod Alciatus, & alii quidam affirmarunt decisiones tantum quinquaginta emendare ius vetus relatum in Digestis, & dignosci eas ex Coss. Lampadio scilicet, & Oreste, vel post eorum Consulatum semel, & iterum, vel Iustiniano tertium, vel Iustiniano quartum, & Paulino; id equidem negare malim, & affirmare contra, Constitutionibus plerisque eum emendasse ius vetus, quod erat certum; decisionibus certum fecisse, quod erat controuersum. Nam & haec vna ad Constitutionum

A stitutionem Iustiniani constitui differentia potest inter Decisiones, & Constitutiones: Et quod ad Coss. attinet, ea nota communis est Constitutionibus, & Decisionibus, non Decisionum propria: sed & Decio Cos. quo anno exierat prior Codex, mense Aprili, possit esse aliqua vel Decisio, vel Constitutio.

Iam qui volent Codicis Theodosiani libros XVI. Gregoriani V. Hermogeniani I. separatim legere, vberiores nempe, & Romanum candorem, & maiestatem magis sapientes, quam quos Iustiniani mandato in Codicem collectos cernimus, id eis iane licebit. Illos enim primum typis tradi curauit Ioannes Scharodus, anno huius seculi XXV. III. Baleae, & Ferdinando tum Boemiae Regi dicauit, cum Moguntinum exemplar ab Ioanne Cochleo, magno illo, & viro, & Catholicae fidei propugnatore aduersus Lutherum; & Morpatente alterum aliunde esset nactus: Adidit vero Nouellas Theodosii, Valentini, Martiani, Maioriani, Seueri; Cui Institutionum libros duos; Iulij Pauli receptorum sententiarum lib. quinque; Papiamianum titulum vnum: Tum L. Volvini Meriani lib. de Aste; Iulij Frontini lib. de controuersis limitum, cum Aggeni Urbici commentariis.

Et Theodosius quidem alia via ingressus, gregarios quosdam Iuris Ciuilis Auctores in ordinem coegit, nonnullorum autem dignitatem, pretiumq. Iulpicredum in sublimi constituit; omniu tamen scriptis in medio relictis: Ne tamen pleraque in incerto posita huc, illuc, pro ingeniorum varietate torqueretur, Constitutiones istas, vt in quaque re, quod intuerentur iudices, paratum, haberent ob oculos positas; velut oraculum quoddam esse voluit, quod responfa ederet: cuius quidem benemerendi de nobis studium, vt iure extollimus, ita culpa (inquit Scharodus) eximere Iustinianum non possumus, si vel obnixè studeamus.

NOUELLAE Caput XVI.



RIMO, cur Nouellae dictae sint, deinde cur Authentica vocatae, dicemus: illud ex Cuiacio, hoc ex Alciato.

Hac mihi (inquit Cuiacius) prior appellationis Nouellarum occurrebat ratio, quod noua eis, atque a veteribus dissidentia iura constituantur, quamuis non vtique omnibus; ex epli gratia, xci. & xcii.

Et huic quidem rationi Cedrenus aderat, qui de hoc Nouellarum libro scribit in hunc modum in Iustiniano. *Τοῖς παλαιοῖς νόμοις πάντας ἀνεκέλευσε, ποιήσας μενὸ βιβλίον, ὃ καὶ νεωτέρως ἀξιοῦν ἐκάλεισε*. Posterior tamen, quae succurrit animo meo, verior est, quod nouissime promulgatae sint post Codicem Iustiniani repetitae pralectionis. Nam & saepissime a Graecis Interpretibus appellantur νεωτεροι νόμοι, & ab ipso Iustiniano: Et pariter Theodosii, Valentini, Martiani, Leonis, Maioriani, Seueri constitutiones non alia ratione Nouellae appellatae sunt, quam quod post Codicem Theodosii, & alia quaedam Leonis Philosophi, Nicephori, Michaelis, Romani, Alexii, quod post βασιλικῶν libros promulgatae essent. Quin & Iustiniani quae vocantur Nouellae, nondum retractato Codice hanc appellationem meruerant, editae cum essent post primam Codicis editionem: retractata, repetitave iam Codicis editione, eam amiserunt: Nec enim Nouellae sunt, quae in corpus vniuersum Codicis repetitae pralectionis, iustum constitutionum corpus: sed quae post Codicem illum emerferunt nouae, vel Iustiniani ipsius, vel Iustini, vel Tiberii, non quasi errone in corpus illud retrahendae, e quo numquam exierunt, sed quasi posthumae, Codicem certe rupturae illum, quo sunt omillae maxima ex parte. Adiunxit autem Cuiacius eis formas Praefectorum praetorio quosdam, siue ἐπαρχικῶν, & Nouellas Iustini, Tiberiiq. nonnullas. Nec separata esse cernunt edicta xi i i. a Nouellis: nam & pleraq. alia inter Nouellas edicta sunt, & illa xi i i. omnia edicta non sunt non sane, quae ad Armeniam, Phenicem Libani, Ponticam, Hellepontum, Aegyptum, Alexandriam pertinent: Edicta enim sunt generales leges, quae omnes populos,

Cuiac. in ex post. Decret. conf.

Nov. bb. & in constit. de no. C. fa.

in l. i. s. sed cum nouel. C. de emen. C. Iust. l. si quis filium, in fine, C. de inof. test.

edicta quid l. 3. C. de leg. 1. g.



pulos, & provincias tenent: & praeterea ex illis tria, vel quattuor, quae sunt ante re-  
lata, Nouellis frustra sub Edictorum alio nomine, denuo reposuisse. Index vero titu-  
lorum, quia non erat certus (nec enim veteri Interpreti, idem qui vel Haloandro,  
vel Scrimgero) elegit, quem sequeretur ex Reginae Galliae Bibliotheca breuiorem  
aptioremque. ceteris: Fuit autem Graecus, sed Latinum exhibere maluit.

*Idem Indicis  
Notularibus  
Cuius, lo-  
co superioris  
notato.  
Alciat. lib.  
2. Praevig. c.  
46.*

**E**ditum vero esse hunc librum ait Alciatus Graece, & Constitutiones has Grae-  
ce vepat appellatas fuisse. Verum cum Asiatica quadam luxuria diffusus, prolixitate  
que nimia scriptus esset liber, translatus Latine a Iuliano Patricio, & Excos.  
fuisse, sed compendiosius, & stylo (ut tum tempora ferebant) non ineleganti: qui li-  
ber adhuc extat, & Nouelle titulo circumfertur, dubio procul legitimus Iustiniani  
ipsius partus, quem tamen Doctores nostri, ut Ipurium reiecerunt; maluitque Accur-  
sius Barbaram, & Bulgari tempore facta translationem interpretari, quod vberior  
ei videretur, idemque Authenticum appellavit, quoniam ex ipso Graeco originali  
ad litteram traducta esset. Sane Authenticon pro re certa fidei poni constat, non  
solum apud Iulianum, Paulumque Iuriconsultos, sed etiam apud Ciceronem, tamen  
si Gaza hanc vocem apud Veteres non reperiri scribat; sed eos, qui circa mille an-  
nos scribere, hac dictione avdrius uti coepisse, ut eum exprimeret, quem Latini Au-  
ctorem dicunt: Olim enim idem significat quod avdrius id est propria manu aliquid  
patrans.


*Authenti-  
cum vnde di-  
ctum.*

*Nomocanon  
Photij.*

Extant vero apud Graecos Nomocanon Photii cum Commentarijs Theodori  
Balsamonis, Patriarchae Constantinopolitani, ex versione Gentiani Herueti, βασι-  
λικών νόμων id est Imperatoriarum Constitutionum libri sexaginta, quibus Ciui-  
le ius continetur. Sed in ijs, & in Balsamone (de quo postea est dicendum) cau-  
tius incidendum est, quod vix eiusmodi homines abstinere potuerunt ob occasio-  
ne captanda, qua in Ecclesiam Romanam inueherentur.

*Cautio in  
Balsamone  
adhibenda*

DE IURIS CIVILIS INTERPRE-  
tibus. Caput XVII.



**I**NTERPRETES autem legum Graeci, aut Latini fuere: Hi vero  
vel aliquot ante saecula florere, vel accesserunt hoc nostro eruditio-  
nis feracissimo.

*In 8. Plures  
lib. 4. em. d.  
63.*

Græcorum aliquot Iuriconsultorum epitomes sunt in Bibliothe-  
ca Florentina Medicea, in quibus Michaelis quoque Pselli versibus  
synopsis legum scriptus est; Qui liber non est (aiebat Antonius Au-  
gustinus) quod tantopere desideretur, quantopere ceteri, ex quibus multa, quae in  
nostris Latinis libris aut desunt aut mendose scripta sunt, aut obscure, intelligi, &  
suppleri possent.

*Cautio de  
libris Balsa-  
monis.*

De Nomocanone vero Photij, deque in eum labore Theodori Balsamonis, vti  
de Theophilo, qui Iustiniani vertit Institutiones, ac de Leone Imperatore, qui post  
Iustinianum edidit ἐπινοήματα ἀνακτατορικά, sicut & de Harmenopulo alibi dicemus;  
sed quod ad Balsamonem pertinet haud tacendum est, in libro Iuris orientalis ter-  
tio Graeco pag. 181. sic de illo legi: quod in Latino 221. minus apposite versum, se-  
quentem habet sensum. Interrogatio Constantini Archiepiscopi Dyrrachij facta  
Ioanni Episcopo Citri.

Interrogo an adhaerendum sit quibusdam digressionibus, quas B. Patriarcha An-  
tiochia Theodorus cognomine Balsamo subscripsit in canonicis, & ciuilibus Co-  
stitutionibus ad interrogationes Marci sanctissimi Patriarchae.

Responder autem. Diuinus ille vir Antiochia Patriarcha, magnus quidem erat  
ciuiliū, & canonicarum Constitutionum scrutator, & ab omnibus in his celebra-  
tus. Eius autem scripta, quae ad canonica, & ciuilia postolata sunt edita, non in cun-  
ctis; quod mirum est, curam sapiunt. Quin potius obliuionem maxime, atque incon-  
siderantiam, alibi item confutionem redolent. Qua de re non dubitauit, qui sedulo  
ani-

**A** animaduertit eius scripta minime respōdentia diligentiae. Ego vero, eo adhuc fa-  
perstite, plures audiui Cōstātinopoli Iurisperitos, qui quosdā illius viri opiniones  
reprehenderēt in canonum, & legum interpretationibus, atque in huiusmodi alijs.  
Restat igitur, vt verisimili ratione dicamus praedicta scripta non esse legenda nisi  
ab eo, qui exacte nouerit Iurisprudētiaē multiplicitatē, atque in varijs canonico-  
rum anfractuū testibus operam suam admodum posuerit. Hic enim adhibita di-  
ligentia intelliget quid reprehendendum nec ne sit. At, qui non habuerit hunc  
vsum, nulla ratione hęc attingat: ne rudium mercatorum more, in ijs quae auri &  
argenti speciem habent, ac aereis, & stanneis negociatus, tamquam aequo cum au-  
rejs & argenteis pretio damnum in ipsa sorte potiatur.

Latini vero Interpretes, post veteres illos, de quibus egimus, florere inceperunt  
**B** postquam Vernherus (quem Irnerium nominant) in Italia apud Mechthildim Regi-  
nam excitauit in lucem iacentes (ob Longobardicas Constitutiones, quae Roma-  
nas leges opprefferant) in Bibliothecis Pandectarum libros: E quibus cum Lotha-  
rius II. Saxonum Dux, Caesar Germanicus XVIII. aequitatem Romanarum legum,  
agnouisset, has in Academijs, & Tribunalibus tractandas edixit. Tum alij, Azo-  
mox Vgolinus, Martinus, Placentinus, Ioannes, Vdalricus, & Rogerius post hos  
Accursius auditor Ioannis, & Azonis, glossas Pandectis adiunxerunt. Secuti reli-  
qui verba glossarum, & sententiam eorum, potiusquam verba contextus interpre-  
tati, mutuis altercationibus, in infinitam prope molem, libros, & commentaria  
redegerunt. Inter istos primi, Dynus Muxellanus; tum Petrus de Bellapertica Bur-  
gundus, siue Heduus; Iacobus de Arena Parmensis, Cynus Dyni discipulus, Iaco-  
bus de Butrigarijs, Raynerius Foroliuensis, Iacobus de Arena, Bartolus. Post quos  
innumerabiles alij scripserunt, quorum extat Elenchus non semel in lucem editus,  
cum prior a Ioanne Neuizano, Ludouico Gomefio, Ioanne Fichardo, & Ioanne  
Baptista Ziletto Veneto collectus, deinde a quibusdam Germanis auctus, & Fran-  
cofurti ad Maenum non semel emissus, non minus contineat haereticos, quam Ca-  
tholicos Iuris Interpretes. Quare & caute tractandus est, licet in Academijs, licen-  
tius quam par esset, versetur a multis.

*De Latinis  
Interpreti-  
bus.*

*Anno Do-  
mini 1127.  
Anno Do-  
mini 1190.  
Anno Do-  
mini 1226.*

*Anno Do-  
mini 1300.  
Anno Do-  
mini 1320.  
Elenchus  
Interpretū  
Iuris vnde.*

*CAUTIO.*

Ac de insignioribus quidem sat erit huc addere, quae ob saeculorum illorum cala-  
mitatem in aliquibus, praecipue Accursio, desiderata sunt: cum quod generatim de  
iis existimandum sit, & Marcus Mantua, & alij satis scriptum reliquerunt.  
Et duae res fuere potissimum, propter quas Interpretes aliquando sunt lapsi: Al-  
tera, quod plerique existimarunt, Iuriconsultorum leges, ea integritate, atque or-  
dine ad nos peruenisse, quibus ab ipsis primum Auctoribus conscriptae fuerunt; ne-  
scientes, quibus ab Iustiniano Iuris instaurandi potestas est facta, eos ex varijs Pru-  
dentum Responis, & Responsorum fragmentis, leges, quales habemus, constasse.  
At certe expedit praenoscere ex Scriporibus, quibus Ceterones isti collecti sunt, fuis-  
se tantummodo legum interpretationes: quae quidem accedente iussu, & auctori-  
tate Principum, factae sunt leges. Quod si fontes, vnde sunt haustae extarent, cog-  
nitione etiam vetustatis haud mediocrem haberemus. Sane vero e detruncato loco  
vix diuinaueris, quis Auctoris fuerit sensus, nisi aliunde tibi praesidium petas: tum  
quod non erat vnus Tribonianus, qui colligebat, sed & Theophilus, & Dorotheus,  
qui saepe inter se dissentiebant, num hoc an illud ex Herennio, ex Papiniano, ex  
Cello: tum quod dissentii summis occupationibus, varijsque acti perturbationum su-  
ctibus (quippe in eminenti honoris gradu constituti, & homines haud sanctissimi)  
nec veritatem semper assequebantur, nec proinde sibi constabant.

Altera, Historiae, atque Annalium verorum neglecta excussio atque notitia. Hi-  
storiam cum dico, non Ciuilem tantum, sed & Ecclesiasticam intelligo, & Sacram.

Nam quod Pomponius Atticus aiebat, Iese Ciceronis de Republica libris incen-  
sum fuisse, ad veterum Annalium memoriam comprehendendam; ac quod quasi  
quodam humano mysterio Lelius ille sapiens generos sibi adsciuit, alterum Q. Mu-  
tium Scauolam Augurem, & magnum Iuriconsultum; alterum Fannium Histori-  
cum

*Cur Inter-  
pretes, sunt  
lapsi.*

*S. 1. in. 1. c. 8.  
lib. C.*

*NOTA.*

cum nobilem: & quod denique P. Mutius Scævola, habitus Iurisperitorum princeps, in Consulatu habuit L. Calpurnium Pilonem, Annalium Iscriptorem clarissimum: satis indicatur, Iuris prudentiæ, atque Historiæ Diuinæ & Humanæ, indiuiduam esse debere consuetudinem, ut proinde utramque hanc esse usurpandam, qui vim legum recte percipere voluerint: Quippe illa suppeditat non solum regionum, & temporum, verum etiam rationem iudicandi, & agendi quæcumque domi, foris, in cultu Diuino, in Ciuili pace atque iustitia, in commerciis, in bello, gerenda sunt. Ac de Historia quidem Sacra iam suo loco planius dictum est cum hic latuerit, obiter attingere quod ad præsentem rem designandam faciat. Obuia sunt omnibus, Gratiani, & Theodosij de Religione Constitutiones, ex utroque Codice repetitæ. In Iustini autem Codice si conferatur qui eisdem generis est titulus vltimi libri Codicis Theodosiani, in huius postremo capite hætenus extitit Valentiniani, & Theodosij Constitutio, quæ dat potestatem conueniendi, & (vt loquitur) colligendi iis, qui secundum ea sentiunt, quæ temporibus Constantij, conuocatis Sacerdotibus ex omni orbe Romano, in Ariminensi Concilio ( seu Concilio-bulo) decreta sunt, ac decreto Constantinopolitano confirmata. Ergo qui ignorat, Theodosium Imperatorem, Catholicamq. Romanam Ecclesiam ab eo Ariminensi decreto captiuo maxime abhorruisse, facile Arianismum admittet, laxabitq. habenas omni impietati. At, qui historiam eius temporis nouerit, & subscriptionem eius Constitutionis obseruauerit, hanc esse Mediolani latam animaduertet à Iustina in gratiam suorum Arianorum abutente filij sui Valeriani nomine, ac fallitate falsi Concilij fraudem tegente. Ceterum in quos lapsus reliqui ignorantia historiæ inciderint, ij etiam non pauci iam liquent ex Bolognino, Budæo, Alciato, Cuiacio, & huiusmodi uiris; præstat tamen aliquos adiuuere, vt oculatores deinceps sint studiosi.

De Accursio. In l. filium in fine. ff. de acqui. her.

Accursius igitur, non male de legibus meritis, mirifice torquetur in quodam Iaboleni responso, ubi Compilatores, Iaboleni lege ad vnguem recitata, in qua Labeonis sententia confutatur, demum ex scriptis Pauli, & Proculi Iunioris, Iaboleni sententiam contra Labeonem tuerentur. Hoc loco ille, nunc Iabolenum de seipso in tertia persona loqui contendens, nunc legem Neratio tribuens, Iaboleni sententiæ referenti, nullo pacto sese explicat, qui non Iurisperiti, sed Compilatorum ea verba esse non intellexit. Cum autem hinc Vlpiani lex in Modestinum desinat; Scævolæ in Claudium Triphoninum; Labeonis in Iabolenum; Papiniani in Paulum; Marcelli in Vlpianum; & aliorum in reliquos; interpretesq. huiusmodi appendiculas Compilatorum, eiusdem Auctoris, cui lex adscribitur, esse credidissent, statim existimarunt, vel legem fuisse male inscriptam; vel Auctorem legis à prima persona in tertiam diuertisse. Atqui à Neratio Iabolenum, aut à Iaboleno Paulum citari crediderunt, quamquam Neratium Iabolenus minime præcesserit, & Iabolenum Paulus vix decrepitum audierit. Floruit quidem Neratius Priscus Traiani temporibus, Iabolenus vsque ad Pij imperium peruenit, Paulus sub Alexandro maxime claruit. Quem ordinem ex Pomponio quoque suscipimus, qui & Neratij Iaboleni meminit, Pauli nequaquam. Idem obseruatum videmus in alio Papiniani responso, cui Compilatores addiderunt verba hæc: Paulus notat, & imperium, quod iurisdictioni cohæret, mandata iurisdictione, transire: quod & verius est. Cõstat autem Papinianum Seueri temporibus floruisse, & à Bassiano occisum; Paulum vero eius discipulum, sub Alexandro. En igitur, vt error initio leuis, maximas tenebras in fine parit.

In l. 2. in fi. ff. de orig. iu. In l. 1. in fi. ff. de off. eius cui. mand. est iurisd.

In s. si quis vinum, in fi. ne, cu. duab. l. 1. q. 4. In l. item si suspensus, de procur. Item Pauli Vlp. in l. procepto vis ad l. 1. qui.

Extat item (quod alij Iurisperiti graues obseruarunt) responsum Vlpiano inscriptum, tit. de rit. vin. leg. ubi quæritur, si vinum vetus legatum fuerit, qualiter accipiendum sit. Compilatores eo loco, Neratij fragmentum, qui diu ante Vlpianum fuit, ita commode subiecerunt, vt ad quæstionem Vlpiani ex composito respondisse videatur: Sed & alibi Caium, atque Vlpianum Paulo ita accommodarunt, vt omnes in idem responsum eodem tempore conuenisse existimentur. Alibi quoque

que Paulum, & Caium Vlpiano, tit. de priuil. creditorum. Sic etiam credendum est, scabrosam illam, implicitamq. legem, tit. de vsu capion. Ex diuersorum fragmentis à Compilatoribus fuisse coniatam. Cuius rei non leue argumentum est, tū quod incerto adhuc auctore profertur (nam alij Paulo, alij Caio acceptam ferunt) tum vero quod Iuliani, & Marcelli controuersiam adeo obscure, perplexeq. complectitur, vt incertum omnino sit, vtra opinio præferatur, & an in calce ipsius legis, negatiua, vel affirmatiua oratio desideretur. Quantum vero in eius interpretatione maiores hallucinati fuerint ob Annaliū imperitiam, neminem, vel mediocriter doctum, latere potest. Nempe Iuliani opinionem contra Marcelli approbantes non immerito Marcellum à Iuliano notatum, confutatumq. fuisse communiter receperunt. Atqui Marcellum longe post Iulianum floruisse, notatq. in eum scripsisse palam est. Fuit si quidem Iulianus, Hadriani, Pijq. temporibus, Marcellus autem Seueri imperio claruit. Meminit Iuliani Pomponius, Marcelli nequaquam. Eandem ob causam lapsi sunt Baldus, Paulus, & alij præstantissimi viri in quodam Iustini responso. Nam Bartolus Papinianum, Diocletiani, & Maximiani legem negat ignorasse, quasi post illos vixerit. Paulus à Castro lege diuersum sentit nempe Papinianum sub Augusto Cæsare vixisse, & à M. Antonio nocatu. Sic igitur plura ex historiæ notitia eruet Iurisperitiæ studiosus; quemadmodum item, vbi obliuio- ra tempora inciderunt, legum ipsarum lectio magnum ad historiam pernoscendam auxilium præbebit. Quod vt adhuc liquidius indicem, citat Iurisperitiæ auidus, quæ in Codice Theodosiano leges ab Iuliano Valentiano sunt latæ Parisijs, Remis, Ambianis, Nouioduni, Treueris, Tangioribus, Moguntiaci, Colonia Agrippina, eas tum maxime intelligi, cum ad Ammianum Marcellinum acceditur, qui historiam Valentiani copiose conscripsit: Idem cum ad Iustini imperium uenit, cuius bellicas res getas Procopius, & Agathias, Ecclesiasticas Euagrius, & Nicephorus scripserunt, magnam vicissim lucem de eius imperio hauriri, qui & vtræque illam historiam, & cum his Constitutiones Iustini aptè coniunxerit. Iam Leonis imperium, qui Philosophus est dictus, quod ad historiam pertinet, quæ vix vlla exeat, vix quoque agnoscitur; sed eius Nouellis, quæ ad libros Iuris nõ ita multo antea accesserunt, lux aliqua præfertur. Eadem dico de consequentibus sæculis, quibus adiunctæ Rerum publicarum notitiæ, & ciuiliū statuum considerationes, sic necessariae sunt ad hoc assequendum, vt sine his in clarissimo Sole plerumque cæcutiendum sit, quodq. caput est, etiam cu Religionis summo detrimento. Existimabat igitur Alciatus, si Iurisperitorum opera extarent, nec Iustini iniquissimo illo ( vt ait ) edicto sublata fuissent, Accursij, & qui post eum scripserunt, minimè necessarias futuras fuisse lucubrationes, quas immensa illa Doctorum commentaria secuta sunt: quæ ipsi Iurisperiti, quibus Carolus Girardus Castilionensis subscribit, coercenda putarūt, quod & (ait) plus ostentationis præferant, quàm doctrinæ, & quod eorundem pelago, Aduocatorum nequitia (boni semper excipiendi sunt) nutriantur, qui fora ( vt ipse inquit ) venenant, Iudices ludificantur, quietem turbant, Rerum, collegia, itarum, ordinem, instituta euertere contendunt, Deo exosi, & hominibus. Queritur autem alicubi, Doctores, qui alioqui in multis, & ingenio valuerunt, & doctrina, hac vna re tam obuerto fuisse animo, vt quidquid alicui Interpreti in buccam venerat, sæpenuerò pro veritate, sine altiore disquisitione, sequerentur, & ita orbem replerent erroribus, adeoq. veritatis amatoribus tantum negotium veritatis reducendæ tribuerent, eosq. graui fatigatione Iuris perpurgandi onerarent.

In s. si quis. pro empto. re.

In l. apud Iulianum, de hered. insti. tuend. l. si fundum, de leg. 1. In d. l. 2. de or. iu. in fi. ne.

In l. fin. C. de insti. & subscr. l. precibus, C. de imp. & alij. sub. Paul. à Castro in d. l. finali.

NOTITIA HISTORIÆ necessaria legum studioso. OBSERVATIO peritulis.

VIRI VERI POLITICI hoc notet.

ALCIATI consideratio.



## DE TRACTATIBUS IN IURE SCRIPTIS.

Capitulum XVIII.

**R**ESTANT Tractatus vniuersi Iuris, qui cum antea satis confuse, ac deminuto ordine editi fuissent, Gregorio XIII. Pont. Maximo, iterum in vnum congesti prodierunt Venetijs Anno 1584. vberiores, & xvij. materias xxv. voluminibus comprehendentes: quibus item præter summaria capita, locupletibus Indicibus, aucti, vt lector materias omnes, ante hæc sparsas, artificiosa distributione, sub vno quasi aspectu positas, contueri possit. Sic sanè Titulus ipse habet. Ceterum sciendum est, aliquot ante annos, Typographos, qui Venetijs insigniores habebantur, conuenisse inter se, vt Tractatus isti, quemadmodum, & alii quidam libri, quibus edendis magni sumptus erant necessarii, communi pecunia, ederentur. Ea vulgo Societas vocata est: vnoquoque partem pecuniæ conferente, vt pro rata libros acciperet. Vidus Pancirola, & Iacobus Menochius, Viri Iuriscōsultissimi, rogati dixerunt, quæ ad totam rem accurate, & ordinate collocandam, pertinebant. Adfuit & Indici inchoando, & bonæ parti istorum Tractatum, Brunorus à Sole Iurisperitus, ac de Christiana Rep. bene meritus, qui & multos errores ex Repertorio exemit, atque correxit. At quoniam non semper adfuit operi, (aliò enim coactus est interdum secedere) Typographiq. ipsi inter se rem secus disponere voluerunt, quàm constitutum fuerat; interea vero admittebantur vel prælis, vel correctioni quidam externi haud bene cogniti; propterea non vno loco inuersa fuit corporis dispositio, relictæ etiam aliqua labe. Reperitionis autem inlertæ pro Tractatibus, ac plerique mere Theologici Tractatus; vt, caute adhuc in iis incedendum sit, donec perpurgentur.

## DE TABULIS SEQUENTIBUS

Admonitio. Capitulum XIX.

**H** pluribus Tabulis de Iurisprudencia, quæ circumferiebantur, visum est istas, quæ sequuntur huc adnectere, vt eius vberior, & breuior notitia quasi vno aspectu generatim constaret; In prioribus autem tria mihi faciendâ esse existimaui: alterum vt si quid esset demendum, id fieret: alterum, vt eo disponderentur ordine, qui legenti facile occurreret, neque vero præ nimia mole fatigaret ingenia. Tertium vt de rebus ipsis non tam iudicium meum adtexerem, quam conquisitum de Iurisperitissimis adscriberem. Illa duo ipse cū præstitissem, tertium excepi cū ab alijs viris doctis, tum in primis, cum essem Senis, à Hieronymo Benuolentio, qui Romæ, & Senis iam quadraginta quinque annos Ius civile docuerat: Deinde Patavium rediens à Guidone Pancirola, qui quadraginta ante annos Iurisprudenciam publice summa cum laude professus est, Denique post triennium cum in urbem venissem à viro illustri Marco Antonio Massa, qui magnis eruditionis, & pietatis dotibus excultus, Christianæ Reipublicæ operam suam præstat. Et quidem Vidi Pancirola nonnulla, quæ in eadem Prioribus Tabulas adnotauerat, statim post illas subieciimus. cum vero alijs probaretur altera rôtius Civilis Iuris partitio, vtramque & partitionem, & methodum addidi, vt viri prudentiores, è labore, & obiectu istorum laborum, vel vberiore ideam cōciperent, vel ex iis, quod conmodaret studiis legum plenius absoluendis elicerent. Nam reliquorum, vt Petri Gregorii Syntagma Iuris vniuersi: vel Dionysii Gotifredi, qui non ita multo antea in hoc opere laborauit, nimirum Ius Civile (quod Crassus apud Ciceronem cupiebat)

bat) in genera digerens, deinde eorum generum quasi quædam membra disperiens, & reliqua connectens, quibus Iuris ipsius corpus absolutum apparet, Francisci Connani itidem, & aliorum, qui alias methodos repererunt, labores ita omisi, vt tamen consultum sit futurum Ius, qui superiores methodos simul contulerint, dispererint autem eaq. magis ino captum latifaciat.

Quin etiam cum in methodo ipsa tradendâ Iurisprudenciam non omnes conueniant inter se; Ac vero hoc erudito sæculo sit exorta controuersia inter Italicos Professores, & Transalpinos; cumq. qui soliti sunt versare antiquiores Iuris Interpretes, non libenter admittant recentiores: alii vero aliam viam instituerint, qualem Budeus, Alciatus, Duarenus, Balduinus, Cuiacius, & eiusmodi alii, omnes tamen contentiunt necessariam esse in legum studiis methodum eiusmodi, quæ aptari possit forentibus actionibus solida, matura, breuior, quàm hactenus fuit, nimirum ne inueniendis rebus iactura fiat temporis, nec decidendis litibus vita ipsa conteratur; idcirco his omnibus rationem adieci, qua præter solitam illam Bartoli, & præcorum aliorum studendi viam, hæc quoque altera, in qua præstantes viri collaborarunt, non sit omnino deferenda, quæ vero optimis viris sententiam de alijs hæc in re quærentibus pro exiguo nostro captu respondimus ad extremum huius de Iurisprudencia tractationis, quæ qui legerit, conatum nostrum spero haud improbat.

## IURIS VNIERSI DISTRIBUTIO.

Capitulum XX.

**V** M iam certis finibus, & facilitate summa concludi omnia possint, si ordinis pulcherrimi ratio teneatur, vt principio definitiones ac diuisiones vniuersalesq. disputationis proponantur, deinde breues ac perspicuæ sententiæ, veluti regulæ suo loco & ordine, describatur. idcirco, ne altarum artium magistris, magno cū Iuris cōsultorū dedecore, tandiu gloriarentur Ius arte cōprehensum iacere: & eos qui artem illam ratione ac methodo tradere debuerant, Iuris Civilis artem fuisse profectos: quo nihil est artium dignitate ac præstantia magis alienum: cum artes ac scientiæ sint vniuersorum: Ius autem Civile proprium sit vniuersi Ciuitatis; hæc Iuris vniuersi Distributio proponitur dissidens quidem ab ijs, qui auulsa, laceraq. membra Romani Iuris huc illuc disperferant. Sed tamen non sine causa factum. Quod enim Plato dicere solebat, nihil Diuinius sibi videri, quâ apte diuidere, eo pertinet, vt in recta diuisione membrorum omnium perpetua sit, & continua quædam series: tum vt alia ex alijs nexa, & omnia inter se apta, colligataq. vno possint, & eodem aspectu videri, atque integri corporis formam præferre. Ita fit: vt respondeant extrema primis, media vtrisque, omnia omnibus, & facile intelligere quisque possit, quid antecedit, quid sequatur. Hæc sanè est non modo artium tradendarum, sed etiam omnium scientiarum ratio communis. Nam cum tribus omnino generibus Θεωρητικῶν, πρακτικῶν, καὶ ποιητικῶν, omnes disciplinæ definiantur; ac primum quidem ad scientias, secundum ad prudentiam rerum agendarum, tertium ad opificia spectet; illud quidem quod scientiarum, & contemplationis proprium est, à natura totum ducitur, aut à rationibus Diuinis; prudentia verò actionum magistra, ortus sui primordia naturæ, cetera debet hominum institutis, in quo genere Ius ipsum est, cuius partem natura ipsa, partem vindicant hominum leges, ac mores. Nam si verum esset Ius quantumcunque est à natura, non etiam ab hominibus fluere, id est τὸ θεῶν οὐκ ἔστι θεῶν, ἀλλὰ μὲν φύσιν, quemadmodum Stoici loquuntur, non esset Ius hæc quæ dicitur prudentia, sed propriè scientia: nec quantum vtile ab inuiti, turpe ab honesto, sed omnino quid verum inter & falsum interfit, contempla-


remur. At iuris, & Iustitiæ semina in animis vniuscuiusq. nostrum à Deo insita primum à ratione excitantur, & cum ratio in nobis adoleuit, eaq. perfectionem est affecta, Iuris hanc, quam quærimus prudentiam parit: quæ tandem vsu & arte concluditur hunc in modum. Cum enim ad tuendam hominum inter homines societatem, suum cuiq. tribuere necesse sit, qui finis est huius disciplinae, id atsequimur legis actionibus, & Iudicis officio, in quibus vertitur efficiens causa Iuris vniuersi: legis autem actiones, & Iudicis officium pertinent ad executionem rerum iudicatarum, res iudicatae pendent à sententijs: Sententiæ à iudicij: iudicia litis contestatione accipiuntur: contestatio fit intentione, ac depulsione, siue, quod idem est, actione, & exceptione: actiones & exceptiones ab obligationibus, liberationibus, acquisitionibus, alienationibus causam habent: hæc rursus à conuentionibus, & delictis oriuntur, conuentiones ac delicta manant à personis, rebus, & factis: in his enim tribus materia huius disciplinae versatur, cuius forma in Iure consistit, quod vltimum principium est huius disciplinae: quam arcescere oportet ab ipsis causis, & ab his summa genera, generumq. formas, ad infima quæq. deducamus. Quod si quis est, qui subtiliorem exigat docendi rationem, cogitare debet, aliter scientias rerum æternarum, & immutabilium, aliter artes tradi debere. Ac si quid hic in diuidendo prætermittum videbitur, illud alij progressu firmiores facti facile supplebunt.

Iurisprudencia igitur est ars tribuendi suum cuique, ad tuendam hominum societatem. Et quia virtus est mentis, in sceleratos etiam cadit, qui prudenter iudicent, quo quæq. modo constituenda Ciuitas est: quid quemq. cuiq. dare facere, oporteat.

Hæc ad Quattuor causas, ac totidem quæstiones referri potest. An sit, Quid sit, Qualis sit, Cur sit.  
Eadem Quatuor partibus constat: Lege, Aequitate, Legis actione, Iudicis officio.



**FORMA, QUAE HUIC ARTI VIM ET ESSENTIAM tribuit, nihil est aliud, quam IUS ipsum, sine quo Iurisprudencia nulla sit.**




Nonnulli liberorum procreationem iuri naturali tribuunt: sed non magis ad ius pertinet, quam cibi ac libidinis appetitus, qui belluarum æque ac hominum communis est, homini verò cum belluis nulla iuris societas esse potest, & quia non sunt iniuriarum, ita nec iuris vllius particeps esse possunt, l. r. si quadrupes. ff. & qui hominem cum bellua iuris societate coniungit propter liberorum procreationem, non modò matrimonij splendorem labefactare, sed etiam incestos concubitus probare videtur. Quod cum Vlpiani venia dictum sit.

Peruulgata Iuris diuisio est in Naturale, Gentium, ac Ciuile. Sed commodius est *ἰστορικὴν* & vnum vni, quoad eius fieri potest opponere: vt Aristoteles lib. 5. de morib. ad Nicom. & Plato lib. 1. de legib. τὸ δίκαιον partiuntur in *φυσικόν*, & *νομικόν*: quam diuisionem Paulus secutus est in l. pen. de iust. ff. Nam Vlpiani diuisio, quia nec ipsa sibi, nec Pauli diuisioni congruit, refutatione minus eget. nec item diuisio Demosthenis & Iustiniani, qui ius in scriptum, & non scriptum distribuunt, quia scriptum legem appellant, non scriptum, consuetudinem; cum Lycurgi leges, quarum exemplum affert Iustinianus, Rhetæ dicerentur, quod vetitum esset eas scribere: non tamē consuetudines dici poterant, quæ vsu diuturno coalescunt: at Lycurgi Rhetæ, vt leges omnes vno & eodem momento vim acceperunt: Contra verò Iura Feudorum, & pleræque consuetudines ac instituta scripta quidem sunt, nullam tamen præferunt sanctionem: quod in lege necessarium est: cum lex nihil sit aliud, quam summæ potestatis iussu sine sanctione. est enim sancire & sciscere, iubere. Neque minus fallunt, qui artem Iurisciuilis se tradere proferunt, cum ius ciuile sit vnus ciuitatis proprium, ars verò sit vniuersorum non etiam singulorum.


Quæ ratio fecit, vt partitione Iurisciuilis quasi vnus indiuidui omnia, ius gentium seu commune ad eam, quam quærimus, artem reuocaremus. Habent autem omnes populi, aut certè quidē populorum bona pars, Ius publicum, Ius priuatum, leges principū, Edicta magistratum, Iura maiestatis, Consuetudines quasdam, & instituta, & vbi lex desit, aut ipsa consuetudo, æquitatem: tum etiam pœnarū ac præmiorū iura quædam conuentiones, obligationes, testamenta, iudicia, decreta, legis actiones, & id genus alia, quibus hominū inter homines societas cōseruatur: & quæ arte concludi possunt. Neque verò decuit principum constitutiones à legis appellatione segregare, neque Senatusc. leges appellare, Etii enim Senatus Romanorum ius facere potuit extremis temporibus, non tamen ius illud lex erat: vt nec edicta, id est ea quæ magistratum iussa Varroni vocantur, leges sunt, & improprie principi tribuuntur. Nam Senatus decernere quidem in omni Rep. solet, princeps vero iubere: Sic Liu. sæpe, Sen. decreuit, Pop. iussit: ac sine pop. iussu, nulla erat oim SS. CC. vis, inquit Diony. Halyc. li. 2. & 7. Nec item plebisc. aut prudentum responsa, quæ vim legis habent, à legis appellatione seiungenda veniunt: non magis quàm Bart. aut Baldi sententiæ quædam, quæ principum iussu leges euaserunt, responsa dici debent. Nam cum primum Adrianus, deinde Iustinianus, ea quæ extant responsa prudentum pro legib. valere iusserunt, responsa esse desierunt: & cum responsa, seu res iudicatae in consuetudinem abeunt, verus nomen amittunt. Eadem ratio est edictorum, quæ antea nihil aliud erant, quam magistratum iussa, quibus Adrianus rogatione Iuliani, vim legum attribuit, nec tamen edicta dici desierunt. l. vn. de vet. iu. enucleando. C.



PERSONAE.



Ciuum ordo cuiusque ciuitatis proprius est, nec in disciplinam cadit. Galli veteres populum in Druidas, Equites, & Agricolas partiebantur, vt Cæsar scribit: Aegyptij, in Sacerdotes, Opifices Pastores, vt tradit Diodorus; Romani, in Patricios, Equites, Plebeios: Græci posteriores sex ordines constituerunt, Patricios, Illustres, Speciosos, seu spectabiles, Augustales, Clarissimos, Perfectissimos: Veneti Patricios diuidunt à Ciuibus, & Plebeijs: Alij olim, Grandes à Popularibus, & Plebe diremerunt, ac Popularium tres ordines fecerunt, Potentiores, Mediocres, Infimos. Nos omnino tres ordines facimus, Ecclesiasticos, Nobiles, ac Plebeios: vbique tamén Nobiles à Plebeijs diuiduntur.




FACTA.

FACTA, idest, personarum dicta, scripta, gesta, actiones: Nam faciendi verbo hæc omnia continentur, l. verbum facere, l. faciendi verbo, de verb. signifi. Sed ea dumtaxat intelliguntur, quæ iuris, aut iniuriæ communionem habent. Caius, & Iustinianus omnem materiam Iuris, in Res, Personas, & Actiones diuiserant: sed vterque actionis verbum pro forensi actione vsurpauit; contra quam putat Connanus: Qua diuisione prætermittunt conuentiones, testamenta, delicta, obligationes, liberationes, acquisitiones, alienationes, ex quibus oriuntur actiones forenses, seu effecta actuum momentanea, l. consilio. in fi. de curato. furio. Sunt autem Facta partim Nuda, partim Cum iure coniuncta.

Mista dandi, ac faciendi genera plurimum lucis afferunt ad perspicuam conuentionum cognitionem: hoc vero necessarium esse docet Callistratus in l. Aristo, de don. l. cum seruus, de cond. & demõ. l. quamuis, eo. l. veteris, de contr. stip. c. Negatio vero non dandi non faciendi necessaria. Paulo visa est in l. in facto, de cond. & demon. licet is qui facit quod debuit, videtur aduersus ea facere, quæ non facit. l. qui non facit, de reg. Ex quo refellitur Zasij, & Bazutij opinio in l. 2. de ver. oblig. qui mistum genus dandi ac faciendi contra ve repudiant contra perspicua verba l. sed & cum de neg. gest. l. cum seruus, de cond. & demonst. vt rationes reddere &c. Præterea mista simplicibus non concinnantur, l. vim passam. §. præscriptione, de adult. Alex. conf. 1. 6. nu. 9. lib. 2. Alber. per statut. q. 90. l. hoc legatum, l. pediculis. §. quadam, de auro, & arg. leg. Hoc etiam admonendi sumus, dandi verbum factum quoque significare, puta traditionem, l. 1. l. ex empto, de act. empti. l. naturalis. §. & cum do. de præscrip. ver. sed disciplinæ causa distinguuntur.


Facta nuda, unde iuris quaestiones oriuntur. A. Conuentio. B. Delictum.

F.A.C.T.A. sunt vel nuda, vel cum iure conueniunt. Nuda vero sunt, unde iuris quaestiones oriuntur, ut conuentio, vel delictum.




Supradicta aut diuisio Conuentionum ad hanc disciplinam intelligendum facilis est: ac tamen alij aliter diuidunt, nulla tamen in tanta rerum confusione commodior mihi visa est: Aut enim nudo consensu fit conuentio, aut praeter consensum verbis quoque legitimis conficitur, aut praeter utrunque habet synallagma. Primum ad pollicitationes, aut pacta: Secundum ad stipulationes: Tertium ad contractus pertinet. Contractus autem omnes ad negotia pertinent, aut ad credita. Cetera facilia sunt. Sed hoc habet obsecrare, quod inter contractus testamenta collocantur, cum tamen Labeo nihil omnino ad contractus pertinere diceret, l. Labeo, de verb. sign. ff. hoc quidem subtiliter magis, quam ad id, quod docuit, accommodare. Nam cum dux sint omnino contractuum species, negotium, & creditum, necesse est alterutro genere contineri, quia non possunt credita videri, quae testator legauit: dicitur tamen contrahere cum herede, s. sed neque, de hered. inst. lib. i. Inst. d. testamentum, C. eo. atque hinc argumenta ducuntur ad contractus, ad testamenta, contrave, l. quae de legato, de leg. i. l. qui testamento, s. quaeunque, de testam. l. iure, de cond. & demonst. Bal. Ang. & Sal. in d. l. testamentum. Accursum securi negant appellatione contractuum testamenta venire, sed tamen cum hac exceptione in reb. odiosis: quae ratio friget. At hoc amplius tota Gallia, Germania, Italia, Hispania testamenta contractibus miscere consuevit, & Hebraei vno verbo Berith conuentiones, ac testamenta complectuntur, & Graeci διαθήκη cum συνθήκη sepe confundunt. Quod vero donationes causa mortis in gratuito contractuum genere posuimus, ad id, quod saepius fieri solet, diuisionem accommodare necesse fuit: non quod gratuito semper fiant; sed quae partim obligationem, partim gratitiam donationem habent, misto genere complexi sumus, vt cum res partim venditur, partim donatur, l. sed & cum, ff. de nego. gest. l. transactio, C. de transact. In eo genere sunt etiam testamenta, Codicilli, & quae ex his sequuntur. Quasi contractus, & quasi delicta istdem contractuum generibus completi visum est, ne diuisionis vniuersa membra conturbarentur.

Huc libri 47. 48. ff. & 9. Codicis.





FACTA



Dominij acceptio simplex, ac pura Romano significat proprietatem: Neque enim in Pandectis aut Codice. at ne in Authenticis quidem ullum verbum extat vt illis, aut directi dominij: sed ea verba ex vsu Feudorum manserunt in vulgus: Deinde quibusdam visum est, fundarios dominos, & censuales, & fundiarissimos appellare. Et horum quidam immediati, quidam intermedij, postremo loco sunt proprietarij, qui recta verborum interpretatione domini sunt reliqui nihil aliud, quam ius praediariorum, seu vetricum, seu seruitutum habent, dominij non habent, quia duorum simul esse non potest, l. si vt. certo. s. si duob. ff. commod. l. hereditate. s. pater, de cast. pec.

E F F I





Huc sit. ad exhibendum.


Huc interdictionum disciplina lib. 43. tit. 29

Ex cõventionione

Ex delicto cum crimine vacat is contra quem agitur,

dantur.

Dilatoria. Peremptoria. Mista.



Cõiecturalis, cum de facto tantum legitimus, cum de iure tantum mistus, cum de iure & facto queritur.

Extrajudiciali, Temerario, Conventionali, Legitimo, iurando.

Huc simili decem lib. 7. C. 2. ad 51. Pandec. de iudic.

Ratione Arithmetica, quæ Cωαλλαντινὴ dicitur, semper æqualis facta factis, res rebus, sine personarum delectu coarquando: eaq. potissimum elucet in rebus creditis, mutuis, pignore, commodato, deposito, & similibus.

Proposio Arithmetica. In numeris 2.4. 6.8.10.12.

Ratione Geometrica, quæ δυναμιτικὴ vocatur, similitudinem non æqualitate spectans. exempla in l. capitalium. s. in seruorum de poenis. l. vlt. de incendio l. vt gradatum. de muneribus.

Proposio Geometrica. In numeris 2.4. 8.16.32.64.

Ratione Harmonica, quæ ex arithmetis & geometricis rationibus coalescit æqualitatis & similitudinis coniuncta ratione causas definiens. exemplum est in l. eos. de vltis.

Proposio Harmonica. In numeris 6.8. 12.16.24.

Finis, Iustitia suum cuique tribuens, id est τὸ ἀντιστοιχεῖν, quod in triplici proportione versatur, Arithmetica, Geometrica, & Harmonica, quæ quasi tres filie Themidos se complexu mutuo fouent, ἀνομία, ἀδικιοσύνη, εἰρήνη, id est equa lex, iustitia, pax: vel cõmmodius νόμος ad Arithmeticas rationes, vt lex omnibus eadem: ἀνιστοία ad Geometricas, id est æquitas: ἀνιζονομία ad Harmonicas: quæ vtriusque constat, vt iustitia ex lege & æquitate coalescit.



CONSIDERATIO VIRI IURIS PERITISSIMI  
cuius mentio facta est supra, in superiores Tabulas de Iurisprudencia.  
Caput XXI.

**I**n prima Tabula omittitur Ius naturale, quod nostri primæum appellant, & ad brutà etiam pertinet, & homines simul; hoc vero non intelligo vulgarem sensum, & appetitum, sed educationem liberorum, & amorem in eos; Videmus enim cetera quoque animantia ob huius peritiam iuris censei, id est, esse in quadam admiratione. Institut. de iure natur. genti. & civili post princip. ita vero in iure accipitur verbum, censei, & apud alios Auctores.

Naturale Ius homini ingenitum est, etiam, quod nostri appellant secundarium, ideo non possunt separari.

Reperitur & aliud secundum Ius gentium, quod non est natura homini innatum, sed non est omnino præter naturam: sed ea prævia inductum hominum usu, vt emptio, locatio, mutuum, societas, & fere omnes contractus.

Ius illud gentium, quod aliquando est priuatum. § Videndum, quomodo hoc magis ad municipia, & collegia, quam ad alios pertineat, cum sit omnium gentium.

Iuris gentium lex principis, aut magistratus vix esse potest, cum plerumque sint hæc propria aliquorum populorum, non omnium gentium. - Minus singularis lex, aut priuilegium, beneficiumve sub iure gentium esse poterit. Idem de consuetudine, præsertim municipij, aut collegij, quæ sub Ciuili Iure videntur comprehendi, vt opponit Iustinianus Institut. de Iure natur. genti. & civili. Forte vt bimembris sit diuiso, quemadmodum quælibet esse debet, possit diuidi ita.

Ius { Naturale } Omnium animantium.  
      { Ciuile. } Gentium { Cum natura natum.  
              { Priuata ratione inductum.

Si dicatur, omnes populi legem aliquam habent, ergo lex Iuris gentium est, respondetur; habent, sed non eam, quæ illius est populi, nam ciuilis est, vt in Iure intelligi solet.

In Secunda Tabula Naturalis tantum filius est paterfamilias, quia non est in patris potestate. Frater, soror, &c. § Sunt innumeri, ex agnatis, patruus, patruus magnus, patruus, & plurimi alij itidem ex cognatis. idem in affinitate, vt vitricus, & alij. Apparitores autem cohortales, & lictores sunt idem. Scribæ item, & Notarij, actuarijque Grammatici, ac Dialectici.

Augustales hoc delerem, quia non est inter gradus harum dignitatum: Et perfectissimis adderem egregios, qui erat vltimus dignitatum gradus, de quo Lactantius, Calliodorus, & Iura.

In Tertia Tabula. Bona, peculium, etiam corporalia hæc sunt. § Homagium addi poterat, Emphiteosis, & illis similia.

Reditus. § Hi sunt corporales, si vero intelliguntur, qui feudi Domino dantur, vt quandoque contingit, id erat exprimendum. Et sequentes subdiuisiones possent omitti.

Facta intelligunt Iureconsulti, quæ in faciendo consistunt, vt scribere librum, ædificare, & huiusmodi, vel quæ in non faciendo consistunt, instit. de verborum obligatio, in Iure. sub rebus continentur contractus, testamenta, delicta, & obligationes.


In Quarta Tabula est. Ius ortum ex conuentione, nec in facto consistit, L. de actione, & oblig. primum ad pollicitationes. § Pollicitatio non est conuentio. Duæ sunt contractuum species, negociu, & creditum: id non admittitur. creditum enim nasci-

nascitur ex contractu, qui versatur super negotio, sed ipse potest dici negocium. At non omne negocium est contractus, qui distinguitur à testamento. Nec testator contrahit cum hærede, quia reuocare potest testamentum, sed est hæres, qui ad eundem hæreditatem quasi contrahit cum defuncto, & obligatur creditoribus, & legatarijs. Donatio causa mortis est gratuita, quia donatio; & potest reuocari.

In Quinta Tabula liberatio, legitima, quæ satisfactio. § Hæc est mera obligatio, quia est fideiussio.

In Sexta Tabula litis contestatio est secundum Doct. vbi reus respondet principali petitioni actoris in l. i. c. de litis contestat. Probatio, dubia, ex iuramento. § Hæc non videtur venire ex iuramento, immo iuratur quia non probatur. Et hæc quidem Pancirola.


TABULA LIBRORUM IURIS CIVILIS A VIIGELIO  
conscriptorum seriem, ac ordinem complectens.  
Caput XXII.



## RATIONES CUR SUPERIOR TRACTATIO

de Iurisprudencia non vnā methodum complexa sit: Respondetur  
item ad ea, quae à probis Viris prudenter quari,  
vel dubitari poterunt.

Caput XXIII.



**C**ONDENDAE Bibliothecae meae ratio fuit, vt methodus,  
pietas, & vius meliorum librorum traderetur; Vitarentur au-  
tem, qui labe aliqua, aut haereticis essent aspersi; Id quod in-  
tento vniuersae Bibliothecae praefatus sum. Qui vero libri non re-  
cententur in ipsa Tractatione de Iurisprudencia, ij ex probatio-  
ribus catholicorum Auctorum catalogis seligerentur.

Methodum quoniam non eandem omnes tenuerunt, siue prisca, siue recentio-  
res, siue qui in Italia, & Hispania, siue qui in Gallia, Germania, & alijs Regnis  
degunt, nec ipse quoque vnā attuli, sed quae quaeque Academiae meliores anti-  
quitas, aut nouissime vsae sunt. Quod cum praecipue necessarium esset, idcirco  
non tam quae ab vltimontanis, quam quae ab cismontanis vsurpata est, conatus  
sum innuere; & quidem cum nullius iniuria, laude vero eorum, qui etiam linguam  
Latinam, & Graecam, vel aliam minime calluerunt, commendati tamen a me sunt  
tamquam peracris ingenij, & Iurisprudenciae scientissimi, quemadmodum de Ac-  
curtio factum est, atque alijs.

**C**Iurisperitos aliquos alios non nominavi, quod cum haereticos suspecti essent,  
erant in Bibliotheca Selecta reticendi, nisi prius fuissent ab Ecclesia emaculati, &  
concessi; sicuti quoniam hoc factum est de Myningero, ac de alijs quibusdam,  
ideo eos non tacui. Si quid ex Gribaldo est depromptum, non vt eius, sed vt  
nostri, id est à Catholicis varie, ac parim antea traditum repetimus ea ratione,  
quam in praefatione totius operis attulimus. At quoniam aliqui eiusmodi libri de  
ratione studendi Iurisprudenciae aliquas utilitates habent, ideo rem potius quae bo-  
na esset, quam nomen iudicavi proponendam, ne quid quorundam Auctorum no-  
mina, aut suspicio, rei ipsi incommodarent.

**D**Quoniam vero fons Iurisprudenciae est ipsum corpus Ciuile suas in partes di-  
stributum; idcirco attingi quoniam modo in primis esset intelligendum, ne labora-  
retur in ipso contextu; aut ne hoc omisso glossis tantummodo inhæreremus: nam  
& in ipsa Theologia, qui scholasticos Auctores nimio plus voluerunt, Diuinam  
ipsam Scripturam, quae scholasticae Theologiae basis est, omittentes, haud pro-  
fecere, quantum fecissent, si vtramque sedulo fuissent amplexi.

At cum Galli, Germani, Poloni Iurisprudenciae, quae hoc modo traditur, li-  
bentius operam dent, idcirco tradenda erant, quae ab ipsis erant declinanda, ne  
cum Iurisprudencia impietatem haurirent, quam Septentrionales quidam suis hac  
de re scriptis insperferant.

**E**Quod si vltimontanorum methodum conuelleremus non solum barbari vo-  
caremur, ac rudes, verum etiam nil ad pietatem proficeretur. Christiani autem  
nominis est (ac tanto magis religiosi) vt, cum intelligit, se debitorem esse sapien-  
tibus, & insipientibus, Christum in omnibus curet lucrifacere: Quod certe, qui  
non versati sunt extra Italicas Academias: aut in vna Italica legum aliquam no-  
titiā hausere, non ita facile intelligunt, quantum commodi haec res secum ferat.  
Quinetiam cum Germani, & Galli, qui ad Catholicas Academias veniunt, sint  
plures; neque vero hi velint vltimum scholarum morem, quo quaestiones longius  
expenduntur, Pandectarum autem lectio ijs magis arrideat, tentandum est, vt in-  
tra veritatis cancellos hoc modo inducantur, & ingenuam, atque auitam suorum  
Maiorum semitam etiam in religione catholica terant.

Præterea

**A** Præterea non professoribus (quamuis & praecipui viri, qui primas obtinent ca-  
thedras; sibi quoque vtilem istiusmodi tractationem fassi sunt) sed qui ingressuri  
sunt in hanc legum quasi syluam, sternitur via; nec qui eam suis tractatibus com-  
planare tentarunt, silentio inuoluti sunt, quin etiam in fronte ostent, vt sciretur si  
quid boni dixerint, vel ex ijs à me esse delibatur, aut ab alijs posse decerpi. Porro  
suis cuique sensus, & bona mens fuit, nec cuiusque illorum adeo malus est liber,  
quin bona quaedam contineat.

Quoniam vero ad Iurisprudenciam spectat, nosse quo iure quaeque Prouincia  
vtatur, aut Respublica, ideo variarum Rerum publicarum iura, quae de ijs scripse-  
rint, indicavi. Neque vero hic meus tantummodo sensus fuit, verum etiam Iuris-  
consultorum, & ipsius adeo Aristotelis, ac B. Thomae Aquinatis multo antea fue-  
rat. Oportet (inquit Aristoteles) non ignorare differentias politiarum quot nam  
sint Respublicae, quot modis componantur, eademque cum prudentia considerare.  
Simul oportet & leges optimas, & vnicuique Politiarum congruentes, quandoquid-  
dem leges oportet ad politias accommodare, sicut & omnes accommodantur, non  
autem e contrario Respublicas ad leges, ac quae sequuntur. Sed vt Rerum publica-  
rum notitiā illam necessariam meis scriptis inserui, sic summopere in omnibus  
adiutus sum ex ijs rebus, quae ad aequitatem noscendam, & in rem conferendam  
non tam ex libris, quam ex ipso vsu percepti, atque in primis ex Deo bonis copati-  
bus aspirante hausi. Atque vt eiusmodi plura à Theologis, & à Nauarro deinceps  
ad omnes actiones humanas dijudicandas necessaria exstimata sunt, quae quam-  
uis antiquitus tradita ab alijs, non tamen ad vnum ab omnibus adhibebantur, vtq.  
**C**regulae de discernendis spiritibus ad nostras interiores actiones dijudicandas, vti-  
lissimae etiam sunt ad reliqua dignoscenda; (licet qui ijs non vtuntur, non eas ma-  
gnè estimant) sic pernecessarium exstimandum est, quod haec de tota re dictum  
est in Tractatione nostra. Nec tam vt prolegomena, quam vt regulae, quae praere,  
& protequi iudicia omnia debent, accipiendae sunt.

Et haec quidem ratio fuit instituti mei. Ceterum quoniam aliqui suspicari pos-  
sent, Accursii, & reliquos eiusmodi viros, ob paucos errores, minusq. politū dicēdi  
genus esse ablegados, alij vero nihil esse aduertus eos hincendū, vtrique haec habeat,  
quae dixero: Primum equidem exstimā horum habenda esse mentionē perhonorifi-  
cam, commendandumq. iudicium, & probandam esse maturitatem; verum tamen  
consultum non esse taceri lapsus, aut emendatores codices, ac typos non indicari.  
**D**Et Patrum quidem aliqua, quibus ab Ecclesia inscienter dissenserant, iudicata, re-  
iectaq. sunt, quae & eorum aliquis, vt S. inquit Augustinus, sanguine ipso martyrii  
eluisse credendus est. Retractauit item magna cum laude idem Augustinus quae  
olim minus apte scripserat: at doctrina, quae cum Ecclesia consentit, recepta est, at-  
que seruata. Et Sixtus Senensis sua in Bibliotheca sancta opera precium censuit (id  
quod censuere optimi alij Theologi, ac comprobauit Ecclesia) si eadem Patrum lo-  
ca, vel male intellecta, vel quibus ipsi aberrassent à scopo, ostenderentur. Itaque  
nulla Accursio, ceterive illis viris iniuria inferitur, si quid a reliquis Iurisperitis eru-  
ditis adnotatum est, quod minus recte ob linguam, vel Historiam, aut aliarum faculta-  
rum eius saeculi inopiam, sunt allecuti. Quin idem ipsi, & Accursius tanto libentius te-  
ri ab omnibus poterunt, quanto emendatores sint. Id quod & in Iure Canonico sa-  
**E**pienter factum est ab Gregorio XIII. sanctae Memoriae Pont. Maximo; qui, quod  
vniuersae Academiae Catholicae summopere optarant, Gratianum, & reliqua in-  
genti labore iusserit emendari.

Iam quae aliquibus dubitatio oborta fuerat de Philosophiae studiis, num Iuris-  
prudenciae quidquam conferrent, ita crederem statuendum; non solum philoso-  
phiam, verum etiam Theologiam Iurisperito maxime profuturam. nam quod in-  
de verebantur aliqui, ne scientius, ac disciplinis intellectus non assuetus, aut in li-  
tibus euaderet Sophista; vel materias de contractibus, Iudiciis, & postremis vo-  
luntatibus dedignaretur; isto timore liberabuntur, si cogitent, non aliunde ferme



de contractibus, deq. sexcentis aliis oriri controuersiam: nisi quod aut Philosophia ea pars, quae de principiis humanarum actionum, deq. officiis agit, percepta recte non est; aut Theologia ignoratur, quae omnes earundem actionum qualitates, atque (vt cum Scholis loquar) passionis æquissima lance perpendit. Ac propterea factum est, vt non pauci, qui in Iurisprudentiæ studio illis pedibus ingressi fuerant, euaserint nescio quales, nimirum, qui ad suum ingenium negotia quoque Religionis traxere, potiusquam vt ad veritatis normam sese componere voluerint.

Quod autem alij putent, istos parum profecisse, aut studia sua non continuasse, quod potiora illa studia prius amplexi essent, id tribuendum non est earum studiis disciplinarum, sed aliis causis. Profecto enim meliores Iurisperiti, qui hanc optimam viam insisterunt, Reipublicæ suere peritiles, saepeq. vno momento in vnodis, & in grauissimis causis plus profecere, quam qui omnis interioribus illis contentiosum tantum, ac forensis dicendi genus secuti sunt. De Baldo, vt taceam reliquos, notum est, quid e philosophia commodi acceperit: De Bartholo item, quam sedulo mathemata, & alias perdidicerit disciplinas. Quod si ob Theologiae, aut Philosophiae studia vilesceret tractatio de contractibus, & eiusmodi aliis: idem dici posset de iis, qui practicam Theologiam proferunt, quasi Theologia istis rebus minoribus, aut interioribus incommodaret. At nec incommodat quidquam, sed per necessaria est: & Theologiae is est præcipuus fructus, vt de qualibuscumque conscientiae casibus solidissime agat.

Porrò philosophiam qui recte discit, nouit sophismata euertere: quare non solum quibus non est ingenium ad Dialecticam perdiscendam, ij hoc conuicio habitudinem suam tegere iunt soliti; verum etiam Lutherani, & Caluianij ideo iunt Scholasticis Theologis infensissimi, quod experti iunt in isto genere pugnae sese cominus feriri, vt prorsus elabi nequeant. At certe qui optimorum Iurisperitorum, qui philosophiam, & Theologiam didicerunt, tractatus contulerit cum aliis, qui disciplinas illas ignorarunt, videbit quam perspicue, vere, iuste tradiderunt, quae tractanda susceperant.

Ac cum Viri prudentes consulant, vt studiis Iurisprudentiæ absolutis copiosam, quique habeat Bibliothecam; omnium nempe, qui Ius civile interpretati iunt, vel Tractatus, vel consilia ediderit, ac Theologorum, vt Sancti Thomae, Bonauenturae, Richardi, Augustini de Ancona, Medinae, Dominici Soti, Iacobi Ledesmae: omnia item Concilia, Doctores Ecclesiae, Vltimontanos Iurisperitos, & alios libros curiosos Iurisperito vtilis habere curet, vt de quacumque re proposita, scribere, respondere, ac statuere possit: intelligunt idem quantopere disciplinis illis sit incumbendum. Vix enim aliquis solidi, quidquam responderit ex Theologis, quorum sententia, voces, doctrinae ordinem non fuerit primo allecutus. Nec sane si quis mitteretur ad prouincias longissime distitas, ad pacificationes statuendas, ad principum foedera scienda, ad deponenda arma, ad propagandos fines, in quibus quidem prouinciis, necrales Bibliothecae vlla reperirentur, nec iuris eadem formulae essent, ac iudicia eadem, aliquid faceret destitutus tot libris. Certe cum de rebus vniuersalibus scientiae sint, perque eas aperiantur fontes, e quibus ad actiones qualque discernendas regulae traduntur, maximam sibi comparabit Bibliothecam; qui eadem disciplinas primo eatenus hauserit, quatenus satis sint futuris rerum euentis diiudicandis, quae prope innumera sunt: Deinde & libros, qui de iisdem rebus haberi possint ad manus perlegat iis adhibitis cautionibus, quas antea ostendimus.

Atqui si alius dixerit, verendum esse, ne quis Regularis in poenas canonum incurrat, si addiscendi Civilis Iuris regulas praescripserit, is conuictus, si intellexerit; nil inde periculi existere. Errarent enim, & Theologi, & Concionatores, & Contellarij, qui plura quomodo iuste bellandum, a quibus

Abus rebus abstinendum: quomodo regnandum: ac in vnoquoque hominum genere quid requirendum sit, docent; licet ipsi nec militiam, nec alia munera exercere debeant; funguntur nimirum vice cotis exortes ipsi secandi; pietasq. ad omnia valet. cum & necessarium sit praemonere plurimos, ne in haereticos, & impietates impingant. Et verò cum iam in Italia Molinaeus, ac plerique alij professorum, & studiorum mentes infecerint, certe ad Theologos potissimum pertinet, vt insonent buccina, & proditores Ecclesiae prodant. Quae res fecit, vt anno huius saeculi octogesimo septimo a Magistro Sacri Palatii vna cum Theologis, & Iurisperitis aliquot eminentioribus Zafij expurgatio confecta sit, Hispanica autem Inquisitio, & Academia Louanientis, atque Vilitatores Sanctae Sedis Apostolicae, aut illorum Antistites in Regno Neapolitano, & Siciliae, idem in alijs Auctoribus nouissime praesiterint: Quae tamen cum passim non habeantur ad manus, nec omnia typis adhuc sint data, quis neget ad pietatem Christianam spectare, vt & de iis moneantur Iurisperiti, & habeant vnde rectius inuerti salutis iter cum scientia ostendant: Sed & Contellarij, vbi haec liquidius cognouerint, rectius officio suo fungentur. Nam & in aliquot Academijs ipsi Iuris Professores hac ratione admodum adiuti sunt: Iunioribus autem, qui alioquin in eosdem errores praecipites ruisent, hac praecautio, & expurgatione consultum est.

An verò, quae de Iustitia, & Iure dicta sunt a nobis, ea relinquenda Theologis fuissent, dabitari poterat. Sed dubitationem exemit necessitas, atque vtilitas, quae fuerant praemonendi animi adolecentum, vt scirent, vnde ista facilius, ac securius desumerent. Maximi enim momenti est, si antequam ad molem illam legum tantum vastam accesserint, id quod de Iure, ac Iustitia dictum est, perceperint. Ac quidem sunt multa, quae ad Theologos pertinent, quae ab ipsis accuratius perpendantur tamen ad Iurisprudentiæ Professores, & Auditores. Iuris enim peritos Christianos cupimus, & quid ius, & iustitia vera sit intelligentes. Praeterquam quod, cum apud haereticos, aut fluctuantes, vel apud eos, qui Italicum studiorum morem haud sequuntur, isti Auctores Catholici, & Theologi non proponantur; studia vero haec magnopere iuuent: Christianae pietati, & animarum saluti quibuscumque rationibus consulendum est.

At cum videri possit, quonia prodierunt in lucem pleraque Dictionaria Hotomani, Spiegelii, & aliorum; quibus, quod obseurum in Pandectis, in Codice, in Nouellis, fuerat ab Alciato, & alijs declaratum, id planius explanatur, idcirco non esse quod laboretur in nouis illis Interpretibus adhibendis: sciant, qui haec cogitant, eorum sane mentionem a me factam esse, sed ita, vt in perla erroribus illa Dictionaria agnoscerentur, quandoquidem ab haereticis fuerant euulgata. sed neque ij satis sunt Pandectarum sensum eruendo; nisi quis se putet Latinae, aut Graecae linguae vim aut facultates ipsas posse perdiscere ex Calepino, & Lexicis tantum: Praeterea varii idiotismi Iurisperitorum; nec idem omnium stylus, causae item diuersae, cur ederent responsa, vel Imperatoribus rescriberent, connexio autem a Triboniano, & eius socijs plerumq. concisus facta ex pluribus, historiaeq. & reliqua eiusmodi, aliud quam sola requirunt Dictionaria ad Pandectas, & cetera intelligenda. Quamobrem optime Guido Pancirolo censuit vna cum optimis huius saeculi Iurisperitis, Cuiacium in iis, quae ad Ius Canonicum haud pertinent, perutilem esse ad legum civilium sensum allequendum, ac proinde legendum attente, vt & alios quosdam, qui antea hoc in genere laborarunt, si quidem nulla in iis fuerit labes.

De Chronographiis autem, quae ad Iurisprudentiā habentur necessariae, quae uel Spiegelio videntur adiunctae, is qui secundi nostri huius libri XXII. caput legerit, intelliget, quid de Chronologiis, & Chronographiis verioribus censendum sit. Et verò quoniam putatio temporum non ad solam Iurisprudentiā, sed ad Diuinas inprimis litteras, atque ad ceteras pene omnes disciplinas, & historiam vniuersam pertinet, idcirco ei tractationi dandus erat locus certus. Quin & ibi.

CUIACIUS  
in iis, quae  
pertinent  
ad Ius Ca-  
nonicum,  
haud est se-  
quendus.

ibi recensentur præter alios Contius, ac si qui alii in ea laborarunt: de quibus optimorum iudicium expolitum est.

De Conano autem cum sententiam de me exquireretur, paucis respondi; nempe me, quamquam ante viginti annos in Galliis non semel de illius opere, ac methodo, meo iudicio diffidens, iurisconsultos doctissimos, quid de eo sentirent consuluisset, silentio tamen data opera preterisse. Silentii mei causa fuerat potius methodi nouitas, & quod ab iis, qui Italica frequentant tribunalia minus existimatur utilis ad quaestum, & ad tribunalium usum, quam quod vnquam viri illius ordinem, stylum, ac redactas ad capita materias improbare potuerim. cum fortasse ad eandem methodum aptari Academicarum ratio docendi posset, relictis quæ in immensum excrescunt quaestionibus, & (quas vocant) allegationibus.

Quæsiuere alii cur Commentaria, & Tractatus Cuiacii, Duarenii, Viglii, Connani, & similium, iudices vtique, & Aduocati etiam in Romana curia non legant: secus vero Cassanæ, Tiraquelli, Coratii, & similium; & excepto Tractatu de præsumptionibus, nemo Alciatum legeret.

Sed responsum est, non ob Italos, tantum, sed & ob alios Bibliothecani esse conditam. Si enim isti in Italia non leguntur, leguntur alibi, & quidem cum fructu; nostrates autem non sunt in tanto usu apud illos.

Scire alii cupiebant, vtilius ne sit, alicui Interpreti esse additum, an passim omnibus, & quænam ratio extet, illos inuicem conciliandi. At responsum est, primo id pertinere ad eos, qui clauum Christianæ Reipublicæ tenent: quod tamen propter rationem temporum, Mundiq. difficilem statum vix sperari possit. Deinde securum esse apponendam ad radicem barbariemq. & sitim pecuniæ ablegandam: leges item in fonte percipiendas; Catholicam vero Religionem hauriendam, ne dum leges Ethnicorum addicimus, Christianam deducamus. Sane vero (quod ad conciliandos Doctores pertinet) communior pars sequenda est, de qua cum dubitatur, rationes aliæ, & peritafes afferendæ sunt, quibus veritas conficit. Exat autem communium opinionum Syntagma, siue receptarium I. V. sententiarum in tres Tomos distributum anno 1576. Lugduni, rectius editum apud Philippum Inghum ex vnde viginti iurisconsultis nostri temporis collectum. Quartus porro Tomus sequentibus annis adiectus est: è quibus omnibus erui possit non minimum eorum, quæ ad eam conciliationem attinent.

Num vero Ultramontani Iurisperiti (expurgati quidem prius, si quos continebant errores) legendi sint post antiquos; viri perdocti existimantur primo de Ultramontanis esse distinguendum. Tiraquellus enim, & alii in iis, quæ, citra religionis offensam scripserunt, cum aliqua ex parte morem sequantur Italicarum Academicarum; suaq. commentaria iulciant, & auctoritate, & argumentis iurisconsultorum eorum, qui celeberrimi sunt apud nostrates: non tanquam bellaria, sed tanquam exquisita epulæ habendi sunt. Myningerus item primis studiorum annis præ manibus haberi potest, qui sua commentaria glossis, & Bartholo illustrauerit: At Myningerus Ultramontanus est, qui tamen iam & Patavii, & Romæ, & in alijs Academicis legitur penè ab omnibus, quemadmodum & lentum sit de alijs, ac frequentius fieret, nisi mos Tribunalium Italicorum aliud posceret. Præterea Ultramontanorum, alij eatenus legendi sunt, quatenus contextu Institutionum, Pandectarum, & alia eiusmodi liquido, & pro captu, ac sine molestia Tyrone exponunt. Ij vero Interpretes, si Catholici sunt, (aut certe emendati) potius antea percurrendi sunt, quæ aut nostrates, qui solidiores glossas, aut maturiora commentaria edidere. Alioquin enim accidit sæpe, vt hac præpostera glossarum lectione, nec prius intellecta littera, non solum Pandectarum, ac reliquus corporis ciuilibus contextus in puluere relinquantur, verum etiam facultas hæc odiosa, & grauissima non recte contextu intelligentibus. nat.

Ad extremum, quaesitum est, quid de Vigelio generatim esset iudicandum in iis, quæ ad rationem causarum tractandarum pertinent. Sed cum ex iis, quæ ipsemet tradidit, nemo fere sit, quin facile id consequatur, ex eo quæ sequuntur, hæc habeant.

Ratio-

A Rationem igitur ille tam in ciuili, quam pontificio, necnon controuerso iure digerendo secutus est eam, qua arbitratus est non solum facilem vtriusque iuris cognitionem, sed & argumentorum forensium inuentionem promptam, & expeditam sese reddidisse. Hanc, cum ij qui in foro versarentur, tanquam nouam, & à fori consuetudine alienam principibus viris suspectam, & iniuriam facere conarentur, his verbis respondit. Cum ius ars boni, & æqui, perinde ac ceteræ artes, doctrina partim, partim vtu pareatur, & exercitatione, ita sentio, doctrinam simul & exercitacionem Iuris forensibus actionibus, dummodo non vitiosis, debere esse accomodatam. Est enim perabsurdum, artium ac scientiarum studia ab actionibus, quarum artes, atque scientiæ sunt, discrepare. Iam nemini dubium est, actiones forentes, quibus Iuris studia sunt accommodanda, potissimum consistere in argumentis causarum, quæ in iudicia deducuntur, tum inueniendis, tum formandis, tum denique diiudicandis: quorum priora duo Aduocatorum munera sunt, postremum ad Iudicem, eiusque assessores spectat. Argumenta autem causarum appello actiones, exceptiones, replicationes, duplicationes, & sic deinceps, quibus iura causarum vtrinque disputantur. Huiusmodi disputationibus forensibus doctrinam iuris accommodaui. Siquidem proposito aliquo iure, eius exceptiones, exceptionum replicationes, replicationum duplicationes, & sic deinceps ordine subieci. Hac re nihil aduersus fori consuetudinem deliqui: nec credo quemquam omnium, qui in foro versantur, tam iniquum, qui hanc meam iuris docendi rationem duxerit reprehendam. Quod ad rationem attinet argumentorum formandorum, seu apud Iudicem proponendorum, in ea (fateor) à fori consuetudine discrepo: nec enim quid in foro fiat, sed quid fieri debeat in hac re spectauit. Siquidem consuetudo fori, qua vnum argumentum per decem, viginti, vel triginta, interdum plures propositiones proponitur, quibus singulis singulariter ab aduersario responderetur, à Dialecticorum, Rhetorum, & veterum Iurisconsultorum præceptis abhorret: ipseque causæ status, ad quem Iudici ante omnia in iudicando est respiciendum, ista ponendi ac respondendi ratione inuoluitur, vt difficilius Iudici apparere possit. Proinde non sine causa Princeps quidam hunc morem à suis iudicijs per constitutionem repulit. Nec praua ista consuetudo defendi hoc colore potest, quod in locum interrogationum, quæ olim in iudicijs erant receptæ, successerit. Siquidem istarum interrogationum longè alia fuit ratio: tunc enim adhibebantur quando actor dubitabat, an & pro qua parte aduersarius hæres esset, eiusque rei probatio difficilis erat. In positionibus autem, quibus hodie vtuntur, actor non dubitat, sed asserit verum esse, seq. ad probandum offert. Proinde præstat syllogistica forma, vel copiosus argumentum proponere, & aut negando aut distinguendo ad id ab aduersario responderi: hæc enim ratio Dialecticorum, Rhetorum, & veterum Iurisconsultorum præceptis consentit, & ad causæ statum Iudicem recta sine longis ambagibus perducit. Superest de argumentis propositis iudicandi ratio, in qua mea Iurisprudencia veteribus quidem Iurisconsultis non incongnita, nostris hominibus noua videtur, estq. (vt ingenue fatear) hoc casu à fori consuetudine seu corruptela potius prorsus aliena. Licet enim omnes fateantur, litis contestationem iudicij fundamentum esse: quid tamen litis contestatio sit, & quomodo lis contestanda, nemo intelligit, & ita in ipso iudicij fundamento aberratur ab omnibus: ex quo errore litium longæuitas, & incertitudo, de qua graues hoc sæculo querelæ existunt, originem trahit. Impp. Seuerus, & Antoninus Augusti: Lis (inquiunt) tunc contestata videtur, cum Iudex per narrationem negotij causam audire coeperit. Quorum verborum sensus hic est, Litem contestatam videri, cum per actionem, exceptionem, replicationem, & alia huiusmodi causæ argumenta, in iure vtrinque proposita, Iudex id, in quo causa consistit, seu statum causæ cognoscere coeperit. nec enim audire causam aliò spectare potest, quam vt Iudex statum totius negotij cognoscat. Quo cognito, vel actio, vel exceptio, vel replicatio, vel duplicatio apparebit controuersa: & aut de iure, aut de facto eius lis erit, de qua


In secunda  
editione  
Methodi  
Iuris cano-  
nici.




de qua re alias copiosius differui. Quod igitur in Iudicio actio proponitur, excipitur, replicatur, duplicatur &c. omne eo pertinet, vt Iudici status negocij constare possit. Nec enim Iudici, quemadmodum aduocatis, qui argumenta ad causam agendam ac defendendam quarunt, ad circumstantias causae, sed ad causam statum in iudicando respiciendum: nec causa illi in personis & temporibus, sed in genere vniuerso consideranda, & hypothesis ad Thesin reuocanda est. Quod & Cicero testatur his verbis: Omnes controuersias ad vniuersi generis vim & naturam referri. Item dum ait; Nullam esse causam, in qua id quod in iudicium venit, ex reorum personis, ac non generum ipsorum vniuersa disputatione quæatur. Hac ratione vti veteres Iurisconsulti, non verbosis consilijs, vt nunc fit, sed breuiter de iure lo- liti sunt respondere, vt ex Pandectis constat. Nec obstat quod in suis responsis, quemadmodum Imperatores etiam in suis rescriptis, sæpe certas personas, & res nominatim posuerint. Ex hoc enim non conuincitur, eos in respondendo ac rescribendo ad facti speciem, seu ad personas, & tempora, potiusquam ad genus vniuersum respexisse: cum nihil interfit vtrum respondeatur, Titum, qui Stichum seruum calendis Martiis dare promiserat, Stichum ante calendas Martias sine dolo, & culpa Titij mortuo liberatum esse: an sic, Debitorem speciei, interitu ipsius rei debita liberari, si dolo & culpa caret, nec in mora soluendi fuit. Nec ite obstat, quod iudici interdum à legibus iniungitur, vt pro qualitate personæ & causæ durio- rem, vel humaniorem sententiam ferat. Hoc enim in iis causis obtinet, quæ magis ex arbitrio Iudicis, quam ex certa legum auctoritate pendent, in quibus litis contestatione opus non est, nec iudex ad statum causæ alligatur. Hæc veteribus Iurisconsultis non fuerunt incognita, sed hodie noua videntur, & sunt inaudita. Nisi tamen aliquando in vsum reuocentur, frustra de litium longæuitate & incertitudine è iudicij extirpanda in comitijs Imperij consultatur. Hæc Vigelius.



LIBER XII.  
SYNOPSIS SEV METHODVS INSTITVTIONVM  
I V R I S C I V I L I S.





LIB. I.	LIB. II.	LIB. III.	LIB. IIII.
1. De iustitia, & iure.	1. De rerum diuisione, & acquirendo rerum dominio.	1. De hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur.	1. De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.
2. De iure naturali, gentium, & ciuili.	2. De rebus corporalibus & incorporalibus.	2. De legitima adgnatorum successione.	2. De vi bonorum raptorum.
3. De iure personarum.	3. De seruitutibus rusticorum & urbanorum prædiorum.	3. De Senatusconsulto Tertulliano.	3. De lege Aquilia.
4. De ingenuis.	4. De usufructu.	4. De Senatusconsulto Orficiano.	4. De iniurijs.
5. De libertinis.	5. De usu & habitatione.	5. De successione cognatorum.	5. De obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur.
6. Qui & ex quibus causis manu mittere non possunt.	6. De usucapionibus & longi temporis præscriptionibus.	6. De gradibus cognationum.	6. De actionibus.
7. De lege Fufia Caninia tollenda.	7. De donationibus.	7. De serui cognitione.	7. Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur.
8. De his qui sui, vel alieni iuris sunt.	8. Quibus alienare licet, vel non licet.	8. De successione libertorum.	8. De noxalibus actionibus.
9. De patria potestate.	9. Per quas personas cuique acquiritur.	9. De assignatione libertorum.	9. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.
10. De nuptijs.	10. De testamentis ordinandis.	10. De bonorum possessionibus.	10. De ijs per quos agere possunt.
11. De adoptionibus.	11. De militari testamento.	11. De acquisitione p adrogatione.	11. De satisfactionibus.
12. Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.	12. Quibus non est permillum facere testamentum.	12. De eo, cui libertatis causa bona addicuntur.	12. De perpetuis & temporallibus actionibus, & quæ ad heredes & in heredes transeunt.
13. De tutelis.	13. De exheredatione liberorum.	13. De successione sublati, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex senatusconsulto Claudiano.	13. De exceptionibus.
14. Qui testamento tutores dari possunt.	14. De heredibus institutis.	14. De obligationibus.	14. De replicationibus.
15. De legitima adgnatorum tutela.	15. De vulgari substitutione.	15. Quibus modis re contrahit obligatio.	15. De interdictis.
16. De capitis deminutione.	16. De pupillari substitutione.	16. De verborum obligationibus.	16. De poena temerè litigantium.
17. De legitima patronorum tutela.	17. Quibus modis testamenta infirmantur.	17. De duobus reis stipulandi, & promittendi.	17. De officio iudicis.
18. De legitima parentum tutela.	18. De inofficioso testamento.	18. De stipulatione seruorum.	18. De publicis iudicijs.
19. De fideiussoria tutela.	19. De heredu qualitate & dña.	19. De diuisione stipulationum.	
20. De Atriliano tutore, & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur.	20. De legatis.	20. De inutilibus stipulationibus.	
21. De auctoritate tutorum.	21. De ademptione legatorum, & translatione.	21. De fideiussoribus.	
22. Quibus modis tutela finitur.	22. De lege Falcidia.	22. De literarum obligationibus.	
23. De curatoribus.	23. De fideicommissarijs hereditatibus, & ad Senatusconsultu Trebellianum.	23. De obligationibus ex consensu.	
24. De satisfactione tutorum, vel curatorum.	24. De singulis rebus per fideicommissum relictis.	24. De emptione & venditione.	
25. De excusationibus tutorum, vel curatorum.	25. De codicillis.	25. De locatione & conductione.	
26. De suspensis tutoribus, vel curatoribus.		26. De societate.	
		27. De mandato.	
		28. De obligationibus quæ quasi ex contractu nascuntur.	
		29. Per quas personas nobis obligatio acquiritur.	
		30. Quibus modis tollitur obligatio.	

ARGVMENTVM LIBRI DECIMITERTII,  
QVI EST DE PHILOSOPHIA.


**S**EQVITVR Philosophiæ tradendæ Ratio, eò necessaria magis, quod ad quarumcumq; rerum disquisitionem magno est adiumento. De ea igitur primo generatim acturi. Mox de Platone; Demum de Aristotele, ac de eorum interpretibus; Quæ ve sint, vnde illa præsidium accipiat; præfandum hic esse existimauimus quod Augustinus Valerius Cardinalis Veronæ, dum nobilis nobilitati Venetæ, mandante Republica, Philosophiam prælegeret, ætate quidem ille tunc iunior, sed iam sapientia maturus, atque ad pietatem cum scientijs iungendam natus, sic scriptum reliquit.

Si veritatis, inquit, studiosi, si indagatores pulcherrimarum rerum sumus, cur nobis non debet esse iucundum, ea, quæ à philosophia didicimus, sacrorum librorum testimonio, & sanctissimorum hominum rationibus, & auctoritate confirmare? Quod si quid repugnet verissimæ scientiæ Theologiæ, quid potest esse tam necessarium, quam illud ipsum cognoscere, & alijs explicare, ne diutius in errore maneant? Sed nos miseros, nobis ipsis stultè nimium tribuentes, pudet philosophantes rationibus, quæ in sacris litteris sunt, uti; non esse perturbandas scientias dicimus; studium eorum, qui id faciunt, aliquando irridemus, quasi nos iuuet errare, et labi, admirantes nonnullorum hominum acutas sententias. An inutile potest esse, cum præceptis de moribus Platonis, Xenophontis, Aristotelis, Plutarchi, Ciceronis, conferre ea, quæ Salomon, Paulus, Basilius in Ethicis, Ambrosius in libris de officijs, Thomas multis in libris, & sanctissimi alij multi homines tradiderunt? Cur si possumus, non utile putamus, metallorum, stirpiû, animalium, aliquam cognitionem petere è sacris litteris, quarum auctoritate, Aristotelis sententia aut confirmetur, aut refellatur? Tantum abest, vt non pauci qui philosophantur, hæc studia coniungat, vt indignum putent philosopho, non defendere, Mundum esse ingentium, animos mortales, Deum non curare res humanas. Quod si quis rationibus à philosophia illis quidem sumptis, sed vberius ab optimis viris Theologis explicatis, peruersas eorum sententias conetur euellere, scilicet admirabiles Philosophi rident: dicunt se esse philosophos, veritatem philosophicam se defendere, non licere sacra miscere prophanis, Philosophis cum Theologis non esse disputandum. O ignobile, & miserabile philosophiæ studium, si eò erudiuntur ad impias sententias defendendas homines; si discunt Theologiam verissimarum sententiarum matrem, & ueram rectè intelligendi, & beatè viuendi magistrum contemnere? Hæc ille.

Libro de ratione philosophandi.



# CAPITA LIBRI XIII.



## DE PHILOSOPHIA Generatim.

- 1 **N**VM Philosophia Studium reijciendum sit ob incertas Philosophorum sententias, propter quas plerique a Diuina quoque ueritate recesserunt.
- 2 Ex eorum, quae sunt, seu realium entium generali consideratione, ac partitione, Philosophia partitionem existere, quae partitio expedit, ut principio quadantenus eis innotescat, qui recte in Philosophicis studiis informandi sunt.
- 3 Origo Philosophiae, instrumentaque noscendarum rerum homini collata a Deo.
- 4 Cur non eandem Methodum omnes adhibuerint ueritati perquirenda, cum eadem omnibus instita sint facultates. Id uero accidisse ex originalis peccati ignorantia, & remedio; deinde ex ipsius naturalis luminis peruerso usu, praeterea ex peccatis alijs, quibus mentis acies retunditur; denique ex aliorum haud piorum Philosophorum ductu, quos plerique sibi tamquam certos Anthesignanos delegerunt.
- 5 Ex his, quae dicta sunt, multo autem magis ex ijs, quae dicuntur, liquido cerni posse, necessaria esse homini cognitionem aliquam a Deo reuelatam, praeter lumen naturale, quo ueritatem per Philosophiae Studium ueniamur.
- 6 Alijs adhuc rationibus euinci cognitionis altius a Deo reuelatae necessitatem; unde et aliquorum argumenta diluuntur.
- 7 Praenoscendos esse Moysis libros de Mundae principijs, deque reliquis: cum eius omnium scripta sint certissima, & a Deo reuelata, & quibus ad eos, qui habitii sunt Philosophi praestantiores, optime quaeque manasse; in quibus autem ab eo disenserint, miris se, & posteris laqueis intricasse.
- 8 Praeter illa, quae a Deo per reuelatam notitiam percipiuntur, plura quoque esse, quae non nisi consummato hoc saeculo, plenè intelligentur.
- 9 Cum plerique de ratione studiorum, deque ordine, ac uia Doctrinae in Philosophia egerint, quorum praecpta diligenter in rem conferenda sunt, priore tamen loco esse habenda, tum quae sacrosanctae Synodi hac de re

- Statuerunt, tum quae uiri nonnulli doctrina & sanctitate excellentes tradiderunt.
  - 10 Quantopere praestet uarias diuersorum in Philosophia tractanda Methodos, & opiniones, siue item dogmata praenoscere, ut, quae rectissima sit methodus, diligentius teneatur, & defendatur.
  - 11 Nosse quis quae aetate Philosophus uixerit ante Aristotelem, commodum esse ad Philosophiam assequendam.
  - 12 Collatio Diuinae philosophiae cum humana: Ex Augustini epistola tertia Ad Volusianum.
  - 13 Ratio quanam in disputationibus habenda et Praecautio obseruanda in disputatione instituenda in questionibus, & earum solutionibus.
  - 14 Ioannis Francisci Pici de Gentium Philosophia insignis, & Christiana Tractatio.
- ## DE PHILOSOPHIA PLATONICA.
- 15 Consideratio & Cautio, de Platone, & eius Interpretibus.
- ## DE PHILOSOPHIA ARISTOTELIS
- 16 Quae Aristoteli obiecta sunt de eius uita, & moribus.
  - 17 Quae Aristotelis doctrina obiecit Melchior Camus, et aliquarum eius obiectionum solutio.
  - 18 Aristotelis Philosophiae patroni quid pro Aristotele dicant.
  - 19 Quid reuera de Aristotele sentiendum sit.
  - 20 Partitio librorum Aristotelis ex Ammonij & Simplicij eius Auditoris sententia in Prolegomenis Praedicamentorum, et Partitio uetera ex alijs.
  - 21 Ratio genuini sensus eruendi ex Aristotelis
  - 22 De Aristotelis Interpretibus. (dictis.)
  - 23 Doctissima & plena pietatis monita ad Philosophiae studiosos.
  - 24 De Aristotelis Methodo inuenienda.
  - 25 Iudicium de B. Thomae scriptis in Aristotelis Philosophiam. Ex Hieronimo Vielmo Episcopo Argolicensi.
  - 26 Quibus in rebus disquirendis circa periculum fidei exerceri possint ingenia.
  - 26 Interpretum aliquot Elenchus, qui in Aristotelem commentaria ediderunt.
  - 27 Aegidij Columnae Cardinalis Animaduersio, & censura errorum, quos Eibnici Philosophi suis scriptis inseruerunt.
  - 28 De Theophrasto, Plinio, Albeneo, Aeliano, et alijs, qui de rebus scripsere naturalibus.
- AN-



# ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV

Liber Decimus tertius.

## BIBLIOTHECAE SELECTAE. Qui est de Philosophia

### GENERALIS DE PHILOSOPHIA CONSIDERATIO, ET CAUTIO.

NVM PHILOSOPHIAE STUDIUM REIICIENDVM SIT  
ob incertas Philosophorum sententias, propter quas plerique a Diuina quoque ueritate recesserunt.

Caput Primum.

**A**NTE QUAM ad eos descendam, qui lumina Philosophiae habentur, Plato apud multos, Aristoteles apud plurimos: quamuis tractandum esset initio de Philosophiae nomine, ac definitione; tum de eius obiecto, unde origo, & partitio, ac methodus consequuntur; quoniam tamen ipso Philosophiae nomine, notum est; intelligi Sapientiae studium, qua rerum ueritatem contemplantur, & intelligimus; reliqua uero partim non ita multo post, partim sequenti tractatione (praesertim cum de Aristotele agemus) proprium habitura sint locum: Idcirco uestigandum uidetur, Philosophiam ne omnino reijcienda sit; quod animi quorundam hebetes, aut deides, vel Lutherus quoque hoc tempore, & eius generis alij putarunt esse faciendum: cum etiam non defuerint, qui pietatis zelo, ac propter incertas eorum, qui Philosophi dicti sunt, opiniones, conuulsus esse iudicarent, ab hisce studijs abstinere, per quae plerisque de Diuinae ueritatis orbita laepe cerneret turpiter, atque impie deflectere. Accedit magna auctoritate (uti & doctrina) uirorum sententia, qua scriptum reliquerunt, non conuulsus esse, dignoscere, plura emolumentum, an detrimentum Christianis attulerint Gentilium litterae, atque hoc ipsum, de quo agimus, humanae philosophiae studium.

Ioannes Franciscus Picus Mirand. cap. 3. libri 1. de studio humanae & diuinae Philosophiae.



At quidquid horum sit facile sanè euincitur, Quod hominem rationis partici- A dem, nisi ratiocinationem ad res perquirendas adhibeat, ne hominem quidem, sed stipitem iure cenideas. Sin rerum ueritatem partiendo, finiendo, argumentando sedulus eruat, ipsam tandem assequitur, ut & postea reliquis eandem comode suadeat, errores ableget, utilisq; Christianæ Republicæ multis nominibus fiat.

Porro ex antiquis Patribus fuere, qui collegerunt argumenta, quibus efficitur, Philosophiam necessariam esse ad Gentiles edocendos, ad refellendos Sophistas, ad delectationem, & admirationem excitandam, ad Auditores alliciendos, cum mentem (vt docet B. Thomás) Philosophia illuminet; ad inflammandum animum, & ad æternorum amorem ex fluxis rebus traducendum: quod de re testatus est Augustinus lecto eo Ciceronis libro, qui Hortensius erat inscriptus, quo Philo- B phiæ laudes continebantur. Itaque & icimus fuisse Moysem eruditum in omni sapientia Aegyptiorum, & licuti arenam maris notitiam rerum Salomoni Diuinitus traditam: & Apostolum etiã uirum, cum in omni scientia se ita exhibuerit, ut omnes

Sapient. 7. Ad Colos. j.

CHRISTO lucrifaceret: & Philosophiæ operam nauasse Didymum, Iustinum, Origenem, qui à Pantano, & ab Heracla didicit: Gregorius item duos, Nazianzenum, & Nissenum, Basilium, vt mittam ceteros Latinos Patres, totamq; Theologorum scholam, qui uita, doctrina, & fide fuere præstantissimi.

Quorum sanè auctoritas tanta est, ut neminem non cogat ad credendum, rectè ea esse intelligenda, quæ uel Dominus, asserens, Omnes quotquot ante me uenerunt, fuerunt fures, & latrones; uel Apostolus, qui eum consecuti sunt, ad uerbum Philosophiam uisi sunt pronunciaffe. Nam Apostolus, cum monet cauendum esse, ne quis nos decipiat per inanem Philosophiam, eam explodit, quæ falsis commentis innititur; quam ideo nouam deceptionem, & falsi nominis scientiam uocat, quod ementito Philosophiæ nomine hominibus imponit. Et Ter- tullianus, licet multus sit in Philosophis insectandis, necessitatem tamen ueræ philosophiæ alicubi monstrat. Itaque ait. Quid adeo simile Philosophus, & Christianus? Græciæ discipulus, & Cœli? Famae negociator, & Vitæ? Verborum, & factorum operator? Rerum ædificator & destructor? Amicus & inimicus erroris? Veritatis interpolator, & integrator? Furator eius, et custos? Et disertè alibi enunciat, hæreses à Philosophia subornari, hoc est quadantenus ornari, & instrui; Philosophos uero esse hæreticorum Patriarchas, & de eorum ingenij omnes animari hæreses, qui mimice affectent ueritatem, ac de certis in-

Terullianus in Apolog. & de præscrip. ad uer. heres. & libro aduersus Heret. Marcionem, & contra Marcionem.

certa præiudicent ad artis suæ propriam gloriam, quos propterea gloriae solius, & eloquentiæ libidinosos appellat; qui si quid in Scripturis offenderunt digestum, pro instituto curiositatis ad propria uerterunt, cum & de uia obliquos multos, & inextimabiles tramites sciderint. Itaque. Quid (ait) cæco duci inniteris? Et cum uitia (quæ & Laertius proprio libro iustus narrauit) Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, Diogenis, & aliorum enumerat, ut cum Christiana conferrat disciplina, eiectos non immeritò fuisse Philosophos, autumat à Thebanis, Spartiatis, & Argiuis. Quæ, inquam, licet Terullianus zelo Catholice ueritatis dixerit, quodque suo sæculo uideret in primis per Philosophos fieri, ut impietas foueretur, Christianiq; tantò acrius ad compedes, & equuleos raperentur; se ipsum tamen interpretatus est. Nam ostendit, Philosophiam habuisse libertatem ingenij, & Medicinam necessitatem artificij ad extendendos de anima retractatus, ubi late quaruntur incerta; latius disputantur præsumpta, Eadem (inquit) materiæ apud hæreticos, & Philosophos uoluntantur, ijdem retractatus implicantur. Et alio loco: Nos quoque (ait) rhetorici prouocant hæretici, sicut & philosophari.

In Apolog. Libro de Resurrect.

Ceterum Rhetores, Poetæ, Comici, & Satyrici Philosophos momorderunt, quod homines sapientiæ præceptis instructi, leues se præbeant, ineptos, allentatores, mendaces, admittros icelerum. Homines (inquit Pacuius) ignaua opera, Philosophia sententia, vide Antophanem Comicum, Aristidem, & Lucianum, Sophistas;

A Sophistas: & Timonem, qui Syllus composuit; & Iuuenalem Satyra integra aduersus Philosophos. At tamen cum hæc ita sint, in mores tamen, & errores, plusq; in Philosophiam ipsam isti dentes acuebant.

Iustinus autem Philosophus & Martyr, etsi aduersus Aristotelem, Philosophosq; scripsit, quos & fures & impostores nominat, unde & Crescentis Philolphi Cynici opera tandem extinctus est; sæpe tamen eximie de Philosophia locutus, ostendit, quantum inde ad peridos refutandos præsidij acceperit.

Nec quoniam Hieronymus, Philosophum, animal gloriae, & uenale mancipium rumororum uocauerit, & aduersus Philosophos omnes sancta illa libertate indenter scripserit, imiliaque interdum alij dixerint Patres; alio referenda sunt, quam ad id, quod supra attigimus; cum & Philosophiam ipsimet audisimè haulerint, qua factum est, ut eruditione multiplici refererint sua scripta, hæresesq; & inanes Philosophos suo ipsorum gladio iugulauerint; Hexæmeron autem, ac reliquas Diuinæ Scripturæ partes augustissime sint interpretati.

Hieronym. ad Pammachium, de obitu Paulinæ.

EX EORVM, QUAE SUNT, SEV REALIUM ENTIVM, generali consideratione, ac partitione, Philosophia item partitionem existens; quæ expedit, ut principio quadamtenus eis innotescat, qui rectè in Philosophicis studijs informandi sunt. Caput I I.

C AM cum perutilis Philosophia sit, ex obiecto autem natura tota cognitionis sumatur, facile ex hoc perspecto, natura Philosophiæ, atque diuisio constabit, quantum quidem modò satis sit: nam ex methodo Aristotelica planius postea liquebit. Et obiectum quidem id dicimus, circa quod una quæque facultas ueritatur. Cum autem sapientiæ studium, hoc est Philosophia, in id incumbat, ut rerum omnium ueritate cognita, mentem perficiat, sit, vt quidquid sub reale ens (cuius proprie est Veritas) cadit, id ipsius Philosophiæ obiectum sit: pro entis autem partitione, Philosophia quoque diuidatur. Cum autem ens reale dicimus, specularium intelligimus, & actiuum, quæ Græci θεωρητικόν, & πρακτικόν uocarunt. Ad actiuum autem factiuum quoque refertur. Hinc Philosophia duplex, nimirum primò Speculatiua, quæ ita propter se queritur, ut solam intellectus habeat contemplationem, ac præter eam nihil extra intellectum; hæcq; propria Philosophia est: deinde Practica, quam non tantum propter se ipsam, & cognitionem intellectus uolumus, uerum etiam propter aliquid extra intellectum: Hocq; aut sola electio est, & actio uoluntatis, quæ proprio nomine uocatur electio; uel alicuius potentia exterioris operatio, qua artes omnes conituntur, quæ proprio nomine uocantur actiones, quoniam ex materia externa efficiunt opus. Ad eam uerò Ethica, Oeconomica, Politica spectant, quippe quæ circa electiones & actiones uoluntatis occupantur. Sic Philosophia practica & ipsa diuiditur nempe in actiuam, quæ est Moralis, & factiuam, quæ reliquas artes comprehendit, quibus operationes exteriores perficiuntur.

Obiectum quid sit.

Ens reale speculatum, & practicum.

Philosophia practica diuiditur.

Logica est philosophia pars.

Neque uerò Logicam dicimus Philosophiæ partem, sed organum: Quoniam neque hoc genus entis orationis, reale obiectum est Philosophiæ, sed organicum respectu entis rei, quod quidem proprium intellectus, & a deo Philosophiæ obiectum est, vt diximus.

Ceterum vt liqueat hoc initio, quid entium realium nomine intelligatur, sciendum est, Quidquid sub sensum, aut cognitionem cadit, substantiam esse, uel accidens.

Substantia est id, quod est per se, non in alio tamquam in subiecto; in quam recipiuntur quæ ei inhaerent accidentia.

SUBSTANTIA.

Ad substantiam rursus quod attinet, altera increata est, altera creata. Increata dicimus sempiternam, & immortalem, quæ cum extra omnia accidentia sit, mutationis omnis & alterationis est expers. Videlicet unius ipsius Dei, qui omnium creator est, & causa omnis essentia. Creata uero substantia est, quæ in incorpoream, & corpoream diuiditur. Incorporea, qualis est Angeli; uel spiritus, item animæ intelligentis. Corporea diuiditur in simplicem & mixtam: Simplex est, quæ calorum est, & elementotum: Mixta est, aut perfecte ex quattuor elementis, aut imperfecte: Perfecte quidem, uel habet solum esse, uel item cum essentia uitam. Ad primam pertinent lapides, gemmæ, uitrum, cadauera, exciæ & arida ligna, metalla, & alia huiusmodi.

At, quæ præterea uitam habent, ratione perfectionis uitæ distinguuntur: ut alia uiuant uita plantæ, alia etiam sentiant, reliqua intelligant. Imperfecte mixta corporea substantia apparet in impressionibus aeris, quæ conspiciuntur ex imperfecta elementorum quattuor mixtione, uel ignitæ, uel aqueæ, uel aeræ.

Humana igitur mens sudat in harum omnium rerum ueritate eruenda, & ad eò in primis in persuadendis instrumentis, quibus eas rectius, & facilius conuequatur. Ad hæc autem uires eas, & facultates à Deo accipit, de quibus aliquid mox dicemus.

**ACCIDENS** Accidens autem id est, quod potest abesse ab substantia, & huic subiectæ ad se, salua re, cui inhæret. Itaque & accidens uerè & proprie est, quatenus inhæret, nisi cogitatione sola seorsum consideretur, idq; nouè prædicamenti continetur.

**Accidens diuisio.** Omnium autem accidentium, aliud separabile est, aliud inseparabile, aliud commune, aliud proprium. Separabile à subiecto euelli potest facile, ut sedere, ambulare, Inseparabile, ut nigredo in coruo, & æthiope. Commune, quod pluribus & diuersis subiectis, uel substantiis acciderè potest; ueluti calidum, humidum, siccum, frigidum, asperum, leue, bonitas, magnitudo, duratio, &c. uitia, uirtutes, & his similia. Proprium, quod conuertitur cum subiecto, & uni soli generi, uel speciei conuenit sine adiectione termini subiecti; qualis lux in Sole, summè calidum in igne.

Porro Accidens planius monstrat substantiæ dotes, alioquin tere inuisibiles, incomprehensibiles, & indistinguibiles sensibus.

**ORIGO PHILOSOPHIÆ, INSTRUMENTAQUE**  
*noscedarum rerum homini collata à Deo. Caput III.*

**N**ATVRAL E homini desiderium ad sciendum à Deo inditum est, quod omnes sentimus, Philolophique ipsi sepe inculcarunt. Sed & parenti nostro, unà cum sciendi desiderio, rerum species per multas tulle in animo consignatas, ut pro quaque quamq; earum tradita Diuina historia, quam & firmarunt Oraculorum, & miraculorum euentus, ceteraq; illa de quibus dictum est, cum de Diuina ipsa historia egimus.

Iam homini cum frustra inditum fuisset desiderium, ni modus accessisset, quo ueritatem potuisset attingere, Deus ipse initio organa & facultates tum corpori, tum animo iniecit mira, & tanto digna opifice, cuius ad imaginem, & similitudinem conditi sumus sicut initio huius Bibliot hecæ diximus.

Ac quæ (præter obiectum, hoc est, materiam indagandam, & media, quæ concurrunt ad cognitionem, ut lux ad sensum) ad corpus animale extrinsecus attinent, sunt sensus, Auditus, Visus, Olfactus, Gustus, Tactus, quorum organa totidem, aures, oculi, nares, palatum, & lingua, Adiecit Deus interiorum sensum, quo sese colligerent exteriores sensus, nisi aliunde prohiberentur. Videlicet ad interiorum illam seu uim, seu facultatem, quæ dicitur Communis sensus, sensoria, hoc est, quæ uocamus organa sensuum, transeunt ea, quæ sentiunt.

Itaque

**ADAMO**  
species multas fuisse in animo consignatas.

Vide primum libri caput Bibliæ huius selectæ.

**SENSVS**  
COMMVNIS SEN-  
SVS.

**SENSORIA**

**A** Ita que in communi sensu uis animalis incipit operari. Addita est phantasia, in qua imagines excitantur eorum, quæ sensu comprehendimus. Hinc uero intellectualium rerum intellectualis formatur conceptio, cum res incorporeæ non habeant corporum dimensiones, quibus simulacra perficiuntur. Phantasiam sequitur æstimatio, quæq; iudicium inferius dicitur: Hoc enim comprehensiones illæ, quas diximus, iudicantur, quales sunt simpliciter, nempe citra discursum, uel ratiocinationem, distinctione tantum facta reali, quem ad gradum tantummodo præstantia cognitionis brutorum ascendit. Ad æstimationem accessit in homine cogitatio, quam Græci *διανοία*, aliqui superius uocauerunt iudicium: hoc enim perceptæ imagines ad examen, iudiciumque reuocantur discursus, atque ita pro simulacrorum uarietate, & quasi ex summaria rerum collatione opiniones uariæ oriuntur. Post cogitationem est ratio, seu consultatio seria, qua plura ad deliberandum de una re hinc illinc colliguntur. Rationem sequitur intellectus, dum uera determinatio fit post ratiocinationem: idcirco in eo quies cogitationis mentis, scientiaq; indubitata. Hi igitur modi sunt, quibus res obiectæ sensibus, ac menti iunguntur. Neq; uero hic nunc agimus de cognitione Diuinitus tradita, quæ ue non egerit aut ratiocinio, aut arte ad certitudinis probationem, sed fidē aut reuelatione: uerum de rationali, in qua etiam organa sensuum usque ad æstimationem teruiunt, anima tamen hominis sola in reliquis negotiatur, disquirat, & statuit.

PHANTASIA.

ÆSTIMATIO.

COGITATIO.

RATIO.

INTELLECTVS.

*CVR NON EANDEM METHODO OMNES adhibuerint ueritati perquirende, cum eadem omnibus insita sint facultates. Uero accidisse ex originali peccati ignorantia, et remedio: deinde ex ipsius naturalis luminis peruerso usus, præterea ex peccatis alijs, quibus mentis actus retinebantur, deniq; ex aliquorum haud piorum Philosophorum ductu, quos pleriq; sibi tanquam certos Antesignanos delegerunt.*

Caput IIII.

**H** humanum quidem genus facultatibus hisce à Deo collatis in sapientia studio usum rectissime fuisset, nisi aciem mentis retudisset labes illa peccati, quæ à primis contracta parentibus, nostram hanc uniuersam mallam iniecit: quæ alius postea scelerum maculis cumulatâ, cæcitatem auxit; ut in lumini momenti rebus, qui emerre uisi sunt, hi quoque grauisimè sint lapsi. Alij uero diligentius in eruenda ueritate connixi, etsi originale hoc damnum ignorantes, inde non petiuerunt antidotum, à quo uno tamquam à uerissima luce, & Dei sapientia uenenum illud damni erat tollendum: cum tamen uaria instrumenta naturalis ingenii lumine ad uerum indagandum adhibuissent, factum est, ut methodum sibi penè quisque sterneret, qua tamquam breuiore compendio se eò peruenturum speraret. Sed & uaria, neq; constans hæc fuit, cum ne ipso quidem naturæ ductu, aut indito unicuique lumine rectè uterentur. Verissimum nempe est, quod cordatus uir scriptum reliquit, ad uerum consequendum sic semina meti nostræ naturaliter indita fuisse, quemadmodum oculo uis ad colorem aspiciendum, huc alius sensibus ad propria obiecta dignoscenda. Verorum autem sunt nobis naturaliter ingentæ informationes, atque anticipationes, non fallorum; & uerum est omnibus ad cognoscendum expositum, non fallum, nempe a uero & uerorum opifice. Quapropter quæ uera assequimur, ad ea, naturæ face deducimur: quæ non assequimur, in iis naturæ destituimur lumine: quæ porro falsa pro ueris colligimus ratione aliqua probabili, in ijs fallimur densitate tenebrarum, aut fallaci aliqua luce simili ueræ; unde etiam uerissimilia nominantur. Falsa ergo & Philosophorum, & Aristotelis ipsius opiniones aliqua non ad lucem sunt naturæ sumptæ, quæ neminem

IO. VIUERS.



nem decipit, sed ad tenebras, & imaginem aliquam lucis captiosam: quemadmodum quæ oculis uerè cernit, ex naturæ luce cernit: quæ uero ficta, & simulata pro solidis, & ueris cernit, ea ex fraude & deceptione quadam cernit, quæ fit quidem in naturæ luce, non tamen ex ea ipsa luce, sed ex rebus interiectis luci. Sic cum remum integrum uideo mihi intueri in aqua fractum, ea visio non ex luce naturæ, sed ex deceptione oculi, propter medium geminum, quod est contra lucem naturæ; eamque deceptionem corrigat animus. Sic cum Aristoteles argumento aliquo fallitur, non eum decipit naturalis splendor, sed imbecillitas ingenij, quæ ex plagis argumenti explicare se in præsens non ualet. Extricabitur, ubi propius erit admota lux, maiore studio, attentione, die ipsa, monitu cuiusquam, aut doctrina, uel ipsa ad eam regula fidei. Non ergo lucis naturæ copia, quemquam fallit, sed inopia.

Cum uero humanis mentibus, quibus imaginem suam Deus imprescit, quatenus in gratiæ communicatione sita est, subtractum sit antea, & uero identidem subtrahatur plurimum lucis, quotiescunque in fordes peccatorum (quanto magis in hæreses, & in perfidiam) sese immergunt, uix ut denique Atheismum plures euadant; deinceps autem, ut ista non essent, humanæ tamen acies mentis hebes sit ipsa per se, ut ad lumen tanti Solis, quantus est ueritas, caliget; ingeniaque nostra angusta sint, atque inhumana iudicia, & fallaces sensus, præsertim si cælesti lumine destituta, altius tentent obtutum attollere, quam par est: propterea sæpè fallimur, facultatibusque à Deo collatis abutimur. Quare maxime expediret, ut qui ueram Philosophiam docturus esset, is Theologiam primò didicisset, ex qua tamquam ex petra, illud excuteret lumen, quod Deo non mentiente, ac reuelante nixum, omnem excludit dubitationem. Quam facem qui sibi non prætulere, uel si qui prætulerunt ad tempus, mox tamen proprium secuti sunt sensu, in densissimas tenebras impegunt, ex quibus eluctari nullatenus potuerunt. Optime uidelicet ponebant: at quæ assumentibus pessime, pessime quoque colligebant. Quare cum pugnantia, & aduersata ex nutantibus principijs plurima exclusissent, potius quam conclusissent, facta illa ueritatis ignoratio πολλο γὰρ ἡ ἀλήθεια, πολλοὶ γὰρ ἡ ἀλήθεια, ἐπεὶ οὐκ ἴδαντες αὐτὴν οὐκ ἔγνωσαν (quemadmodum dixit Eusebius) inuoluit Mundum, quæ non ueritatis partem, sed erroris abortum, ac monstra peruersissima edidit.

Porro, cum antequam CHRISTVS apud nos cælestem suam scholam aperiret, tantum non extinctæ essent communes illæ notiones, ex quibus ipsæ etiam gentes, quæ scriptam Moylis legem non acceperunt, ipsi liberantur lex, factumque esset, ut ipse tandem expectatus omnibus generibus appareret, qui Ostium, Via, Veritas, Vita, Mundi ignorantem excuteret, conscientiam pristinam restitueret libertatem, Academijs liquidissimam ueritatem, & sapientiam commonstraret, totque excitaret agmina uerorum sapientum, qui sicut arena maris, efficerent, ut uel pueruli, qui etiamnum balbutiunt, efferrent maxima illa mysteria, quorum quæ uidentur esse minima, ne ij quidem, qui Diuini habiti sunt Philosophi audire uel percipere potuerunt; propterea non minimum, sed totum in eo situm est, ut philolophantium animi interiore aliqua Christianæ Philosophiæ notitia, & amore in ipso aditu imbuantur, quam saltem licet summatim solidè tamen concipiant.

EX HIS, QUÆ DICTA SUNT, MULTO ATEM magis ex ijs, quæ dicentur, liquido cerni posse, necessariam esse homini cognitionem aliquam à Deo reuelatam, præter lumen naturale, quo rerum ueritatem per Philosophiæ studium ueniamus. Caput V.



constabit adhuc liquidius, unde errores contra ueram Philosophiam enati sunt, si reuelatæ alicuius à Deo cognitionis necessitatem planius ostenderimus. Et sapientes quidem eandem necessitatem monstrant ex hominis fine, & medijs, quæ ad hunc ferunt, sine quibus non solum manca felicitas est, sed mutila quoque ea rerum notitia, quæ totum hominem maxime pericit. Ea causa fuit, cur humani Philosophi uix de alterius uitæ fine, deque bono increato, ac supernaturali loquuti sunt: nihil uero de ratione eius consequendi: Nil, quo pacto separata anima iterum cum suo corpore iungenda sit, ut uersus homo beetur: Nil item, cuiam corpori adiungenda sit, mortali ne, an immortalis. Minimè uero omnium, ubinam futurus sit homo, quam uel affecutus felicitatem: si enim in hoc Mundo; ecquæ felicitas erit, ubi tot inter se pugnant, & obstant impedimenta? si supra cælum; quo pacto illuc peruadet, aut illic permanebit?

Cum autem per humanas actiones liberas ex cognitione, consilio, & electione protectas, homini ad ipsum finem tendendum sit, sane finis ipse notandus est, qui cum sit supernaturalis, nequit nisi reuelatione cognosci. A seculo inquit Elatas non audierunt, neque auribus perceperunt; Oculis non uidit, DEVS absque te, quæ præparasti expectantibus te. Videlicet neque solus naturæ impetus, ac lumen, neque actiones, quatenus sunt merè naturales, ad id, quod supra naturam est, euehant hominem. Præstitit hoc nobis ille lucem alteram per fidem, gratiamque substantiæ animæ nostræ infudit, qua cum eo ad uerissimam Felicitatem peruenire possemus.

Præclare Ioannes Pico Mirandulanus hac de re locutus, fecit, ut eius uerba philolophantium inscribenda hoc loco poneremus. Ille autem sic inquit: Felicitatem sic definio, Rediitum uniuersumque rei ad suum principium: felicitas enim est summum bonum; summum bonum id est, quod omnia appetunt: quod autem omnia appetunt, id ipsum est, quod omnium est principium: ut Alexander Aphroditus in Cómmentarijs Philosophiæ, & alij Græci Interpretes in Aristotelis Ethicis attestantur. Idem igitur finis omnium, quod omnium principium DEVS vnus, omnipotens, & benedictus, optimus omnium, quæ aut esse, aut cogitari possunt. Hinc duæ illi præcipue appellationes apud Pythagoricos, Vnum scilicet, & Bonum. Vnum enim cognominatur, quia omnium est principium; quemadmodum unitas principium est totius numeri: Bonum autem, quia omnium finis, omnium quies, & absoluta felicitas est. Videre iam possumus, si finis paulò solertiores, rationem duplicis felicitatis. Felicitas enim possessio, atque adeptio est huius supremi boni. Bonum hoc adipisci dupliciter possunt: res creatæ, Aut in seipsis, Aut in ipso. Nam & in seipso hoc bonum est super omnia exaltatum, suæ inhabitans Diuinitatis abyssos, & per omnia diffusum in omnibus inuenitur: hic quidem perfectius, illic imperfectius pro rerum conditione, à quibus participatur. Unde (ut scribunt Poetæ) Iupiter est quodcumque uides, & Iouis omnia plena sunt. Vnaquæque igitur natura, cum in se Deum habeat aliquo modo; quia tantum Dei habet, quantum habet bonitatis (bona autem omnia, quæ DEVS fecit) reliquum, ut cum perfectum omnibus numeris suam habeat naturam, se adeptæ, Deum quoque in se adipiscatur: & si Dei adeptio, ut comprobauimus, & felicitas, in se ipsa alieno modo infelix, hæc

Ioannes Pico Mirandulanus in Proemio libri septimi Neprali.



hæc est naturalis felicitas, quam & maiorem, & minorem diuersa res pro naturarum diuersitate sortitæ sunt. Ignis res est anima carens, participat autem Deum multis rationibus. Nam primò est; & unumquodque quod est, participatum Dei est, qui est ipsum esse. Item quæ ignis species certa; & actus est, Deo est similis, qui prima species, primus est actus: & dum ignis ignem producit, Diuinam fecunditatem; dum se intra terminos suæ continet sphaeræ, iustitiam; dum nobis deseruit, beneficentiam pro suæ naturæ modulo imitatur. Hæc ignis dum agit, suam adeptus perfectionem, felix est; quantum capax ipsè felicitatis. Feliciores plantæ, quæ præterea uitam: feliciores animalia, quæ etiam cognitionem sortita, ut plus perfectionis, ita plus etiam in seipsis Diuinitatis inueniunt. Optima omnium mortalium conditione homo, qui sicut natura, ita naturali felicitate alijs præstat; præditus intelligentia & libertate arbitrij, præcipuis dotibus, & ad felicitatem maxime conducentibus. Suprema inter creaturas Angelica mens, & substantiæ nobilitate, finis consecutione, cuius maxime particeps, quia illi & iuncta & proxima est. At uerò, ut supra diximus, per hanc felicitatem nec plantæ, nec bruta, nec homo, nec Angelus Deum, qui est summum bonum, in ipso Deo, sed in se ipsis attingunt. Quapropter & pro naturarum capacitate, gradatim felicitatis ratio uariatur. Quare solum de hac locuti Philosophi, felicitatem uniuersiuusque rei in optima operatione suæ naturæ collocauerunt. & de Angelis quidem, quos uocant mentes, & intellectus, etiam si summam illorum perfectionem hanc faterentur, quòd Deum intelligerent, cognitionem tamen Dei, quam habent, haud aliam statuerunt præter eam, qua se ipsos cognoscunt, ut de Deo tantum intelligant, quantum de Dei natura in eorum substantia repræsentatur. De homine autem, quæ diuersi diuersa senserint, omnes tamen intra humanæ facultatis angustias se tenuerunt, uel in ipsa tantum ueri uestigatone, quod Academici, uel in adeptione potius per studia Philosphiæ (quod Alphanabius dixit) felicitatem hominis determinantes. Dare aliquid plus uisi sunt Auerrois, Auicenna, Abubacher, Alexander, & Platonici, nostram rationem intellectu, qui actu est, aut aliquo superiore nobis tamen cognato, quasi in suo sine firmantes: sed neque hi hominem ad suum principium, neque ad summum bonum adducunt. Quas ego eorum disputationes, atque sententias, nec reprobo, nec aspernor, si de naturali tantum felicitate dicere profiteantur. Certum est enim per eam non posse hominem, aut Angelos altius euehi, quam ipsi dicant. Quod uel hac ratione maxime comprobatur; quoniã si nixum propria fortitudine, nihil supra se ipsum posse assurgere (alioquin se ipso esset ualidius) utique nihil nitens per se ipsum, ad felicitatem maius aliquid, uel perfectius sua natura assequi poterit. Sed dicant mihi Philosophi, si hæc in rebus sola felicitas, cur uel ipsi faterentur inter animalia solum hominem natum ad felicitatem? Cur enim alia præter hominem, ad suos quoque fines perueniant; possumus dicere, esse aliorum, quam hominis, minorem felicitatem: at nullam esse, quo pacto defendemus? Quinimò cum à sine à natura statuto, reliqua infra hominem nunquam, homo ferè semper exorbitet, uidebitur, nisi alio se priuilegio iactet, infelicissima omnium humana conditio. Audiamus igitur sacros Theologos, dignitatis nostræ nos admonentes; & quæ ultro nobis à Patre liberalissimo bona præstantur, ne quæso ipsi crudeles in nostros animos, & male grati erga Deum opificem, rejiciamus. Diximus supra, summam felicitatem in Dei esse adeptione, quod est summum bonum & principium omnium. Dupliciter autem illam posse contingere: quoniam uel in creaturis, quibus se Deus participat, uel in ipso Deo, Deum assequimur. Ostendimus item, quod & ostendemus, res creatas non posse uiribus suis ad hanc postremam, sed ad illam dumtaxat accedere. Est autem illa, si animaduertimus, umbra potius felicitatis, quam uera felicitas, quemadmodum creaturâ, in quo Deum attingere, non summa bonitas, sed summæ bonitatis, id est Diuinæ, tenuis umbra est. Ad de, quòd res per illam scriptis potius, quam Deo;

A Deo restituntur, nõ id affecuta, ut ad suum principium redeant, sed hoc tantummodo, ne à seipsis discedant. Vera autem & consummata felicitas, ad Dei faciè contuendam, qui est omne bonum, ut ipse dixit, & ad perfectum cum eo principio, a quo emanauimus, unionem nos reuehit & adducit. Ad hanc Angeli attollunt quidem possunt, sed non possunt ascendere. Quare peccauit Lucifer, dicens, Ascendam in Cælum. Ad hanc ire homo non potest, trahi potest: unde Christus de se, qui est ipsa felicitas, dixit, Nemo uenit ad me, nisi Pater meus traxerit illum: Bruta autem, & quæ sunt infra hominem, nec ire, nec trahi ad illam possunt. Ideo; solus homo & Angelus ad eam sunt facti felicitatem, quæ est uera felicitas. Potest uapor ascendere in altum, sed non nisi attractus radio Solis; lapis & corpulenta omnis substantia, neque radium usquequaque admittere, neque per illum tolli in sublime potest. Hunc radium, hanc uim Diuinam, hunc influxum, Gratiâ appellamus: quia Deo & hominem & Angelum gratos efficiat. Habent autem Philosophi huius doctrinæ manifestum exemplum in corporibus: Corporum enim aliqua in rectum, aliqua in orbem feruntur, Motus rectus, quo elementa ad proprias sedes feruntur, figurat felicitatem, per quam in propria natura perfectione res stabiliuntur. Motio circularis, per quam corpus ad eundem, unde abscedit, terminum circumuoluitur, expressissima imago est felicitatis, per quam creatura ad idem principium tendit, a quo processerat. Sed uide, quam omnia utrinque conueniunt. In orbem non mouentur, nisi immortalia, & incorrupta corpora. Ad Deum redit, immortalis, & æterna substantia. Elementa, ut suos motus perficiant, non alia indigent uim, quam indito sibi à genitura, uel grauitatis impetu, uel leuitatis; quem admodum etiam ad naturalem felicitatem singula proprio impetu, propria uim sufficiunt ad hunc motum explendum; sed Diuino opus est motore, qui illa uertet, & circumuoluat. Denique ut perpetuè apta circuitu illa corpora sint, ut non facere eam, sed suscipere possint. Haud aliter nobis, atque Angelis accidit. tales enim sumus natura, ut non circumagere nos & reflectere, sed circumagi motrice uim gratiæ, & reflecti in Deum possimus. Hinc illud: Qui aguntur spiritu Dei, hi filii Dei sunt. Qui aguntur, dixit, non autem, qui agunt. Hoc distamus à Cælo, quòd illud, naturæ necessitate, nos pro nostra libertate mouemur. Pulsat enim animum tuum spiritus motor. Si non audias, tibi relinquere, tuo corpori, tuæ infirmitati miser, & infelix, Si admittas, statim Deo plenus, per orbem Religionis, ad Patrem, ad Dominum reportaris, in eo semper uitam possessurus, in quo & semper etiam antequam fieres, uita fuisti. Hæc est uera felicitas, ut vnus cum Deo spiritus simus; ut Deum possideamus; cognoscentes, sicut & cogniti sumus. Ille enim nos, non per nos, sed per seipsum cognouit: ita & nos cognosceremus illum per ipsum, & non per nos. Hæc est tota merces: hæc est uita æterna: hæc est sapientia, quam sapientes sæculi non cognouerunt; ut ab omni multitudinis imperfectione redigamur in unitatem, per copulam indissolubilem, cum eo, qui est ipsum unum. Pro hac felicitate Christus orabat ad Patrem, hoc modo. Pater, fac, quemadmodum Ego & Tu unum sumus, ita & hi nobiscum unum sint. Hanc Paulus sperabat dicens: Cognoscam non ex parte, sed sicuti est. Et si sperabat, nonne iure dicebat: Quis me separabit à charitate Christi? & cupiebat dissolui, ut cum Christo fieret unum. Ab hac cecidit Dæmon: quoniam ad illam ascendere, non rari uoluit: ideoque illud amisit, quod habuisset, si permanisset. Ex hac radice norum, quæ fors infantium, qui decessere non dum baptizati: scilicet apud se manent, nec suis bonis exuti, nec Diuinis locupletati. Nobis in alterutram partem cadendum tandem, aut in summam miseriam, aut in summam felicitatem. Quoniam qui in causa est, ne motorem recipiat, non solum immunem se facit gratiæ, sed & naturam uitiat, ad cuius integritatem hoc attinet, ut agnatum

Spiritum quærat, non recuset: & proculdubio recta natura esse non potest, quæ maioris boni propositi specie, aut rejicit, aut contemnit. Quare postquam Christus est agnitus, si qui Christum non induuntur, non solum prima felicitate, sed & secunda, id est naturali, iure priuantur: quia gratiam nolle recipere non nisi corrupta est, labefactaque natura. Quemadmodum autem nos iuvenes sub Euangelio, ideo Christum Dei uirtutem & sapientiam in nobis recipimus; quia uti iam datum humano generi amamus, & retinemus: ita & Patres sub lege vetere illum recipiebant, cum futurum aduentum & credebant indubiè, & sperabant alacriter, & ardentè desiderabant: Sed sicut non ut præsentem iam, sed ut futurum recipiebant, ita neque præsentem, quasi iam spiritus inhabitantis, nisi postquam aduenit fructum experti sunt, cum post peractum in ara Crucis ineffabile sacrificium, descendente ad nos Christo, ab eo, uti motore, circumacti, momento turbinis, ad libertatem, & euecti ad summæ felicitatis gradum fuerunt. Ad hanc felicitatem religio nos promouet, dirigit, & impellit; quemadmodum ad naturalem, duce utimur Philolophia. Quod si natura rudimentum est gratiæ, utique & Philolophia inchoatio est religionis; neque est Philolophia, quæ a religione hominem semouet.

### ALIIS ADHVC RATIONIBVS EVINCI

*cognitionis alicuius à Deo reuelatæ necessitatem: unde & aliquorum argumenta diluuntur.*

#### Caput V.

**H**æc quidem admirabilis ingenij uir Picus, antequam plures eandem à Deo reuelatæ notitiæ necessitatem, viriumque super humanum captum additam a Christo roborationem, alijs rationibus euegerunt: quas quoniam uir è nostris Philolophus & Theologus ex eisdem accuratè pertexuit, operæ pretium maximum est, eas huc adijcere. Prorsus enim indubitatum est, si ij, qui Philolophiam docebunt, fuerint hac uerissimæ Philolophiæ parte imbuti, futurum, ut Auditores ad summam Dei gloriam, Reipublicæque utilitatem informet: sin minus, tot efficiant hydras, quot hæctenus summo Ecclesiæ damno extiterunt. Is igitur sic. Sane uoluntatem constat non esse magis potentem, quam sit intellectus, eamque non posse totam uelle efficaciter talem finem, sed egere auxilio supernaturali, licet finis est supernaturalis. In quam sententiã extant aduersus Pelagium, & apud Augustinum Epistolæ 90. 91. 92. 93. Eget igitur intellectus quoque aliqua supernaturali cognitione à Deo reuelata: si quidem non minus respectu illius, quam respectu uoluntatis, finis ille est supernaturalis. Illud etiam coguntur fateri, cognitionem finis, qua homo actiones suas dirigens, tendit in ipsum, habere esse certum, statum, & omnibus hominibus communem. Ut enim finem toti speciei propositum oportet esse ab omnibus eius indiuiduis participabilem, ita cognitionem illius necesse est inesse omnibus, & ideo esse certam, & statam, ut sit omnibus communis; alioquin à finis consecutione aberrarent homines sapiensimè. Cognitionis omnis philolophica, & naturali studio parta, de Deo præsertim, non est certa, nec communis, sed & per paucorum hominum, & erroribus plurimis contaminata: Imò eam illi pauci non nisi plurimo tempore sibi comparant. Ita fieret, ut paucissimorum esset felicitas, nec homines rudes, & ad scientias minus idonei, quive citius ex hac uita migrarent, possent ad eam peruenire. Conficitur ergo, opus esse reuelatæ finis cognitione, quæ & erit certa, & ea quilibet

quilibet homo à Deo instructus, poterit facile finem obtinere, si uelit. Præterea naturali ratione fati colligitur, Deum esse ens infinitum, illimitatum, independens, acti puri: Cum enim sit primū ens, nō ab alio productum, necesse est, ut sit ens per essentiam, & ideo illimitatum, & infinitum perfectione, ac proinde etiam potentia agendi: nam potentia uel est ipsa essentia, uel consequitur essentiam. Si ergo hæc est natura Dei, deducitur necessariò, plurima esse in Deo, quæ naturæ lumine assequi non possimus. Intellectus namque, qui comprehendit omnia, quæ sunt in aliqua re, comprehendit etiam illius essentiam: humanus uero intellectus, quia est creatus, & ideo limitatus & finitus, illimitatam Dei essentiam, & infinitas eius perfectiones quomodo comprehendet? Præsertim quod non potest Deum cognoscere, nisi ex rebus ab eò effectis: qui est communis modus ueniendi in cognitionem causarum nobis ignotarum. Atqui nullus est effectus, nec potest esse, qui Diuinam perfectionem, & uirtutem adæquet: quoniam nihil factum est à Deo, nec fieri potest, quod uel infinitas eius perfectiones contineat (esset enim Deus) uel sit ita perfectum, ut aliud perfectius fieri nequeat: si ergo in nullo effectu potest esse omnis perfectio Diuina, aut fieri non potest, quidquid Deus potest facere, ex nullo omnino effectu cognosci possunt ea omnia, quæ sunt in Deo; uel in plurimis est opus reuelatione.

Denique intellectum nō negabunt, eò plura cognoscere, quod est perfectior; Angelicumque intellectum humano esse perfectiorem; Diuinum autem Angelico esse superiorem, nullo negotio probatur, si qui fortè ex ipsis negauerint. Sed quia fatentur omnes esse humano saltem perfectiorem, dabunt etiam, eū plura cognoscere, quæ nos possimus naturali lumine assequi. Si uero non cognoscit, nisi intuendo seipsum: multa igitur sunt in eius essentia, quæ à nobis cognosci nequeunt, & ab eo possunt nobis ostendi, quæ qui non credat, eò quod ipsa non assequatur, non minus insaniat, quæ desperet quispiam idiota, qui falsa diceret ea, quæ à sapientissimis Philolophis proponuntur, propterea quod ea ipse non percipiat. His potissimum rationibus probamus Philolophis scientiam hanc reuelatam.

### PRAENOSCENDOS ESSE MOYSIS LIBROS DE MVN

*di principijs, deque reliquis; cum eius omnium scripta sint certissima, & à Deo reuelata, è quibus ad eos, qui habiti sunt Philolophi præstantiores, optima quoque manasse; in quibus autem ab eo dissenserint, miris se, & posteros laqueis intricasse. Caput VII.*

**Q**VI ergo micã falis in pectore habuerit, si Diuina manu, ex qua mentè accepimus, duci recta per ampla naturæ spatia uoluerit, Moysen primò sciat ordinatè, ac uerè prompsisse, quæ à Deo acceperat de ortu Mundi, de Deo Auctore, de principijs Mundanarum reru, de Chao, & abyfso, de tenebris, de aquis, de arida, de herbis, de plantis, de Sole, Luna, syderibus, de animalibus, de homine, & anima intelligente, de Angelis, de diluuiò; de Gigantibus, de turri Babelis, de linguarum diuisione ac dispersione gentium, deq; ceteris, quæ postea Diuinus prece, Deo afflante, reliquit Mundo ad certam ueritatis semitam tutò terendam. Et Patres cum omni antiquitate euegerunt, non Diuinæ solum, & Ecclesiasticæ, uerum etiam humanæ, ac naturalis seu historiæ, siue Philolophiæ Moysen fuisse primum scriptorem, ex quo reliqui hauserint quæ sublimiora & meliora in suos libros inferuerunt, uel adeo ueteres illi, quos Aristoteles Theologos uocat, uel qui successere Philolophi, qui sanè quātò magis à Moysis principijs recesserūt, tātò turpius in auiâ progressi, semper (ut inquit Apostolus) discētes, nunquā ad ueritatis sciētiam peruenērūt. Porro qua in scribēdo Moyses usus est Methodo, ea maximè idonea fuit hominū captui: Quam mirati priſci illi, Græci, & Latini, Hebræi item vno penè consensu omnes



omnes tantū Scriptorem Ideā fuisse rectē scribendi de natura, monstrarunt Philo, Origenes, Basilius, Theodoretus, Apollinarius, Didymus, Diodorus, Seuerus, Eusebius, Iosephus, Chrysoftomus, Gēnadius, Procopius Gazæus, Ambrosius, Augustinus, Strabus, Beda, Remigius, Thomas, Albertus, Aegidius, præter recentiores, quorū nomina posuimus, vbi de Genesi loquentes, Catalogū bonorum in eā Inter præterum adiecimus. Ac sanè illud dignissimū est, q̄ numq̄ ille defleat obtutū, aut calamū à Deo, si quid creatur, si quid producitur, si quid ornatur, si quid perficitur, si quid plectitur, si quid præmio afficitur, si quid futurarum prædicetur rerum, si quid impletur, si quid deniq; vel legū, vel religionis, uel prætorum, vel victoriarum statuitur; Nempe id omne ad Deum refert, memor non naturæ, non casui, nō syderibus, non partibus integrantibus hoc quod cernimus totum, verum ipsi in primis Opifici, Architecto, Patri luminum, Causæq; effectrici, intento animo esse tribuendum, mox ordinatè ad alia descendendum.

lib. de Præparatione Evangel.

Præter id autē, quod Eusebius Cæsariensis, & alij hac de Diuinæ Philosophiæ Methodo vtilissime scripserunt, extant Augustini Steuchi Eugubini De Philosophiæ libri decem, veræ indices Philosophiæ, ac pietatis. Eos si quis percurret, anteq̄ Philosophicos Gentilium libros tractet, habebit vnde mentem pascat eruditione, sensaq; sapientum pene omnium, qui olim celebriores fuerint, hauriat, vt deinceps firmiores progressus sistat in Philosophiæ studijs. Libros autem Eugubini, si præ magnitudine non ita omnes perlegerit, certè capita cuiusq; præfixa operi, obsecro, legat, vt suo quæq; loco cum Aristotelis Philosophicos libros. euoluerit, sciat quæ cum quibus conferenda sint, ac non tam illius, quàm reliquorū ethnicorum Philosophorum lapsus antiquissima veritatis censura, & luce corrigere. Sed & idē Eugubinus librū scripsit de Cosmopœia, in quo præter pauca, in quibus dissentit ab alijs (quæ quidem Pererius noster suis in Genesim Commētarijs, et Xystus Senēsis ante illū doctè notauit) interdū appositè ostendit, quæ iaciēda sint in humanæ Philosophiæ studio fundamenta ex diuinis à Mose relicta monumentis.

PRÆTER ILLA, QUAE A DEO PER REVELATAM  
notitiam percipiuntur, plura quoque esse, quæ non nisi consummato  
hoc sæculo, plenè intelligentur. Caput IX.

**D**E Diuina uerò historia præter illa, quæ secundo libro huius operis persecuti sumus, scripsit Cornelius Mussus, in qua præter alia, quæ viduum, ac pium viri ingenium sapiunt, illud est, quod ad ea pertinet, quæ non nisi consummato hoc sæculo plenè intelligentur. Sic autem ille inquit. Ab illa prima conditi Orbis hebdomada, Deo usq; nunc operante per Verbum suum, est cuiq; creaturæ proprius numerus, hoc est gradus, quo extat, tamquam res una. Est propria mensura, hoc est certa forma, uel species, qua distinguitur à ceteris, constituta inter ceteras, tamquam determinatum, signatumque membrum huius ingentis corporis, quod est Mundus. Est & proprium pondus, hoc est particularis ordo, quo iusta ratione refertur ad ipsum Deum, Principem totius vniuersitatis, & ordinis; vnde accipit omne, quod est, vt in seipso sit vnum, & ab alijs discernatur, & vt ipsi Vniuerso, atque etiam partibus eius incredibili admiratione congruat. Quam mirè latent hæc omnia in visceribus rerum? Quam ignota sunt mortalibus, donec ueniet dies illa, qua idem ipse Deus, qui ab initio conclusit, in fine sæculi clauibus iudicij, & misericordix, huius tanti labyrinthi fores aperiet, & claustrā referabit. Tunc enim penetrabimus arcana rerum, mirabilia Mundi, administrationem Angelorum & Dei. Tunc computabimus cuiusq; naturæ numeros, mensuras, & pondera: vires, inquam, formas, rationesq; & virium, formarū: vt & tādē reuelata facie, & apertis omnibus vniuersæ naturæ secretis, erubescere cogatur, ò insanæ gentes, occulta illa uestra quæ pollicitis tantū diues, tantopere sese efferre solet magna & inanis Philosophia.

Cornel. Mussus de Diuina historia, lib. 2 cap. 3.

Hæc

**A** Hæc ò uiri docti, quæ à nobis dicta sunt, profecto nemo negare potest, nisi qui à Regno ueræ sapientiæ sit penitus extorris. Quum ergo res ita habeat, nonne pudet dicere Deum ipsum, omnium moderatorem & finitorem, qui omnia signat, numerat, ponderat, metitur; ipsum inquam Deum esse cū ceteris rebus, sub signo, & claustris esse cohibitum, clausum, circumscriptum? esse finitum, terminatum, redactum in ordinem? O quàm magis necesse est, vt ipse talis, & tantus Deus, totius Mundi currus, & auriga, currus inquam ad sustentandum, auriga aut ad dirigendū, vel omnino sit extra & ultra omnes carceres, uel si ipse quoq; inclusus est septis, postquā ipse seipsum in has finium & terminorum angustias deducere non potuit, aliunde ea ipsa vincula, eas ipsas sepes acceperit. Planè verò non est verus Deus, si alius est quipiam, qui eum tanta indignitate in carcerem coniecerit, qui ei terminum assignauerit, qui ei fines præscripserit; abs quo inquam, id ipsum, quod est, quod potest, quod agit, redactū sit in ordinē; hoc est inter parū, & nimium ad certam quandam regulam, & mensuram, numerūq; & pondus. Est igitur, est inquam interminatus, & simpliciter infinitus, Deus uerus, numerus quidem (ut almus ille Pater dixit) sed sine numero. Nimirū ipsum unum, omnium numerorū vnum, omnium numerorū virtus. Mensura similiter, sed sine mensura; hoc est simplicissimū punctum, centrum, & radix uniuersæ magnitudinis. Deniq; & pondus sine pondere: nempe spiritus, apex mentis, vnde omnia, pondera corporū, spirituum, rerum, uerborum, cogitationū. Certè uerò numerat innumerabilia Deus, cuius sapientiæ non est numerus; qui numerat multitudinē stellarum, & omnibus eis nomina uocat. An uerò non metitur calos, & terras? ipse cælo excelsior, lōgiōr terra, latior maris, & Inferno profundior? Porro constat, q̄ librāt montes, q̄ & littera & mysterio dat pōdus mentis, & q̄ tribus digitis appendit molem a quarū, atq; adeo omnem creaturam: ipse aliōquin aurā sibilo tenuior, sub quo tamen curruatur qui portat orbem. Hæc est ratio bonitatis, & perfectionis creaturarum, ò uiri, vt in suo genere singula: ideo perfectæ sint, quia omnes de ipsa. Creatoris bonitate & perfectione vna quæque pro rata participant. Pro rata, inquam; quia siue numeres, siue appēdas, siue metiaris, hoc est, si exquisitissimè secundum omnes mathematicas, & in iudicando æquissimas rationes perscruteris, constabit semper ab ipso Deo unicuique rei datum esse, vt sit: hæc quidē magis, illa minùs moderata, speciosa, ordinata: moderata in seipsa; speciosa inter alias; ordinata porrò ad ipsū Deum. At uerò perfectio Diuinæ naturæ, alterius est rationis, quippe quæ omnes & Arithmeticas, & Geometricas rationes, atq; proportionēs supra quàm dici, aut cogitari possit, exuperat; non quanta, neq; quota; nō inuēta, neq; disposita; sibi soli æquata. Nam si numeres, ubi de Deo sermo est; omnes numeri, in nullo sunt numero. Si metiaris, in Deo illud quàm maxime locū habet, suo se pede metitur: Si appēdis, ne iudicio quidē mentis, uel animi sciri potest, q̄ graue sit ipsius Dei pōdus.

CVM PLERIQVE DE RATIONE STUDIORVM, DE QUÆ  
ordine, ac uia Doctrinæ in Philosophia egerint, quorum præcepta diligenter in  
rem conferenda sunt, priore tamen loco esse habenda, tū, quæ sacrosanctæ  
Synodi hæc de re statuerunt, tum quæ uiri nonnulli doctrina, et  
sanctitate excellentes tradiderunt. Caput X.

**C**VM uerū (inquit Synodus Lateranēsis) uero minimè cōtradicat, oēm assertionē ueritati illuminatę fidei cōtrariā oīno falsā esse definimus, & vt aliter dogmatizare nō liceat, districtiùs in hibemus; omnibusq; huiusmodi erroris assertionibus inhæretes, uelut damnatissimas hæreses feminantes, per omnia ut detestabiles, & abominabiles hæreticos, & infideles, Catholicam fidem labefactantes, uitandos, & puniēdos fore, decernimus. Insuper omnibus & singulis Philosophis, in Vniuersitatibus studiorū generalium, & alibi publicè legentibus, districtè præcipiendo mādamus, ut cū Philosophorum

Concilium Lateranen.

g 2



lofophorum principia; aut conclusiones, in quibus à recta fide deuiare nõsentur, auditoribus suis legerint, seu explanauerint, quale hoc de Animæ immortalitate, aut unitate, Mundi æternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem Religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro posse, docere, ac omni studio huiusmodi Philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro uiribus excludere atque resolvere. Subdit autem eadem Synodus. Et cum non sufficiat aliquando tribulorum radices præscindere, nisi & ut iterum pullulent, funditus euellere, ac eorum semina, originalesq; causas, vnde faciliè oriuntur, remouere, cum præcipuè humanæ Philosophiæ studia diuturna, quam Deus secundum verbum Apostoli, euacuauit, & stultam fecit, absque Diuinæ sapientiæ condimento, atque sine reuelatæ veritatis lumine, in errorem quandoque magis induuntur, quam in veritatis elucidationem. Ad tollendam omnem in præmissis errandi occasionem, hæc saturari constitutione ordinamus, & statuimus, ne quisquam de cetero, in sacris ordinibus constitutus, sæcularis, uel regularis, aut aliàs ad illos à iure arctatus, in studijs generalibus, uel alibi publicè audiendo, Philosophiæ, aut Poësis studiis, ultra quinquennium post Grammaticam & Dialecticam, sine aliquo studio Theologiæ, aut Iuris Pontificii incumbat. Verùm dicto exacto quinquennio, si illis studijs insudare uoluerit, liberum sit ei, dum tamen simul, aut Theologiæ, aut sacris Canonibus operam nauauerit, & in his sanctis, & vtilibus professionibus Sacerdotes Domini inueniãt, vnde infectas Philosophiæ, & Poësis radices purgare, & sanare valeãt. Et hos Canones per Ordinarios locorum, vbi generalia studia vigent, & Rectores Vniuersitatis eorundem studiorum, singulis annis in principio studij, in virtute sanctæ obedientiæ publicari mandamus.

Sed enim & Viennensis Synodus, & reliqui Patres hoc ipsum genus præcautionis diligenter persecuti sunt, quod & ipsi uiderent, quam propositæ Antiquitas Mundum mirabatur: cum in huc vires amoris, & mentis conuerteret, Opificis eius oblita, cuius ad notitiam in animos infinuandam, cum Mundus ipse aptissimum sit instrumētum, eo ipso Mundo ad decutiendum de capite tanti Regis diadema perditè abuteretur. Et alij venenum originalis peccati ignorantes (quod supra inuimus) Deum aliquem corporearum rerum, nempe Mali vnum, Boni alterum auctorem constituerunt: Quare qui visus est initio in eorum mentibus fuisse minimus, in progressu error factus est maximus.

*QUANTO PERE PRÆSTET VARIAS DIVERSORUM in Philosophia tractandâ Methodos, & opiniones, siue item dogmata prænosse: ut, quæ rectissima sit methodus, diligentius teneatur, & defendatur.*  
Caput XI.

Lib. 4. de cõmunib. omnium rerũ naturalium principiis.

**V**IR è nostris non minùs Philosophus, quam Theologus. Benedictus Pererius septem ex ipso Aristotele utilitates commemorat, quæ ex uarijs Philosophorum opinionibus capiuntur. Primum enim (inquit) docet Aristoteles primo libro Topicorum, habere cognitã & notatã complures sententias, & rationes illustrum Philosophorum, suppeditare magnam uim & copiam ad differendũ probabiliter de omni re proposita: si quidem hoc ducitur probabile, quod uideretur aut omnibus sapientibus, aut multis, aut etiã vni, si modò is præcellens fuerit. Deinde multitudo, & uarietas opinionum, quæ in re quapiã uersantur, faciunt nos dubitare, & animaduertere difficultates, quæ in ea re latent: nam ut est in primo de celo, text. 101. Contrariorum demonstrationes dubitationes sunt de contrarijs. Qui d autè utilitatis sit, scire bene dubitare, & perspectas habere difficultates, quibus

quibus id quod disputatur, implicatum, atque inuolutum est, pulchrè declarat Aristoteles initio tertij libri Metaphys. his verbis. Est autem operæpretium, aliud quid facultatis habere uolentibus benè dubitare: Nam posterior facultas solutio est eorum, quæ ante dubitata fuerunt: illi enim, qui quærunt, nisi primò dubitent, similes illis sunt, qui quòdam ire oporteat, ignorant, & adhuc neq; utrũ inuenerint, quod quæratur, an non, cognoscere possunt. Finis etenim is quidem non est manifestus, illi autem, qui antea dubitauerit, patefcit. Postea diligenter enarratis opinionibus aliorum, facile intelligimus, quid in illis probandum est, & sequendum; quid item fugiendum, & reiiciendum sit: id quod Aristoteles indicat in primo libro de Anima, text. 19. Oportet (inquit) percurrere opiniones priorum, qui de anima aliquid enunciauerunt, ut bene quidem dicta accipiamus, si quid autem non est bene dictum, hoc euitemus. In 13. libro Metaph. simile habet. Quæ ab alijs dicuntur (ait) primò speculandum est, utrum si quid non rectè dicant, non simus eisdem conscij, tum si quid illis & nobis cõmune decretum est, hoc separatim non contra nos grauius feramus: sufficiens enim erit, si quis quædam meliùs dicat, quædam non deterius. Præterea Philosophi est, ueras opiniones à falsis internoscere, & fecernere, has damnare, illas approbare: hoc autem rectè facere non potest, nisi utraq; bene perspectas, explicatasq; habeat. nam ut est apud Aristotelem primo libro Ethicorum. Vnusquisq; rectè iudicat ea, quæ nouit, atque eorum bonus iudex est; si quidem, ut dicitur tertio Metaphysic. textu primo, Meliùs se habere necesse est illum ad iudicandum, qui tamquam aduersarius, omnes utrinque rationes oppositas audit, quare ne quemquam absentem, aut indicta causa uideamur condemnare, eorum sententias, atque rationes in medium producere, ac enarrare oportet. Quod Aristoteles elegantissimis uerbis ostendit in primo de celo, text. 101. ita scribens, Narratis opinionibus aliorum, magis utiq; credibilia, erunt dicenda iis, qui ante audierint dubitatorum sermonum iustificationes: nam uideri indicta causa condemnare, minùs utiq; nobis inerit: etenim oportet eos arbitros esse, non aduersarios, qui ueritatem sunt iudicaturi sufficienter. Postremò ex tractatione, atque refutatione aliarum opinionum, firmior atq; illustrior sententiæ nostræ ueritas existit. Non enim ueritas satis munita, & tuta esse, aut lucem suam ostendere potest, nisi priùs dubitationum tenebris discussis, & aduersarijs opinionibus reiectis, atque profligatis. Porrò commemorandis aliorum sententijs, non solum id consequimur, ut redarguamus eas, quæ falsæ sunt, uerum etiam, ut aperiamus causas, cur illæ sint falsæ, & cur si falsæ sunt, ueræ tamen multis magnisq; Philosophis uisæ fuerint. Quæ res quantum ualeat ad confirmationem ueritatis, præclare ostendit Aristoteles septimo libro Ethicorum, capite ultimo hoc modo scribens: Non tantum opus est, ut uerum dicamus, sed etiam oportet, ut falsi causam explicemus: hoc enim ad fidem faciendam conducit: nam cum rationi consentanea uisæ fuerit causa, cur uerum appareat esse, facit, ut uero magis fidem adhibeamus. His accedit, quod ex comparatione nostræ sententiæ cum aliorum opinionibus clariùs apparet quantò probabilior, & uerifimilior sit nostra sententia, secundum illud, quod vulgo dici solet. Opposita iuxta se posita, magis elucescere, hoc est clariùs discerni, ac dignosci.

Et hæc quidem non tam Pererius, quam Aristoteles. Quæ ut uidentur uera, addenda sunt tamen ea uerba, quæ ad Dioscorum scribit Augustinus, in Epist. 26. quiens: Ecquid enim nobis præter defensionem Christianæ Religionis, quærere, quid senserit Anaximenes, Democritus, Epicurus, Parmenides, & Melissus, alijq; similes huius farinæ Philosophi, quorũ doctrina erroribus Naturæ, & rationi cõtrarijs plena fuit? Cernebat enim uir cum sanctitate perspicacissimus, quam nos Diuinam Philosophiam nacti sumus, suo seipsam collustrare lumine, & implere mentem, alienaque luce non indigere: Nisi quod & humana quoq; Philosophia tamquã Ethnicis propriũ testamentũ concessa à Deo fuit (ait Clemens Alexandrinus)

vt essent (quemadmodum inquit Apostolus) inexcusabiles, quæ quidem animos excitaret ad Deum, susteretq; firmitus gressus nostros in semita, quæ ducit ad Sapientiae arcem.

Ceterum ad id, quod dictum est faciet quidem, si quis legat quæ Plutarchus de placitis Philosophorum scripsit: Varias enim, & minimè constantes tot Philosophorum sententias uidebit; vt postea facile cuilibet non crediturus sit. At certè non perdidisse oleum aut operam putabit, qui attentè perlegerit. Examen Vanitatis Doctrinæ Gentium, & Veritatis Christianæ disciplinæ, quod Ioannes Franciscus Picus in sex libros distribuit, quorum prioribus tribus omnem Philosophorum sectam vniuersè, reliquis autè Aristotelicam Aristotelis armis oppugnare, In omnibus autem Christianam asserere, ac celebrare disciplinam conatus est, non sine magno operæ pretio.

Atque huc sanè quadantenus pertinere possent, quæ capitibus nono, & decimo libri quinti, de recta in Deum fide Michael Medina, qui fuit in Tridentina Synodo Theologus Regius, scripta reliquit de uerorum Magistrorum signis primo & secundo. Nam et si hæc omnia ad Theologiam potissimum pertinent, lagax tamen ingenium inde quoque eliciet, quæ ad ueræ philosophiæ magistros attrinere possint, cum hæc (ut diximus) reuelatæ à Deo scientiæ innitatur in multis, quæ ipsa Philosophia per sese assequi nequit.

**NOSSE QVIS QVA AETATE PHILOSOPHVS VIXERIT**  
ante Aristotelem, commodum esse ad Philosophiam  
asequendam. Caput XI.

**A**DDIT Pererius, conducere ad philosophandum; si primò liqueat, quoto quisq; tempore Philosophus uixerit, qui uel ante Aristotelem, uel proximus illi fuerit: Id quod uerissimè est. Nam ut alteram audire partem (quod dici solet) ad Iudicij integritatem spectat, sic sanè uni, aut vnius sæculi Philosophis hæc addici consultissimum est: præterquam quod ea temporum notitia maximè commodat conferendis Philosophis Gentilibus, cum ijs, qui cum ante illos uixissent, atque in Deum rectè credidissent, de naturalibus rebus philosophari sunt eximie. Thales enim Milesius, qui uerustissimus Philosophorum est habitus, intra trigesimam septimam, & quinquagesimam quintam Olympiadè uixit, cum tamen apud Hebræos doctissimi, prophetaeque præstantes florissent, ac post Moylem, & alios, Salomon (sicut habet Scriptura) omnium rerum tam caelestium, quam quæ sub cælo sunt, cognitionem habuisset, quam ullus sapientum huius sæculi, amplioem, & certioem, Ac quidem quod pertinet ad Chronographiam duodecim (vt Pererius appellat) clarissimorum Philosophorum, Thaletis, Pythagoræ, Heracliti, Anaxagoræ, Democriti, Parmenididis, Empedoclis, Socratis, Platonis, Aristotelis, Epicuri, Zenonis Cittici, id ipsemet Pererius tradidit capite quarto eiusdem quarti libri, eorum, quos de communibus omnium rerum naturalium principijs, & affectionibus scripsit. At multi postea extitere, de quibus dicemus cum de Platone, atque Aristotele agerur.

Lib. 3. Reg.  
c. 4. & Sap.  
cap. 7.

COLLATIO

**A COLLATIO DIVINÆ PHILOSOPHIÆ CVM HVMANA:**  
Ex Augustini epistola tertia Ad Volusianum. Caput XIII.



**A**EMPLA & simulacra dæmonum, ritusq; sacrilegi paullatim, & alternatim secundum prædicta prophætica, subuertuntur; hæreses aduersus nomen CHRISTI, sub uelamento tamen nominis CHRISTI, ad exercendam doctrinam sanctæ Religionis, sicut prænunciatae sunt, pullulant. Hæc omnia sicut leguntur prædicta, ita cernuntur impleta, atq; ex his iam tot & tantis, quæ restant, expectantur implenda. Quæ tandem mens auidæ æternitatis, vitæq; præsentis breuitate permota, contra huius Diuinæ auctoritatis culmen, lumenq; contendat? Quæ disputationes, quæ litteræ quorumlibet Philosophorū, quæ leges quarumlibet Ciuitatum, duobus præceptis, è quibus CHRISTVS dicit totam legem, Prophetasq; pendere, ullo modo sunt comparandæ: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum tamquam teipsum? Hic Physica, quoniam omnes omnium naturarū causæ in Deo creatore sunt: Hic Ethica, quoniam vita bona & honesta non aliunde formatur, quam cum ea, quæ diligenda sunt, quemadmodum diligenda sunt, diliguntur, hoc est Deus, & proximus: Hic Logica, quoniam ueritas, lumenq; animæ rationalis non nisi Deus est. Hic etiam laudabilis Reipublicæ salus: neque enim conditur & custoditur optima Ciuitas, nisi fundamento, & uinculo fidei, firmâq; concordie, cum bonum commune diligitur, quod summum, ac uerissimum Deus est, atque in illo inuicem sincerissimè se diligunt homines, cum propter illum se diligant, cui, quo animo diligunt, occultare non possunt.

**RATIO QVA ENAM IN DISPUTATIONIBVS HABENDA**  
Caput XIII.



**A**IEBAT Ioannes Picus eas disputationes prodesse, quæ placido animo ad uestigandam, perquirendamq; ueritatem, priuatis in locis exercebantur; at illas obesse plurimum, quæ in propatulo sine ordine fiebant ad captandam vulgi auram, atque imperitorum applausum, vixq; posse fieri omnino censebat, vt honoris cupidini, qua fronti uagi illi disputatores exagitantur, inseparabili vinculo annexus non sit illius, cum quo disputatur, desiderium in familiæ, confusionisq; lethale uulnus animæ, uenenumq; charitatis mortiferum.

Ex uita Io.  
Pici Miran-  
dulani scri-  
pta à Ioan.  
Francisco  
eius patris  
filio.

**PRÆCAVTIO OBSERVANDA IN COGNITIONE**  
habenda, disputatione instituenda in questionibus, & earum solutionibus.



**P**RÆCAVTIO omnis, consistit in cura, & consideratione sui ipsius, rei propositæ, personarum quærentium, & causarum aliquorum accidentium. Cura sui ipsius consistit, vt primum Dei opem in auxilium inuocemus, vel palam, vel apud nos: Deinde, vt à peccatis animam mundam; corpus ab impuris, & contaminatis actionibus, quoad fieri poterit, liberum habeamus. Deniq; vt animæ robur ab alijs negotijs ad opus agendum reuocemus, & in vnum, quod proponitur, intendamus omnes eius vires. Cura rei propositæ versatur, primum, vt concipiamus eandem probè, interrogati vel quæstionis mentem & circumstantias. Deinde vt conuenienter eligamus in speculo huius artis, cellulam, in qua contineatur. Denique vt in dubijs utramque partem perpendamus.

Personarum quærentium obseruatio versatur in consideratione, num sint graues: vt tunc respondeatur paucis, & cum decenti decore, & conclusione accommodata:



moda: Num pertinaces, quia pluribus tunc verbis respondendum: Num simplices vel rusticæ, & parum eruditæ, vt tunc simplici solutione cum ratione quædam ex natura deprompta, fiat satis: Num doctæ, & bonis disciplinis imbutæ, vt tunc maximè locis ab auctoritate traductis, ornamentum sumat oratio.

In causis accidentalibus considerandum, an quod proponitur, sit satis cognitum, vel decisum: sit vanum, & futile; si parui momenti, si supra mentis humanæ notionem: Nam in his sufficit simplicibus simplici negatione, vel affirmatione respondere. Deinde perpèdendæ causæ, & occasiones, cur fiat, & tempus, in quò sit inquisitio. Num quidem quis ad experiendas vires ingenij, quærat: vt tunc totis neruis, qualis sis, doceas: An verò tantum tua desideretur sententia: tunc enim breuiter, sed appositè, & cum ratione, respondere melius opinor quæ sentis. Quòd si dubia, & vtrinque probabilis videatur res, vtramque propones sententiam: demum, quam eligas, rationibus firmabis, & aduersam refelles!

IOANNIS FRANCISCI PICI DE GENTVM PHILOSOPHIA insignis, & Christiana Tractatio, Caput XV.

Io. Franciscus Picius Mirandulanus, lib. 1. c. 20. Examinis Doctrinæ Vanitatis gèrium.

Xenophon contra Philosoph.

Lucianus i Timone.

Quintilianus.

Cicero, lib. de legib. Gellius Pro conf.

IN QUAM MULTIS Philosophi dissentiant.

APPARERE sanè incipit, & liquidò quidem, incertam esse omnium Gentium Philosophiam. Nam cum varium sit philolophandi genus, variæ philolophantium sectæ, varia dogmata Philolophorum, qui Principes habentur, inter quos nec Philolophia diuisenda, nec in ipsa iam diuisa conuenit; & quod multò est deterius, cum ipsi inter sese de rebus si non singulis, certè & primis, & maximis, & cognitu dignioribus altercentur, & pugnent, nec adhuc pugnæ finis inueniatur; quid restat præterea, vt non ipsa Gentium doctrina, & varia, & incerta prorsus iudicetur? Damnatà hæc à Xenophonte in ἀπορητικῶν λόγοι ex ipsa discordia; vt etiã Philosophos, qui sublimitia Naturæ quærerent speculamina, similes furentibus longo, pulchroq; discursu iudicaret. Irrisa hæc à Luciano in Timone ob eandem contentionem, cum iocatus in Iouem, Deorum aures obturatas dicit disputantium clamoribus Philolophorum, atque ob id preces non audire. Magna hæc quoque censura Senecæ notata de liberalibus studijs differentis, quòd ad syllabarum scilicet dictiones, & coniunctionum ac præpositionum proprietates descendenter Philolophi ac diligentius scirent loqui, quam viuere. Fabius Quintilianus affirmavit, sui temporis Philolophos plerosq; non virtute, ac studijs, vt haberentur Philolophi, laborasse, sed vultum & tristitiam, & dissentientem à ceteris habitum pelsimis moribus præterdiffe. Taxatà hæc eadem à Cicerone in opere de legibus, dum narrat, Gellium Proconsulem Athenis Philolophos, qui tum erant, in locum vnum conuocasse, vt aliquando controuersiarum aliquem facerent modum: quòd si essent eo animo, vt nollent ætatem in litibus conterere, posse rem cum eo conuenire, & simul operam suam illis esse pollicitum, si posset inter eos aliquid conuenire de eorum inter se dissensione. At quanta illa, quæso, & quàm multiplex, & quàm interminata discordia? Vidimus enim, quàmquam nec omnes dissensiones collegisse fateamur, nec ipsis in dissensionibus enarrandis vno modo scribant auctores, quàm & magna est, & quàm multiplex, variarumq; ambiguitatum facta dissensio: vidimus sectarum principes, & consectaneos, & in vniuersum, & per partes dissidisse; ac singulatim enarratis dogmatibus de rerù principio variè, atq; pugnaeiter decreuisse: in causis etiã rerum naturalium, in ipsaq; Natura, principijsq; materialibus discordes fuisse: In Mundo constituendo, in discernendo illius fine, in dimetienda magnitudine, in designanda figura, & humilcemodi ceteris, plane inueniri varios, inconstantes, atq; pugnaes. Iam de ipsius Mundi partibus, Cælo, & stellis cum differerent, nihil eos tere vna voce proferre; cum de imis & aëris disputarent affectibus, plures induere facies, quàm Autumnus. De homine verò cum docerent, nihil docuisse: de eiusdem Anima cum disputarent, tam in-

constanter

A constanter id effecisse, vt caruisse illos anima suspicari quispiam posset, nec philolophos fuisse, sed euandidas potius vmbra, & imula chra viuentium. Mirro de Animæ functionibus, atque muneribus varia iudicia: silco de corpore: taceo prorsus de hominis felicitate, & lummo bono, & moribus. Quis id queat fateri: cum in his omnibus nihil certi statuerint, & pacati, sed omnia, & nutantia, & bellici plena tumultus, oppido quam insipienter effuderint, adeoque vanè, vt sub ambiguo etiã reliquerint, deprehendi rerum ne veritas possit, an minime? Studium præterea inter eos præcipuum, vt alter alterum incesseret; & qui posterior esset, eos qui ante se scribere, vexaret. Plato enim superiores omnes tamquam censor notauit; quod maximè videtur fecisse in Theeteto, atque in Sophista, dialogis: Platonem Peripatetici incularunt: Noui Academici Peripateticos, & Stoicos: Hi verò, & in Peripateticos inuehuntur, & inter se contigunt, ab ipsisque eorum primordijs factionibus æstuarunt, atque (vt ait Numenius) inter sese adeo diuisi fuerunt, vt alij magis, alij minus se Stoicos esse faterentur. Scepticum omnes argumentari sunt, eoque res deuenit, vt non verbis modo, sed pugnis (vt ille inquit) bellum inter Philolophorum sectas iniretur. Conferamus hæc litteris Veteris, & Noui Testamenti sacrorum eloquiorum, à quibus nostram id est Christianam disciplinam petimus; & in illo veritatem sub nube figurarum atque velamine contemplamur; in hoc eam ipsam cernimus clara, & manifesta in luce reuelatam. Conferamus, inquam, nostram disciplinam, quam verè discimus ex sacris litteris, cum doctrina Gentium, quæ quod non didicit, sæpenumero docet, modo falso, modo incertè, vt mittam quàm arroganter, Et inter conferendum, horum veritate & pondere, illarum vanitatem facilius deprehendemus. Quid pondus, quid vanitatem dixi? quando vnum dogma ex Mosaicis, Propheticis, Euangelicis, Apostolicis litteris in examine positum, omnibus, qui in altera lance collocari queant, Gentium doctrinis, longè præponderet. Sanè videbimus, si in trutina ponantur, cum multa & digna scitu, & prorsus utilia: tum illud in primis, quòd sicuti rude illud, ignarumque, & parui semper apud bona iudicia momenti; ita & philolophorum hoc longè eruditissimum, multæque æstimationis & gloriæ scinditur incertum studia in contraria vulgus: In vnum autem eximia concordia conuenit nostrorum multitudo Theologorum; in sacris litteris omnino concors; in Ecclesiæ præceptis admittendis obsequens; vna pollens fide; vna communi spe frera, & à Mosaicis didicit monumentis, vnum esse Deum, qui coli deberet ab omnibus: eapropter eorum, quæ antea docuerat, cecinit palinodiam præclaro hymno, & hac de re Musæum admouit. Thales Aegyptum inuist: eodem se Pythagoras, & Democritus contulere. Nam & multò ante Philadelphi tempora (vt Aristobulus, & Eusebius, & alij meminere) lex Moysis in Græcam linguam non exactè quidem, vti postea per duos, & septuaginta interpretes gratia Ptolomæi, sed vtrumque fuerat conuersa, vt pateret quoquomodo Græcè scientibus: Quare non modo per viuas interpretum voces (id enim à nullo videtur posse negari) sed per sese aliquando legere vetusti illi Philolophi Moysi legem (si vera illi, quos retulimus, narrauerunt) hoc est eam ante Ptolomæi tempora in Græcam linguam fuisse conuersam. Hinc satis colligi potest, eos, qui ante septuaginta editionem interpretum dixerunt ignota Græcis Mosaica monumenta (vt videtur velle Augustinus in octauo libro de Ciuitate Dei)

PLATO Superiorum Philolophorum censor. P R I P A T R I C K Platonis censes. A C A D E M I C I noui censes Peripateticorum, & Stoicorum. N V M N I V S quid de Philolophis sentierit.

COLLATIO pulcherri-ma veteris, & noui Testamenti cum Philolophorum doctrina.

CONCORDIA THEOLOGORVM in ijs quæ sunt fidei, & præceptorum.

ORPHVS THALES PYTHAGORAS, DEMOCRITVS in Aegyptu iuerunt, Aristobulus Eusebius. Clemens Alexandrinus.

Augustinus li. 8. de ciu. Dei.





In libris tamen Re- tractationū cōfessus est Augustinus se fuisse de- ceptū à Pla- tone, quare eius doctri- nā rececit

tia percipiendæ fama rapiebat. Itaque & in Aegypto didicit quæcunquē illuc ma- gna habebantur, atque docebantur: & inde in eas Italiæ partes profectus, ubi Py- thagoreorum fama celebrabatur, quidquid Italiæ Philoſophiæ tunc florebat, au- ditis eminentioribus in ea Doctōribus, facillimè comprehendit. Et quia magi- ſtrum Socratem ſingulariter diligebat, eum loquentem ferè in omnibus fermo- nibus ſuis faciens, etiam illa, quæ vel ab alijs didicerat; vel ipſe quanta potuerat intelligentia viderat, cum illius lepore, & moralibus diſputationibus tempera- uit. Itaque cum ſtudium ſapientiæ in actione, & contemplatione verſetur; unde pars eius vna actiua, altera contemplatiua dici poteſt; quarum actiua, ad agenda vitam, id eſt ad mores inſtituendos, pertinet; contemplatiua autem, ad conſpiciendas Naturæ cauſas, & ſinceriffimam veritatem: Socrates in actiua excelliſſe memoratur, Pythagoras verò magis contemplatiua: quibus potuit intelligentiæ viribus, inſtituiſſe. Proinde Plato vtrumque iungens, Philoſo- phiam perfecit laudatur; quam in tres partes diſtribuit: Vnam moralem, quæ maximè in actione verſatur; Alteram naturalem, quæ rerum naturalium contemplationi deputatur; Tertiam rationalem, qua verum diſterminatur à falſo: quæ licet vtrique, id eſt actioni, & contemplationi, ſit neceſſaria; maxi- mè tamen contemplatio perſpectionem ſibi vindicat veritatis, ideo hæc triper- titio non eſt contraria illi diſtinctioni, qua intelligitur, omne ſtudium ſapientiæ in actione, & contemplatione conſiſtere. Et hæc quidem Auguſtinus: Quem alij ſequentes, eluunt obiecta, non negantes ſane, à Platone in vtramque partem diſputari, ſed ita, vt neque incertum aliquid relinquat, nec verò id vbiq; faciat. Vt enim duo ſunt rerum genera, & duplex diſſerendi cha- racter vnique rerum generi accommodatus; ita apud eum, & rerum, & characteris accuratam eſſe diſtinctionem: De quibusdam igitur ab eo in vtram- que partem diſſeri, quum natura ita ſint comparata: qualia ſunt, quæ in hanc vitam varie cadunt, & γυγνόμενα appellat; quorum nequit vlla eſſe ſcientia. Senſus enim omnes tardos eſſe, inquit, ac proinde quæ ſubiecta ſunt ſenſibus, rectè percipi non poſſe: Ac quàmuis veritas oriatur à ſenſibus, non ſpectare ta- men iudicium illius ad ſentus. Mentem itaque eſſe iudicem, ſolamque idoneam, cui habeatur fides, quod ſola perſpicit id, quod ſemper eſt, ſimplex; vniulmo- di, eodem modo tale, quale eſt: Quo in genere ſunt notiones de Deo, de animo, de felicitate, de altera vita, in qua δικαιοκρατία, hoc eſt iuſtum vel rectum iu- dicio, ſiue δίκαιοςμὸς dijudicatio bono, rum & malorū habebitur. His de rebus (aiunt) non diſputat in vtramque partem, ſed vel ponit tamquam certa, & indubi- tata, vel ex ſuis principijs probat, atque euincit. αμείψωτοις αμπαπώτοις hoc eſt inconcuſſis inconcuſſe; atque adeo veras, & ſempiternas conſuſiones elicit. De illis autem αιδιωτοῖς hoc eſt inſenſibilibus amat liberius diſſerere; vt accura- to rerum, quæ in aliquam diſquiſitionem cadere poſſunt, examine; res veluti ad ſilicem collifa, in lucem emergat; cuiusmodi ferè ſunt Ethica, & Politica, quæ in communi vitæ vſu verſantur, & variè commutantur. Quod quidem rerum probabilium genus, elucere non poſſit, niſi vtrinque cauſæ conferantur, ideoque in hoc rerum incertarum genere affirmandi, arrogantiæ vitandam, ſu- giendam temeritatem, quæ à ſapientia diſſidet plurimum. Hæc ferè illa.

Ad methodum etiam quod attinet, præterquam quod Plato ſæpe eam anculet, tum apparere dilucide, aiunt, ἡ ἐνδοξου, ἢ ἀποδεικτικου χαρακτήρος, hoc eſt probabi- lis & demonſtratiui characteris diſcrimen attentius inſpiciatur; quippe qui ἐνδοξου duplicem formam afferat, μαθητικῆν id eſt inueſtigatoriæ ad docendum, παραδεικτικῆν hoc eſt, tentatiui, ſiue litigioſi ad refutandum. Cum autē ſinguli dialo- gi ad proprias Philoſophiæ partes referri facillime queant, importunam inquit eſſe calumniam eorum, qui fortaiſſe numquā Platonem euoluerunt. Et dialogos quidem ſic redegerunt in ordinem, vt facilè tanti viri methodus cordatis conſtare poſſit.

Nota

Ex

Ex his autem licet alteram illam notam eluant, qua minimè ſolidis rationi- bus preſſa rerum traſtatio Platoni tamquam, ἀουλολογίῳ ἀπαμειβόμενον, id eſt ſyl- logiſtica artis experti, & indocto exprobrabatur, retorquent illud crimen in ca- lumniantes, prouocantque ad Platonis lectionem, dolentes, diſſerendi toler- tiam negari philoſopho, omnium qui vniquam fuerint (aiunt ipſi) dialecticiffi- mo, & cui eam quoque laudem tribuat Ariſtoteles, cuius tamen in eo repræhen- dendo libertas nemini incognita eſt. Certè illam, διερωτησῶς καὶ ἀποκρίσῶς hoc eſt per interrogatiōem & reſponſionem, diſſerendi rationem, in qua verè excel- ſit Plato, eandem plane eſſe ratiocinandi viam, & methodum, quam Ariſtote- les luculentè edocuit.

At quoniam vrgebant aduerſarij, Platonem longis ſermonum ambagibus ef- fundi, quæ lectorem inutiliter remorentur; in nonnullis profectò diſputationibus id iſti non inſiciantur; quippe & μακρότερον ἀειδὸν λόγον hoc eſt longiorem ora- tionis periodum (vt diſertis verbis inquit) adhibere ſe agnouit Plato: & verum ſanè eſſe aiunt, virum otio philoſophico liberius aliquando induliſſe: ſed perne- gant & illa ante legitimas diſputationes proemia, & longiores in diſputationi- bus circumductus, & ipſas etiam ſermonum digreſſiones vſpam importune in- gerit. Deinde aſſerunt nullam eſſe diſſentaneam, & inutilem prolixitatem, ſed & eum diligenter, τὸ ὀρθὸν τὸ ἀεροσηκὸν μήκος, hoc eſt prolixitatem vitra quod conue- nit, euitaſſe, ac prudenter obſeruatiſſe τὸ μέτριον τὸν λόγον: id eſt ſermonis mediocri- tatem, Videlicet in id incumbere, vt rei propoſitæ natura liquidò innotelcat, cum ceteroquin nimium concifa breuitas, vel concitata feſtinatio nouerca ſit ſolidæ eruditionis.

Iam quod allēgoricam, chimericam, portentofam, ironicam, & ideo ineptam ad docendum, Platonis doctrinam aliqui exiſtunt, id heri dicunt grauiſſimo, probro; & iniquiſſima criminatione. Proinde quem fatentur allegorijs aliquan- do impenſius fuiſſe delectatum, æquiratis eſſe aiunt, vt ex ſua quiſque mente intelligatur: Platonem ſanè ſapienter cogitaſſe, fabularum inuolucris, rerum veritatem ſæpenumerò contineri, in ipſis tamen allegorijs eandem ſobriè inue- ſtigandam. Ipſum illud verò allegoriarum nimium ſtudium, τὸ τῆς χιμαίρας καὶ ἵπποκентаύρων ἔδος, ὃ γὰρ τὸ γόργον καὶ τὸ πηδόγιον καὶ ἄλλων ἀμυγδαλῶν παρὰ τὴν καὶ ἀπο- τία τὴν ἀπολόγῶν πινῶν φύσεων, id eſt chimerarum, & hippocentaurorum ſpeciem, turbam Gorgonum, & Pegaſorū; aliarumque rerum impoſſibilem, multi- tudine & abſurditate quarundam prodigioſarum, earumque nimis curioſam di- ſquiſitionem, ἀγροικον, hoc eſt, inurbanam & malè feriatam ſapientiam vocare. Et moſ ille fuerat veterum philoſophantium, vt συμβόλοις Symbolis ſeu ſignis qui- buildam, atque inuolucris veritatem repræſentarent. Hunc morem ſequu- tum eſſe Platonem, minimè dubium eſſe, dum acceptam ab illis doctrinam tra- ctat; quod poſſiſſimum liquet ex Sympoſio, & Phædro. Ceterum huic docen- di methodo ſuas haud deeſſe rationes, rerum ſimilitudine animos excitante, ac rerum veritatem ex tenebris errorum profundius eruente, cum interim voluptas ſequatur, dūx, & conciliatrix inueſtigationis; res denique ipſas firmius, & conſtan- tius memoriæ inſigente. Hoc verò vbiq; obſeruare Platonem, vt ſi quid αἰκονο- ποιητόν, afferat, primùm teſterur, ſe adhibiturum imaginem, ſiue fabulam, vt cum bona lectoris venia hoc ei liceat: denique Imaginis adhibeat explicatio- nem. Ceterum multa apud Platonem extare, quæ allegorici nomen illi pepe- rerint, quod à communi Philoſophorum opinione abhorrent, quæque pro- ximè ad fidei noſtræ dogmata accedant, quod ille verſatus in Aegypto à vi- cina Iudæorum ſapientia quadantenus acceperat, quæ tamen commentis ſuis, cui fidei lux haud illuxerat, non rectè, nec verè commiſcuit. Sed & Al- legorici nomen peperere Platoni Iamblichus, Proclus, Porphyrius, ac cete- ri eius interpretes, quem non illuſtrarunt explicando, ſed importune inge- runt τὴν ἀπολόγῶν φύσιν παρὰ τὴν καὶ ἀποδεικτικῆν id eſt prodigioſarum naturarum mul-

QVAB TO- ANNES SEM- RANVS, ſcri- ptic in Pla- tonem, ea in quib. er- rores non ſunt, ſupſe à Catholi- cis: quare ab iſtis, non ab illo, ali- qua ſupſi- mus: erro- res autem illius adno- tant: Theo- logi Hiſpa- ni in Ex- purgato- rio eorum Iudice:



titudinem, & in congruentiam (vt iisdem Platonis verbis, ἀλλήλοεργουμένων, id est A vtendarum allego- riarum insaniam repræhendentis vtamur) istisque ineptijs Phi- losophi sententiam sæpenu mero commaculent.

Deinde iocari in rebus serijs Platonem (quod etiam ipsi obiciiebatur) id falsum esse autumant: neque enim nisi opportunis in locis adhibere iocos. Mi- nime certè cum de Deo, virtute, animo, vita secunda, & ceteris grauilissimis rebus loquitur: at Sophistarum nenijs refutandis, vt ridicula illorum inanitas ridiculis exceptionibus refellatur. Sic verò tam opportune his orationem suam condire.

Denique si de Idæis quæstio sit, nihil absoum, quin etiam veram suppedi- rasse Aristoteli scientiam earum, quamquam ille abreptus cupiditate contra- dicendi, soleat in Magistrum inuehi. Vagam porro vxorum, liberorum, bo- norum communionem (qui natus non fuerit prius Platonis, sed Socratis) sollicitè ab Platone emendatam certis de matrimonio, & affinitatis gradibus, deque rerum dominijs, & possessionibus, sancitis legibus, concubitum au- tem omnem extra legitimas nuptias, & dūtor, & dūtor, profanum, & illegitimum vocante, ac certas poenas contra istas omnes intemperies indicente. Plato- nicigitur Interpretes, inter quos potissimum Proclus post quinque libros Commentariorum in Timæum Platonis, quæstiones huius Politicas expli- cuit, & Chryostomus Iauellus Platonem ab plerisque alijs vindicauit: Hic quidem tractatione septima in Platonis Politica, primo, & secundo capi- te Epitomes in vniuersam moralem Aristotelis, Platonis, & Christianam Philosophiam: Cum etiam postea non defuerint alij, præter Marfilium Fici- num, Ianum Cornarium, Bessarionem, qui idem nostro hoc tempore in pluri- bus Platonis sententijs, vel dogmatibus tutandis præstiterint.

At & quæ citra omnem dubitationem dici, & ab Christianis Doctoribus do- ceri, ab Auditoribus verò fructuosè percipi posse videntur, cum ad Platonem accesserint, hæc sunt.

Primò, Pythagoram, è cuius doctrina Socrates, & Plato hauserint multa, discipulum fuisse Iudæi cuiusdam Nazarei: quod Iosephus libro contra Appio- nem ex Alexandro in libro de Symbolis Pythagoricis scribit. Ambrosius au- tem Pythagoram genere fuisse Hebræum, & Clemens Alexandrinus, fuisse circumciliū, auctores sunt. Et Plato ipse non obicere, Συρις & Φοινικίου vel Συρ- ρήτου, Syrijs, & Phanicij, vel arcani tei reconditi meminit, Iudæam vicinam Ae-

gypto designans, à cuius nomine ablinebat; quod vt Iudæis reliquæ gentes, sic ipsi gentibus erant odiosi. Inde igitur factum, vt Socrates vnus Deo- ritiam hauserit, proque ea mortem oppeterit. Nam & Tertullianus in Apologetico sic scriptum reliquit. Propterea damnatus est Socrates, quia Deos destruebat. Planè olim, id est semper, Veritas odio est. tamen cum poenitentia sententiæ Athenienses, & Socratis accusatores postea affligerint, & imaginem eius auream in templo collocarint, rescissa damnatio testimo- nium Socrati reddidit &c. Et post quædam. O Apollinem inconsideratum!

Sapientiæ testimonium reddidit ei viro, qui negabat, Deos esse. Hæc Tertul- lianus. Inde item effectum, vt Plato tam multa suis scriptis inseruerit, quæ quidem pietatem sapiant, sed ideo aliquot erroribus imperfecta; quod & si dum esset in Aegypto potuit cum ipsis quoque Iudæis habere consuetudinem, qui ex dispersione, quæ ex transmigratione consequuta est, erant in ea re- gione frequentes, Diuinum tamen illum Codicem idiomate Græco legere non potuit, qui post Alexandri tempus in Græcum sermonem, opera Pro- lomæi Philadelphi Aegyptij Regis ab Alexandro secundi fuit ab Interpre- tibus septuaginta conuersus. Itaque errores eos ex Aegyptiis exfluxit, ac licet inter illas Ethnicas tenebras veraretur, mendaciæque potius aperue- rit, quam liquidam veritatem omnino inlpxerit, aut probauerit; Diuina ta- men

CHRYSO- STOMVS IAVELLVS MARFILIVS FICINVS CORNARIVS BESSARION. ACCORDENTIBVS ad Platonem, quæna pri- mo concipi- enda. PYTHAGO- RAS disci- pulus Iu- dæi, & Iudæ- us.

Tertullian. in Apolog.

Plato vnde multa quæ sapiunt pie- tatè hausit.

men pleraque docuisse. Quin Leo Castrius, qui Esaiam interpretatus est, & Patribus hæc de Platone adnotauit, ac scripsit, quæ huc omnino interferen- da sunt. Dicitur (inquit Ambrosius) vnde Plato hæc sumpserit; eruditionis gratia in Aegyptum profectus, vt Moylis gesta, legis oracula, Prophezarum dicta cognosceret, audiuit consolationem populi, qui supra peccati modum videbatur fuisse punitus. Et hunc locum quadam adopertum dote verborum in dialogum transtulit, quem scripsit de virtute. Adde tu, hunc dialogum quem Ambrosius de virtute citat, esse decem, quos Plato conscripsit de Republi- ca libros; quorum hoc est argumentum. Eum hominem infelicissimum esse, quem vulgus hominem felicissimum, & fortunatissimum appellat; qui alienus à virtute, & à Deo, habeatur pientissimus, optimus, abundet bonis om- nibus, sit honoratissimus, imperet cunctis, viuat diutissimè, fruatur volupta- ribus, valeat semper: Contra verò felicissimum, & fortunatissimum esse, quem vulgus infelicem nominet, virum Dei amatorem, sectatorem vir- tutis, feliciorum multo magis; quò magis habeatur impius, orbetur bonis omnibus, malè audiat apud omnes, omnibus sit odio, omnes omnia mala in illum conferant; quæ ille imperterrito ferat animo, nec à Deo, nec à virtute diuelli queat. Hoc totius illius operis de Republica est argumentum. Certè huic sententiæ ad stipulatur Eusebius Cæsariensis, quem admodum secundo li- bro scripsimus capite quintodecimo. Is enim docet ex Clemente Alexandrino, Philosophos ex sacris litteris plura esse mutuatos: Et decant, multa in Co- dicibus Latinis Eusebij, quæ antiquus latinus interpres præterierat. At- ergo Eusebius, Platonem, locum illum capitis tertij Esaiæ, Ligerius in- ter, quæ inuicilis est nobis; paraphrasi quadam secundo de Republica li- bro, expressisse his verbis: Sic ergo affectus iustus flagellis cadetur, afficitur tormentis, orbabitur oculis, postremo omnia passus, in crucem tollitur. Quæ omnia ad verbum describit Eusebius ex Clementis Alexandrini libro quin- to Stromatum. Et verissimè ab his auctoribus hæc esse dicta intelliget, qui in libris Platonis sit aliquantum versatus. Nam præterquam quòd multa huius rei signa depræhendet, quum Plato interim moneat, vt qui de Deo scire vo- let adeat gentes barbaras, vnde futurum ait, vt admiranda quædam discat: interim etiam ab eodem Platone audiet opus esse, vt Deus veniat, & ferat no- bis legem, & alia huius notæ plurima. Quare non solum illa ex Esaiâ, & ex Sa- lomonis Sapientia mutuatur, sed penè totius operis argumentum inde defumit. Quod miror (inquit Leo Castrius) viros sapientissimos Clementem Ale- xandrinum, & Eusebium Cæsariensem non aduertisse. Nam tota illa Tra- symachi disputatio cum Socrate libro primo de Republica, habet illud ar- gumentum capitis secundi Sapientiæ: Venite fruamur bonis, quæ sunt: vino prætioso, & vnguentis nos impleamus: coronemus nos rosis: opprimamus pauperem: non parcamus viduæ: nec reuereamur canos: sit autem fortitu- do nostra lex iniustitiæ. An non hanc partem tuetur Trasymachus libro pri- mo de Republica, & deinceps? an non hoc est argumentum illius dispu- tationis? contra verò Socratis non est rursus illa pars: Contumelia, & tor- mento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, probemus pa- tientiam illius, morte turpissima condemnemus eum? Hæc, inquam, pars à Socrate defendenda suscepta est, quum iustum quendam fingit, cui au- fert hominum opinionem, vt nemo (inquam) illum opinetur iustum, qui alijs omnibus sit destitutus opibus, & hominum fauore, qui habeat omnia ad- uersa, qui omnibus sit odio, tantum virtutibus excellat, habeatur impius, vt cruciatibus afficiatur. Et statim post hæc subiungit Plato verba, quæ citant Clemens Alexandrinus, & Eusebius Cæsariensis, quæ supra sunt adscripta. Hanc partem tuetur Glaucon, & Socrates, illam priorem Tra- symachus, & Adimantus. Quem enim nos habemus exemplum virtutum,

Leo à Ca- stro in cap. 40. Esaiæ.

Libri Plato- nis de Rep- vocatur ab Ambrosio dialogus de Virtute

ARGVMENTVM libri Platonis de Repub.

Euseb. lib. 3. præp. E- uang. c. 13.

Plato ex Esaiâ, quæ- nam sumpserit.

h

& bono-



& bonorum omnium, ipsum iustum, CHRISTVM scilicet Dominum; tam vnum aliquem fingit Plato, & tales sectatores; & penè illa dicit, quæ Paulus: Lapidati sunt, secti sunt, occisione gladij occisi sunt; quod à Prophetis similia docebantur. Reperies etiam apud Platonem, tertio de Republica libro, sub finem, illud capitis tertij eiusdem Sapientia: Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, & quasi holocaustum accepit eos. Quæ omnia tam multis verbis lum executus, vt appareat, Sapientia librum, vnde ostendo, septuaginta viros fecisse Paraphrasim, & Platonem multa mutuatum, Salomonis esse, & non scriptum à nescio quo, vt quidam arbitratur; quamquam iam probatione res non eget, quum post Hieronymum receptus sit ab Ecclesia, nec liceat cuiquam eam rem in dubium reuocare. Hac penè Castrius.

Præterea verum esse, Platonem de animi immortalitate, de Dei Prouidentia, de rerum creatione, de finibus bonorum, & malorum, deque alterius vitæ vel præmio, vel poenis constantius, & planius fuisse locutum, quam ceteros, qui secuti sunt, Philosophos Ethnicos.

Ad hæc, Platonis doctrinam non ita semper ab eius sectatoribus fuisse explicatam, quin hanc plerumque labefactauerint, atque canosam reddiderint; præsertim qui post CHRISTVM natum aduersus Christianos calumiam intenderunt. Vt proinde qui Platonis libros versare voluerit, consilius sit, Platonem per ipsum Platonem, ac certè per Christianos, & catholicos auctores interpretari, quorum supra memini, quam in Syllam errorum ingentem per illos ab ijs abduci. Et quidem inter priores illos, minus aliquando peccasse Plotinum, Platoniorum principem Interpretum, Numenium, Iamblichum, & Amelium, qui Christianam Theologiam non reprobare, sed æmulari potius studuerunt; licet etiam hi caute legendi sunt, quum multa effuuerint, quæ ab Diuino cultu auertant humanas mentes, dum etiam caelestes virtutes putarunt rebus elementaribus attrahi, & deduci aduersus Dæmones: id quod Augustinus cum libris de Ciuitate Dei octauo, & nostro reprehendens, diuinitus tractauerit, omnino prælegendus erit. Expendit enim quæ Plato, Iamblichus, Plotinus, Apuleius, Porphyrius, & alij, vel oblique, vel rectè differuerunt, magnasque cautiones, tamquam è diuite penu vir sapientissimus depromit. In quo nemo quoque non intelliget, quantopere verum illud sit, quod inquit Apostolus, Diligentibus Deum omnia cooperari in bonum. Quamuis enim misericordè affectus Pater ille visus sit aliquando erga Platonem non minus, quam postea S. Thomas erga Aristotelem fuit; quoniam tamen vterque in Deum recta colinearunt, preceationibusque, & castitate, ac fuga sordidarum rerum, intra cancellos Diuini timoris, fideique orthodoxæ sese continebant, non opprimebantur à gloria, qui erant potius cultores, quam scrutatores Diuinæ Maiestatis. Et Augustinus quidem, vt supra ostendimus, quæ laudauerat in Platone, retractauit: vbi se ab eo deceptum agnouit.

At & eundem Platonem, qui ea moderatione animi, & iudicio legerit qua legendus est, vt quæ fabulosa sunt & falsa, fecernat à veris, intelliget permisisse iustissimè Deum, vt illa intermiseret, quoniam extra chorum (vt est in proverbio) saltare audebat, quod lanè mirandum non est; cum etiam Hæretici, quibus Christi lux antea illuxerat, & Iudæi, qui Diuinas litteras tractant, pleraque vera dicere eatenus permittantur, quatenus per tramitem Fidei orthodoxæ incedunt; sed dum ab ea declinant, per teterrimos quosque errores hac illuc aberrant.

Ac tamen negari non potest quin si quis Platonem Græcè loquentem audierit, maiestatem multam, & lapidiorum eloquentiam sit haururus, quam ex alijs ethnicis Græciæ scriptoribus, inter quos qui Luciani potius, quam Platonis dialogis operam nauant, sentiunt non ita multo post, quantam inde la-

Heb. 11.  
Sap. c. 3.

Plotinus  
Numenius  
Iamblichus  
Amelium æmulari fingit  
Christianam Theologiam, potius, quæ reprobauerint.  
CAVATIO in Platonis ex August.

Nota

vt permiserit Deus à Platone, à Iudæis, ab Hæreticis quædam vera dici.

Nota

A bem animis suis contrahant, quæ vix umquam castis cogitationibus detergi potest.

Et tamen vitam, quam egerit Plato, cum morata omnium penè consensu fuerit, nobilitatemque virtutum, pro eo tempore, & qualitate Ethnicissimi; expedit prælegisse. Quam & veteres descripserunt, Marfilus item Ficinus breuiter attigit quarto suarum Epistolarum libro: nisi quod ea, quæ ex Firmico de iudicio eius natiuitatis expositione syderum, interlerit, taceri poterant, quum pertineant ad Astrologiam iudicariam, quæ ableganda est à Christianis mentibus, & oculis.

Id autem animo præcipiendum est, non frustra viginti totos annos Aristotelem fuisse Platonis Auditorem, quare eius ad Aristotelis sentia percipienda lectionem fore perutilem, quum e Platone, tamquæ nutrice, genuinum lac Aristoteles suserit, quod deinceps vel concoxerit melius, vel certe in sua scripta plerumque deriuauerit, sibi que, non ea ingenuitate, qua Plato à Socrate, ascripserit. Atqui quod veteres, & ipse adeo Aristoteles Platoni aram extruxerint, argumento est, quanta in æstimatione doctrinæ ac virtutum fuerit Plato; vt non sit abijciendus. Quin etiam quum tot libri inutiliter plerumque volentur, & hi quidem spinosarum quæstionum pleni, & quorum voces ob barbariem, ingenia potius frangunt, quam erigant, vilius versandus esset Plato, qui quasi parens Philosophiæ sit Peripateticæ, quamuis hæc cum Platonica interdum pugnet.

Plato quoque (aiunt) credit, animos decidere de veritatis specula; quotiescunque terrenis istis immerguntur, & in Diuinæ rationis miraculum, quod est incompositum vitium fuisse prædominatum, ac rationis vim terrena, crassaque ignorantia hebetasse; vt sicut Glauci marini Dei antiqua, & vera forma, inter algæ, lapidum, sabuli, conchyliorum salebrosas sordes perspicere nequit, ita animæ nostræ contigerit, ac quidem ob originale peccatum, quod licet Plato non intellexerit, tamen nescio quid balbutit quædam & quæ vocans hoc est ortum, & nutrimentum, siue generationem, & nutritionem.

Denique quod ad methodum pertinet, tria maximo (inquunt) fore adiumento, atque compendio in doctrina Platonis haurienda. Primum, si dialogi ordine legantur; qui quidem nostri, vel spurij non sunt, & verò ad proprias aliquas materias attinent. Nam quod ingenia turbauit adhuc, aut deterruit à Platonis lectione, consula sunt dialogorum & dispositio, & lectio. Extant dialogi priores, qui Theologici siue Metaphysici dici possunt, quibus quæ ad religionem spectant, Plato tractauit. Hi sunt Euthyphron, & de deo, Euthyphron, vel de sancto. Theologus, & de virtutibus, Theologicus, vel Metaphysicus. Apologia Socratis, Defensio Socratis. Criton, & de iustitia, moralis: Crito, id est, De eo, quod agendum est. Phædon, & de morte, & de animo. Phædon, id est, de animo. Metaphysicus. In his ergo Dialogis, qui Euthyphronem, & Phædonem leget, eum de Deo; hunc de anima agere intelliget: Quibus si Critonem, & Apologiam Socratis adiungat, qui quidem dialogi morales sunt, lucem hauriet ad Platonis mentem, resque ipsas agnoscendas; quippe vnus argumenti quali filo contexti sunt, quod agunt de accusatione contra Socratem instituta, deque illius detentione, carcere, morte denique ipsa, qua vniuersam suam doctrinam consignauit. Et cum hi quidem dialogi primū locum obtineant, animumque in iplo lumine Philosophiæ, imbuant tractatione de Deo, de Animo, de iusto per vtramque methodum, & dogmatum, licetiosam, & methodicam, magnum habent momentum ad insinuandam veritatis notitiam.

Sin post eos legerint Theagem, Amatores, Theætetum, agi sentient de vera philosophia; cui quoniam Sophistica adueriatur, quæ sub veri specie fallaciam tegit, ideo legendi Sophista Euthydemus, Protagoras, Hippas minor, Quibus

Diogenes Laertius in vita Platonis.  
Marfilus Ficinus in eadem vita.  
Sautio in Marfilio Ficino.  
ARISTOTELIS viginti annos auditor Plato nis.  
Platonis lectio vilius intelligendo Aristoteli.

methodus, & ordo dialogorum PLATONIS.

VERA vel SOPHISTICA Philosophia. ex.

Platon. dia-  
logis qui-  
busdam.

Quibus Plato miram vtilitatem legentibus affert, dum non quod ille fufus in di-  
cendo fit, fed quod exprimere ipfa re velit profufos in dicendo, proponit gar-  
rientes, & in circuitu, vt Diuina habet Scriptura, ambulantes.

Dialogi pla-  
tonis perti-  
nentes ad  
Dialecticã,  
Rhetoricã,  
Poeticã.

Sequuntur quæ ad fermonem attinent; hoc est ad Dialecticam, Rhetoricam,  
Poeticam, quæ tribus dialogis tractantur; Cratilo, De recta nominum ratione, si-  
ue *περὶ ἑρμηνείας*, hoc est de Interpretatione; Gorgia de Rhetorica; Io de Pia-  
de, siue de Poetico caractere, siue De vera exponendorum Poetarum ra-  
tione.

ETHICA

Accedunt Ethica, & Politica, in tres classes distributa: Quarum prima conti-  
net ea, quæ pertinent ad generalem Ethicorum doctrinam. Hi verò sunt dialo-  
gi, Philebus, *ἢ περὶ ἡδονῆς*, id est, De voluptate, siue De summo bono: Me-  
non, *ἢ περὶ ἀρετῆς*, id est, De virtute: Alcibiades primus, *ἢ περὶ φύσεως ἀν-  
θρώπου*, id est, De natura hominis. Secunda classis continet peculiarem,  
Ethicorum explicationem; cuius hi sunt dialogi; Charmides, *ἢ περὶ σωφροσύνης*,  
id est, De temperantia: Lysis, *ἢ περὶ φιλίας*, id est, De amicitia: Hip-  
parchus, *ἢ περὶ φιλοκαρδίας*, id est, de lucri cupiditate. Tertia classis compre-  
hendit Politica omnia. Hi autem sunt dialogi; Menexenus, *ἢ περὶ ἐπιτάφιος λόγος*,  
id est, Oratio funebris; Exhortatio ad Patriam amandam, atque defen-  
dendam. Politicus, *ἢ περὶ βασιλείας*, id est, De Regno; Definitio Politicæ,  
Minos, *ἢ περὶ νόμων*, id est, De lege: *ἐπιταγή* in libros Politicos. Πολιτικῶν,  
id est, De Republica: siue *περὶ δικαιοσύνης*, id est, De Iusto, Libri *νόμων*, *ἢ  
περὶ νόμοθεσίας*, id est, De legibus, vel de Legum latione Libri duodecim. *Ἐπι-  
νομίς*, *ἢ φιλοσοφίας*, id est legum appendix, & summa, vel Philosophus.

POLITICA

Post hosce dialogos supersunt ij, quibus Physica, & Metaphysica;  
vna opera ferè simul tractantur: Hi verò sunt, Timæus, *ἢ περὶ φύσεως*, id  
est, De natura, siue De vniuersitate. Timæi locri, *περὶ ἀσυχίας κόσμου, καὶ φύσεως*,  
Doricæ, id est, De Mundi anima, & natura: Critias, *ἢ περὶ ἀτλαντικῶν*, id est,  
Atlanticus; Appendix Timæi de prisca Mundi historia: Parmenides, *ἢ περὶ ἰδι-  
ῶν*, id est, De Ideis. Συμπόσιον, *ἢ περὶ ἔρωτος*, id est, Conuiuium, siue De amo-  
re. Phædrus, *ἢ περὶ καλοῦ*, id est, De pulchro. Hippias maior, *ἢ περὶ καλοῦ*,  
id est, De pulchro. Ac sane in his multa sunt digna quæ legantur.

PHYSICA,  
ET META-  
PHYSICA

Denique sexta Syzygia continentur, *Ἐπιστολαί*, id est, Epistolæ, Item *οἱ νομο-  
θεταὶ λόγοι*, id est, Dialogi, qui pro nothis habentur; quorum hæc sunt  
nomina. *Ἀξίωχος*, *ἢ περὶ θανάτου*, id est, Axiochus, vel De morte. *Περὶ δικαιο-  
σύνης*, id est, De Iusto, siue de Iustitia. *Περὶ ἀρετῆς, εὐδαιμονίας*, id est, De virtute, an  
doceri possit. *Δημοδοκίας*, *ἢ περὶ τῆς συμβουλῆς*, id est, Demodocus, vel De  
consultando. *Σίσυφος*, *ἢ περὶ τῆς βελούτου*, id est, Sisyphus, vel de deliberan-  
do. *Ἐριχίας*, *ἢ περὶ πλούτου*, id est, Erixius, vel De diuitijs. Inscritbitur autem  
& *Ἐραστράτους*, id est, Erasistratus. *Κλιτοφῶν*, *ἢ περὶ ἐπιπέδου*, id est, Clitopho,  
vel Hortatorius. Hic tamen à Diogene Laertio non ponitur inter *οἱ νομοθεταί*  
sed primus in quarta tetralogia collocatur; eumque sequuntur libri de Republi-  
ca. Item opusculum itidem nothum, quod inscriptum est *Ἐπί*, id est, Defi-  
nitiones.

EPISTOLAR

At quod ad reliqua pertinet, scio equidem extare Dogmatum Platonis Ha-  
rogen Alcinoi, quam Dionysius Lambinus à se accuratiùs, quam antea ab alijs,  
è Græco verlam scholijs illustrauit; ea verò, quæ dispersa in Platone sunt sub  
vnum quasi aspectum poni; Verum tamen non tantus est ille libellus, aut ad  
eam normam scriptus (licet rudioribus vtilis sit) vt id, quod nos Christiani in Pla-  
tonica Philosophia quærimus, omnino suppeditet.

ALCINOI  
HAGOGÆ IN  
PLATONEM  
QUALIS SIT.

Quare Chrysostomus Iauellus versadus est, qui hoc præclare inter alios presti-  
tis, præsertim in Morali, & Politica Platonis Philosophia. Hanc enim ita redegit in  
ordinem, vt facile capi, & (vt diximus) defendi in aliquibus rebus aduersus ipsū  
Aristo-

CHRYSO-  
STOMVS  
IAVELLVS  
QUE NÀ PRÆ-  
STITIT IN PLA-  
TONEM.

A Aristotelē possit. Sed & in ijs, quæ pertinent ad reliq̄ philosophiã, hoc potissimùm  
efficit, tum suis quodq; locis, tum in Tractatu De animæ humanæ insufficientia.  
Nam ubi methodum, & rationes Aristotelis attigit, mox Platonis viam institit, in-  
de verò per naturalis propensionis, & quod ammodo ingenitæ notitiæ, ac deniq;  
per luminis reuelati, quod lucebat in tenebris, quasi gradus ad solidissimam de  
anima cognitionem ascendit. Is igitur quònam itinere in Platone incedendum,  
quòue loco eius doctrinæ argumenta collocanda sint, perspicuè (vt fermè solet  
omnia) docebit.

Accedit ad hæc perutilè sanè Seminarium Platonicæ simul & Peripateticæ Phi-  
losophiæ, quod collegit Ioannes Baptista Bernardus, Vir, qui summis muneribus  
in Republica Veneta perfunctus, mirabili ordine, & labore vniuersam Philoso-  
phiam per locos, ordinemq; collegit: Rei nempe cuiusque, qua de agitur, propo-  
sitiones, quæ in eam in vniuersum cadunt, Tum diuisiones, Inde definitiones,  
Deinceps causas, & ortus, atque ad extremum, si quid dilucidius agendum sit, li-  
quidiorem lucem ex ipso Platone, & Platonicis afferens. Inter Platonicos autem,  
è quibus illud Seminarium confecit (licet Platonis dialogos non redegerit in eas  
classes, in quas supra redactæ sunt.) Philosophos tamen, & alios auctores Chri-  
stianos numerauit; qui sunt hi:

IOANNES  
BAPTISTA  
BERNARDUS  
V.S.  
Seminarium  
Platonicæ,  
& Peripate-  
ticæ doctri-  
næ collegit.

Mercurij Trismegisti Pimander.	Georgius Gemnitus De virtutibus.
Aclepius.	Auerroes in Rempublicam Platonis.
C Timæi Locri De Anima Mundi, & na- tura.	Bessarion Cardinalis in calumpniatorem Platonis.
Aristotelis Theologia, siue mystica Philo- sophia secundum Aegyptios: quæ ta- men non est Aristotelis.	Marsilij Ficini Theologia Platonicæ. De Vita.
De causis.	Apologia.
Speusippi Definitiones.	Quòd necessaria sit ad vitam securitas, & tranquillitas animi.
L. Apulei liber Metamorphoseon.	Epidemiarum antidotus.
Floridorum.	Epistola.
De Deo Socratis.	Compendium Platonicæ Theologiæ. De Philosophia Platonicæ.
Apologia.	Orphica comparatio Solis ad Deum, & declaratio idearum.
De Mundo.	De Platonicorum cõtemplationibus.
Aclepius.	Apologia in librum de Sole, & Lumine. De Sole.
D Xenocrates De morte.	De Lumine.
Macrobii in somnium Scipionis.	De Voluptate.
Dionysij Areopagita De mystica Theolo- gia, & de Diuinis nominibus, Sed ille non Platonicus, uerū christianus, & sū- mus Theologus, Platonē, & omnes Pla- tonicos potuisset unus ipse uerissimã Philosophiam, & Theologiam docere.	In Platonem Epitome, & Commenta- ria.
Porphyrius.	In Plotinum Commentaria.
Maximi Tyrij sermones.	Ioannes Picus in Orationem Dominicam. Heptaplus.
Iamblicus de mysterijs.	Apologia.
Chalcidius in Timeum Platonis.	De Ente, & vno.
Syrianus in Metaphysica.	De hominis dignitate.
Proclus in Alcibiadem Platonis de anima, & demone, & alia eius opera.	Ad Christianæ uitæ institutionem. Epistole.
Alcinoi De Doctrina Platonis.	De Astrologia.
Pellus De demonebus.	Ioannes Franciscus Picus, De studio huma- næ, & Diuinæ Philosophiæ.
Synesius De somnijs.	Defensio de uno, & ente.
Plutarchus de genitura in Tim. Platon.	De Imaginatione.
De quæstionibus Platonicis.	De appetitu primæ materiæ.
De Socratis Demone.	De elementis.
Priscianus Lylius in Theophrastum de sen- su, phantasia, & intellectu.	De imitatione.



De rerum prænotione.  
 Examen uanitatæ doctrinæ Gentium.  
 Epistola:  
 Gabriel Buratellus De ideis.  
 De ente, & uno.  
 De animi natura, ac definitione.  
 De remiſſcentia.  
 An uifio fiat extrâ mittendo.  
 De hominis felicitate.  
 De Mundi æternitate.  
 De tempore.  
 De rerum omnium communitate.  
 De materia, ac priuatione.

Franciscus Patricius De Republica.  
 De Regno, ac Regis institutione.  
 Sebastianus Foxius in Phædonem Platonis.  
 In Rempublicam Platonis.  
 Franciscus Diocæſeus Catanæus.  
 Iacobus Carpentarius in Alcinoi Institutionem. In eius defenſionem. (ſophia.  
 Auguſtinus Streuchus De perenni philoſophia.  
 Marcus Antonius Natta De immortalitate animi.  
 Stephanus Combenſius De aſcenſu hominis ad Deum.  
 Leo Hebraus De amore &c.

Neque uero paruam utilitatē afferre poſſunt Cōcluſiones Academicæ Teupoli, in quibus laborauit Picolomineus is, qui primariâ Philoſophiæ cathedrâ Patauij nūc obtinet.

Indicium de ſcriptis Marſilii Ficini.

De Diacei autem ſcriptis, aut aliorum recentiorum, qui in Platonica dogmata ſcripſere, non admodum anxius erit, qui ſuperiores euoluerit: Ex quibus quoniâ Marſilius Ficinus pluſquam reliqui operam ſuâ adhibuiſſe uifus eſt, meminertint ſtudioſi non eſſe omnino ſpernendum Michaelis Mediæ Hiſpani Theologi monitum, quod ſecundo libro de recta in Deum fide ſic ſcriptum reliquit. Marſilius uero Ficinus alloqui uir doctus, non tantus eſt, ut aſtrotologiam de non eſſe, ad eſſe, eſſe ſe libello, proferat. Vtina ille in Platonica Philoſophia enarranda, non quædam excogitaſſet myſteria, quæ merito doctioribus ſuperſtitioſa uidentur. Vtina ille aut Cælum aſcendiſſet, aut nobis ex Platonis, & Plotini ſacrarijs, eius, quam docet, Aſtrotologia, rationes, & fundamenta eruiſſet, quæ neque cum natura, neque cum ratione, neque cū religione, ut ea, qua modo habemus, pugnarent. Hæc Medina, &c. Sed & Sebastianus Foxius Morxillus magna cum laude Platonem interpretatus eſt.

Expectamus autem De gentilibus Philoſophis cautè legendis, Ioan. Baptiſta Crispi Gallipolitani Diſputationum, atque cautionum, Quinarium primum: Qui eſt de Platone cautè legendo: Quod opus manuſcriptum legi, & reſertum eruditione animaduerti.

DE ARISTOTELIS VITA, DOCTRINA, INTERPRETIBUS, ac Verſoribus: Vbi & de methodo, ac de cautionibus ad ueram Philoſophiam cum pietate iungendam, &c.

QUÆ ARISTOTELI OBIECTA SUNT DE VITA, & moribus Caput XVIII.



ARISTOTELEM qui capunt, aut etiam non inuſte reprehendunt; alij eius uitam, & mores, dogmata ſua alij notant. Vitam, Diogenes Laertius, Tertullianus & ceteri: quod eum tanto uir haberetur ingenio, in ea tamen uitia impēgeſſe, quæ famam, ut tamque ipſam foedauerint, ſi uera fuerint. Ariſtoteles (inquit in Apologetico: Tertullianus) familiarem ſuum Hermiam turpiter loco excedere fecit. Idem tam turpiter Alexandro adularur, quam Plato à Dionyſio uentris gratia uenditur: quippe Hermiam (ait Laertius). Acarnenſium Tyrânium eunuchum, prætextu familiaritatis interfectum, cuius criminas poſtea accuſatus, ſeipſum aconito confecit. Licet alij dicant, aſſidua meditatione, quaſtionem de admiranda ui, & natura Euripi, lepties die, ac nocte reciprocantis, explicare non ualentem, uiribus, & uita deſtitutum interſiſſe. Deinde, nimia gloria cupiditate, ingratiq; animi morbo in Præceptorem laboraſſe: unde & illud à Platone dictum, cum ceteris Laertius aſſert: Ariſtoteles in nos recalciſtrat, non ſecus atque in matrem pulli, quos peperit. Contra nonnulli, dolore ſimul à cæpe in la-

Iuſtinus in Paræneſi ad Gentes. Nazianz. oratione prima contra Iulianū. Cælius ex alijs, libro 9. cap. 8.

chrymas

chrymas aiunt profuſum, primæ cauſæ miſericordiam attentius imploraſſe dum moreretur: Vt hinc conſtare poſſit, quæ in homine reſideret pietas; quam etiam exuerit erga Præceptorem ſuum Platonem, cui aram excita uerit, ſta tua inque dicauerit, in qua deſcriptum erat, illum eſſe, quem probi omnes merito deberent & imitari, & commendare. Cum & primo de moribus libro, ſe non arrogantiæ, aut contentionis cauſa, ſed ueritatis ſtudio Platonem contradixiſſe aſſeruiſſet.

Cælius ex alijs, lib. 16 cap. 34.

Doctrinam etiam Ariſtotelis non æque omnes accipiunt: quippe ſuus cuiq; ſenſus, & ut ferè quiſque initio ſtudioſum natus eſt Magiſtros, aut Interpretes, ſic ſolet pronus eſſe ad arguendum, uel propenſus ad celebrandum Ariſtotelem.

Obiecta Ariſtotelis de eius doctrina.

Qui arguunt, ij in uiro agnoſcūt obſcuritatem, & (ut ita dicā) lubricitatem, atq; uacillantiem in eludendis ingenijs: timentem ſibi rationem redditum iri, ſi planius ſententiam ſuam explicuiſſet, quam momordiſſet in ceteris: Pugnantiæ quoque: Temeritatē denique in aſſerendis rebus incertiſſimis, ac non ſolum fidei, ſed & luminis naturæ, ipſiq; rerum ueritati repugnantem. Neque uerò hæc dixere aliqui dumtaxat, qui Chriſtiani fuere Theologi, & Sapiētes (ne hi pietatis zelo fortè iſta pronunciaſſe putarentur) uerum etiam Græci illi Interpretes, qui ut procul à fide, atque à uicinis ſæculis abſtuerent, ſic Peripatetici inignes, ac proximi Ariſtotelis ſectatores habentur. Sanè Alexander Aphrodiſeus, ideo ſe Ariſtotelis ſententiam de æternitate Mundi, unam ex omnibus ait delegiſſe, quam teneret; non quòd omnium ueriffima, ſed quòd contradictioni minimè eſſet obnoxia. Et Themiffius furori ſimile eſſe dixit, ſi quis ſperet, ſe ex Ariſtotelis ſcriptis ſententiam eius penitus aſſecuturum. Sententia ſiquidem eſt eum ambigua, & in utrunque latus flexibilis, ne quis etiam exiſteret, qui ipſius dicta laceraret, ita ſemper cauiffe, ne uia ſibi præcluderetur, qua elabi non poſſet: quin & ut quidquid dixiſſe uideretur, integrum eſſet ei, qui illum tuendum ſuſcepiffet, negare: præterea etiâ in reddendis Naturæ cauſis, ubi paulò erat apertius loquendum, operis titulo ademiſſe reprehentionis anſam, inſcripto opere Problematum, ut iudicium uideretur relinquere lectori liberum, admonitum modò ab ſcriptore. Ad Alexandrum, ideo ſcripſiſſe, neminem Commentarios illos, quos Rex dolebat in uulgum emiſſos, intellectuſe, niſi qui ab ſe domi audiuiſſet. Neque uero ſolum in rebus, uerum etiam in uerbis obſcuritatem affectaſſe, & dicendi genere preſtiore, quam ipſo Attico, uel ut plerunq; non tam ſint eius uerba intelligenda, quam nutus. aſtutam proinde ſepiam uocant (ut facit Themiffius) Ariſtotelem, quòd ſuperba, & noua placita tam ſepè atramenti effuſione turetur, ne diſpici poſſit, aientibus ne faueat, an negantibus.

Themiffius quid ſenſerit de Ariſtotele.

DE ARISTOTELIS DOCTRINAE OBIECTIS Melchior Canus. Caput XV III.

SED & Melchior Canus, Nō (inquit) ut Ariſtotelem carpat, ſed quòd ab eo, tamquā ab oraçulo pendentes aliqui peſtifera in animos Chriſtianorum inſillarunt, aliqua notat, quæ tamè omnino uera nō ſunt. Primo (inquit) locus, ubi contra Scripturarum fidem erraſſe Ariſtotelem exiſtimo, habetur de ſomno & uigilia: quo loco negat, Deum immittere ſomnia, reddiq; eius rei cauſam; quòd ſi Deus eorum eſſet auctor, ſapientibus uel maximè, & his quidem uigilantibus, ea immitterentur. At ij qui defendunt Ariſtotelem, aduerſus Canum, aiunt, eum loqui uniuerſè, qui omnia ſomnia neget à Deo proficiſci: quod manifeſtum eſt ex illius argumentis, Altero in primo capite libri De diuinatione per ſomnium ( ut in libro quoque citando minus fidelis fuiſſe Canus uideatur ) propterea quòd quilibet homines, uel etiam peſſimi, ſomniant; Altero in ſecundo capite, quoniam reliqua quoq; animalia ſomniant; quibus credendum non eſt, Deum ſuppeditare ſomnia. Id uerò ſacris litteris non ſolum non aduerſatur, ſed maximè potiùs conſentaneum eſt.

Ariſtoteles uocatus Sepia.

Canus de locis cōm. Theologiſ lib. 50. capite quinto. PRIMA OBIECTIO. HÆC HIERONYMVS DANDINVS ſocietatis IESV qui Philoſoph. Pariſis, & Patauij deinde & Theologiæ profeſſus eſt. RESPONSIO



SOMNIA  
quænam in  
scripturis  
prohibentur

Obiectio.

TRACTA  
TUS de bo  
na fortuna  
Inscriptus  
Aristoteli  
an extet.

Obiectio  
Cani.

Solutio.

Anima ra  
tionalis nõ  
genita, sed  
creata.

Anima hu  
mana ex A  
rist. immat  
erialis, &  
extrinsecus  
adueniens.

Obiectio  
Cani.

est. nam pluribus in locis prohibent fidem somnijs adhibere, vt Leuit. 29. Deuter. 18. secundo Paralip. 33. Ecclesiasticus quinto. Ecclesiastici 34. Ilaia 56. Ierem. 23. 27. 29. Quod si à Deo, qui nec mentiri, nec fallere nos potest, perpetuò essent, ni mirum esset illis semper fides adhibenda. Non ergo negauit Aristoteles, somnia interdum à Deo immitti; sed verissimè affirmauit, omnia ex eo fonte non manare; Primum illud fuisset falsum, hoc posterius est verissimum. Addit uero Canus.

Alterum exemplum est in tractatu de bona fortuna; ubi res fortuitas Diuinæ gubernationi, ac directioni subtrahit; duobus argumentis persuasus. Vno, quod res secundæ prauis obuenant, quorum Deum habere curam, non sit uero simile; Altero, quod Deus potius dirigeret in essectâ fortunæ homines sapientes; cum contra ferè uideamus, imprudentissimos quosque esse fortunatissimos: Hæc quidè Canus. quæ sicubi Aristoteles pronunciauit, iustissima Cani accusatio est. Verum, tamen non extat, quod sciamus, Tractatus iste de bona fortuna. Certè quæ in secundo Physicorum de fortuna disputat, nil eiuſmodi habent.

Tertius locus (subdit Canus) est in libro primo de Cælo: ubi quidquid genitum esset, id corruptibile asseruit; nec incorruptibile quidquam, quod non esset ingenitum. Posuerat uero ante omnia uarias harum uocum significationes, ne res uerbi ignorantia clauderetur. Rarus itaque, se aduersus Platonem bonam habere causam, certamque proinde sibi uictoriam pollicitus, contra morem suum non obscure, sed quàm fieri potuit, aperte, docuit. Quidquid incorruptibile esset, id ingenitum esse ac perpetuum oportere: hoc est, nullo umquam modo incepisse. Sic enim uocem illam interpretatur. Qua ex re fieret, ut anima rationalis, aut corruptionis esset obnoxia, aut certè ingenita: & sempiterna. Sed & ad hanc tertiam Cani accusationem uerentur docti uiri calumniam. Etenim dum in primo de Cælo, tex. 120. dixit Aristoteles, omne genitum esse corruptibile, loquebatur de generatione, non de creatione, quam nullam agnoscit, ut intelligi potest tum ex alijs eius locis, tum ex textu 108. dum eandem quæstionem examinat: ex textu item 111. 112. 113. 114. ubi distinguens uarias acceptiones terminorum, nunquam ita accipit, ut possint ad creationem patere, sed solum ad modum incipiendi, & desinendi naturaliter per generationem, & corruptionem. Propterea etiam interpretatur in textu 111. & 115. quid possibile significet, quid impossibile: & in textu 116. & 117. unde spectanda sit potentia, tum agendi, tum patiendi. & in text. 131. 132. 133. 136. ex potentia interna ad esse uel non esse argumentatur aduersus Platonem: quoniam in ijs, quæ gignuntur & corrumpuntur, uis agendi & patiendi spectatur; In creatione nulla est potentia patiendi. Accedit, quod, ipsomet Canus consentiente, eo loco aduersus Platonem disputabat, qui ita Mundum asserbat genitum, ut non ex nihilo creatum diceret, sed ex præiacente materia formatum. Omne autem, quod ita est genitum, est item corruptibile; quia ut ex materia est factum, ita in eum potest dissolui, habetque internum saltem corruptionis principium. Non ergo inde Canus timere debebat animæ nostræ corruptionem; quoniam etiam si ea inceperit esse, non tamen est genita sed creata: quem productionis modum et si Aristoteles non agnouit, nouit tamen, eam ex potestate materiæ non gigni, propterea quod ex generatione eius, in qua organum corporis nihil habet commune, eam esse immaterialem intellexit: ita & extrinsecus secundo de generatione animalium capite tertio aduenire dixit, quàmuis modum non assequeretur; & ideo posse post corpus manere incolumem, et si ante corpus non fuit, 12. Metaphys. textu 17. non obscure indicauit.

Quartus locus (ait Canus) est libro quinto, rursumque; 12. Metaphys. quibus locis definit, Deum animal esse perpetuum & optimum. Vocat autem Deum communi nomine substantiam quamcunque cælestem, & diuinam: Nam post hæc incipit inquirere, an illa substantia sempiterna, una, an plures sint. Atque eodem libro 12. consentit, bene antiquos res illas præstantissimas Deos appellasse. Ludicæ autem per amphibologiam. Nunc enim mentem ipsam Deum uocat; nunc Cælestem Inm

Quintus locus (inquit Canus) est eodem quoque libro, ubi substantiis intellectualibus cælorum motricibus uirtutem tribuit infinitam, quod infinito tempore moueât. Sic quidem ille: qui ex textibus 78. 79. & 80. octaui Physic. & 41. duodecimi Metaphysices ista infert, quasi uoluerit Aristoteles, omnes intelligentias esse infinitæ uirtutis. Sed summa contentione inuicè Interpretes certant, num de infinitate uirtutis, an de illa, quæ durationis est, ijs agat in locis. Videlicet probare propoluerat, Primum motorem, & reliquas substantias cælorum motrices esse à materia abstractas. Probatio erat: si essent formæ in materia; uel essent in materia finita, uel infinita. Infinita non datur: si ergo sint in ea, quæ finita sit; uel essent uirtutis finitæ, uel infinitæ. si finitam haberent uirtutem, non mouerent æterno tempore; si finitam, mouerent in non tempore; ergo nullo modo sunt formæ in materia. Ex hac demonstratione, unde nam habetur uirtus infinita? potius habetur finita. nam licet sint formæ abstractæ, cum tamen moueant naturaliter, & necessariò; mouerent in nõ tempore; uel certè possent moueri; si fortè contendas, esse agentia libera, immo magisquam si essent in materia, quia nihil repaterentur, & ideo expeditius mouerent. Mitto plurima loca, ex quibus non reliquas modò Intelligentias, sed Deum quoque colligitur eum fuisse uirtutis finitæ. Sanè in 2. de cælo à textu 36. ad 40. motum cæli ostendit ita esse uniformem, ut neque ex parte mouentis, neque ex parte mobilis possit esse uelocior, aut tardior: at uirtus infinita posset multò uelocius, immo in instanti mouere. A textu uero 67. & deinceps eam ponit inter motores orbium, & ipsos orbes proportionem, ut in textu 71. iuxta uersionem præsertim Commentatoris, dicat, uel unica stella addita cuiuspiam orbi, uel innum orbem fore in labore, ut inferiores orbes raperet. Ac demum in 12. Metaphys. textu 44. ordinem, nobilitatem, & uirtutem motricem intelligentiarum, uult totum peti ex ordine, & mobilitate orbium, quos mouere debent, ut tãtam omnino habeat unaquæque uirtutem, quantã orbi mouendo est necessaria. Neque in ea demonstratione, quæ obijcitur ex sempiterno motu probatur uirtus infinita, sed immaterialitas, impartibilitas, incorporeitas, & abstractio à materia, ut apparet ex tex. 86. octaui libri Phys. Huiusmodi autem uirtus abstracta potest infinito tempore moueri, quàmuis sit finita: quoniam mouendo non mouetur per accidens, nec repatur, & ideo non fatigatur, ut in textu 52. antea deduxerat.

Sextus locus (ait Canus) eodè etiã libro, ubi (ut mihi quidem (inquit) uidetur) 6. Obiectio Dei prouidentiam, præmiaque & supplicia, quæ probos & improbos in futura uita manent, fabulas esse significauit, gratia vulgi continendi in officio confictas. Reliqua (dicit) fabulosè iam sunt allata ad perſuasionem vulgi, atque ad uilum

lum, cuius anima est Mens: id quod libro etiam secundo de Cælo uidere licet. Sed ne quis admiratus, quod cælestes substantias animalia hic Aristoteles nuncupet: nam ueterum more substantiam animatam, siue anima sensitiua, siue intellectualis sit, uocat animal: Itaque arbitratur Deum illum unum Principem ceterorum extremo cælo affixum, per se mouere ipsum, quomodo ceteræ mentes suum orbem mouent, suntque Aristoteli ipsorum orbium animæ: ut & B. Thomas 2. contra gentes, cap. 70. admittit. Nec Aristoteles aut octaui Physic. aut 12. Metaphys. nominis intelligentiam ad aliud principium reuocat, quàm ad illam primam mentem, quæ uel sempiterna primū mobile ciet. Hæc Canus. Verumenim uero in hac quarta accusatione iustius Aristoteli accusasset, quod in 8. Physicorum Deum fecisset immediatum motorem primi mobilis: hoc enim graue fuit illius peccatum; ex eo tamen profectum, quod non alias substantias abstractas admittendas putauit, quàm quæ ex motu concluderentur. Nam quod in 12. Metaphys. Deum appellauerit animal, non adeo graue est, si certè intelligatur, uel quod cælum simul cum Intelligentia sumptum, substantia est animata; uel si Deus ipse solus intelligatur, animal dici potest, hoc est uiuens. Et uero uerissimum quoque est, in Deo esse uitam, Deumque uiuere. Quem sensum licet ex tex. 100. primi libri de cælo colligere; ubi Intelligentias, quæ sunt supra cælum, ait optimam ibi uitam degere.

Quintus locus (inquit Canus) est eodem quoque libro, ubi substantiis intellectualibus cælorum motricibus uirtutem tribuit infinitam, quod infinito tempore moueât. Sic quidem ille: qui ex textibus 78. 79. & 80. octaui Physic. & 41. duodecimi Metaphysices ista infert, quasi uoluerit Aristoteles, omnes intelligentias esse infinitæ uirtutis. Sed summa contentione inuicè Interpretes certant, num de infinitate uirtutis, an de illa, quæ durationis est, ijs agat in locis. Videlicet probare propoluerat, Primum motorem, & reliquas substantias cælorum motrices esse à materia abstractas. Probatio erat: si essent formæ in materia; uel essent in materia finita, uel infinita. Infinita non datur: si ergo sint in ea, quæ finita sit; uel essent uirtutis finitæ, uel infinitæ. si finitam haberent uirtutem, non mouerent æterno tempore; si finitam, mouerent in non tempore; ergo nullo modo sunt formæ in materia. Ex hac demonstratione, unde nam habetur uirtus infinita? potius habetur finita. nam licet sint formæ abstractæ, cum tamen moueant naturaliter, & necessariò; mouerent in nõ tempore; uel certè possent moueri; si fortè contendas, esse agentia libera, immo magisquam si essent in materia, quia nihil repaterentur, & ideo expeditius mouerent. Mitto plurima loca, ex quibus non reliquas modò Intelligentias, sed Deum quoque colligitur eum fuisse uirtutis finitæ. Sanè in 2. de cælo à textu 36. ad 40. motum cæli ostendit ita esse uniformem, ut neque ex parte mouentis, neque ex parte mobilis possit esse uelocior, aut tardior: at uirtus infinita posset multò uelocius, immo in instanti mouere. A textu uero 67. & deinceps eam ponit inter motores orbium, & ipsos orbes proportionem, ut in textu 71. iuxta uersionem præsertim Commentatoris, dicat, uel unica stella addita cuiuspiam orbi, uel innum orbem fore in labore, ut inferiores orbes raperet. Ac demum in 12. Metaphys. textu 44. ordinem, nobilitatem, & uirtutem motricem intelligentiarum, uult totum peti ex ordine, & mobilitate orbium, quos mouere debent, ut tãtam omnino habeat unaquæque uirtutem, quantã orbi mouendo est necessaria. Neque in ea demonstratione, quæ obijcitur ex sempiterno motu probatur uirtus infinita, sed immaterialitas, impartibilitas, incorporeitas, & abstractio à materia, ut apparet ex tex. 86. octaui libri Phys. Huiusmodi autem uirtus abstracta potest infinito tempore moueri, quàmuis sit finita: quoniam mouendo non mouetur per accidens, nec repatur, & ideo non fatigatur, ut in textu 52. antea deduxerat.

Sextus locus (ait Canus) eodè etiã libro, ubi (ut mihi quidem (inquit) uidetur) 6. Obiectio Dei prouidentiam, præmiaque & supplicia, quæ probos & improbos in futura uita manent, fabulas esse significauit, gratia vulgi continendi in officio confictas. Reliqua (dicit) fabulosè iam sunt allata ad perſuasionem vulgi, atque ad uilum

Sextus locus (ait Canus) eodè etiã libro, ubi (ut mihi quidem (inquit) uidetur) 6. Obiectio Dei prouidentiam, præmiaque & supplicia, quæ probos & improbos in futura uita manent, fabulas esse significauit, gratia vulgi continendi in officio confictas. Reliqua (dicit) fabulosè iam sunt allata ad perſuasionem vulgi, atque ad uilum

Sextus locus (ait Canus) eodè etiã libro, ubi (ut mihi quidem (inquit) uidetur) 6. Obiectio Dei prouidentiam, præmiaque & supplicia, quæ probos & improbos in futura uita manent, fabulas esse significauit, gratia vulgi continendi in officio confictas. Reliqua (dicit) fabulosè iam sunt allata ad perſuasionem vulgi, atque ad uilum

Sextus locus (ait Canus) eodè etiã libro, ubi (ut mihi quidem (inquit) uidetur) 6. Obiectio Dei prouidentiam, præmiaque & supplicia, quæ probos & improbos in futura uita manent, fabulas esse significauit, gratia vulgi continendi in officio confictas. Reliqua (dicit) fabulosè iam sunt allata ad perſuasionem vulgi, atque ad uilum

Solutio.

INTELLI  
GENTIAS  
quæ sunt su  
pra Cælum  
opt. uitam  
degunt.  
Tex. 78.  
5. Obiectio  
Cani.

Solutio.

le-

legum, utæque humanæ utilitatem. Ecqua enim (rogo) illa sunt ueteribus tradita, in quibus hæc imbo conueniant, ut sint ad usum legum, & ad uitæ humanæ utilitatem tradita, nisi ea, quæ nos explicare uoluimus, Aristoteles noluit, ne proborum hominum, eorum vel maximè qui Reip. curam gererent, inuidiam sibi odiuq; conflaret? Nam quod Aristoteles Deo humanarum rerum prouidentia adimat, maxima auctoritate Theologi affirmant, Clemens Alexandrinus libro quinto Stromatû, & Epiphanius tertio libro aduersus hærefes, cap. ultimo. Quos autem locupletiores auctores quærimus, quàm Sanctos, in Græcorumque doctrinis apprimè versatos? An ne ipsius etiam Aristotelis de se testimonium expectamus?

Caetan. 2. 2. q. 3. 6. ar. 2.

Nimirum 12. Metaphys. lib. uerbis artificiosè excogitatis, ne in hoc etiam à more suo discederet, absurdum esse docuit, Deum de quibusdam intelligere, quod præster non uidere aliqua, quàm uidere. Vbi nõ dixit, absurdum esse, Deum quædam intelligere; sed de quibusdam intelligere, aut meditari; ut uetus Interpres reddidit. Ut non tam simplex rerum uilium intelligentia, quàm prouidentia earum, & cura significaretur. Sentit itaque Deum magna curare, parua negligere. Atq; in libello de Mundo (si modò eius est hoc opus) Deum facit similem magno Persarum Regi Xerxi, uel Cambyfi, uel Dario, qui ipse per se maxima, & pulcherrima Regni obeat munia, minora & sordida mandat aliis: Ac decimo Ethicorum libro, Quod si Dij (inquit) curam habent aliquã humanarum rerum, quemadmodum existimatur, & creditur, rationabile est, eos amantibus mentem, honorantibusque fauere, tamquam rerum sibi charissimarum curatoribus, ac bene agentibus. Nota, ut existimatur, & creditur, &c. Iam Diogenes Laertius a peritè tradit, Aristotelem Dei prouidentiam ad cælestia usque perstringere. Iam quod libertatem Deo in naturæ rebus Aristoteles neget, uiri docti & graues in magnis argumentis suadent, ut superuacaneum sit, eas hic à me rationes repeti, quas in promptu est ex illorum libris cognoscere. Certè ubi de Mundi æternitate, uelis, equisque (ut aiunt) cum Platone certat, si naturæ auctorem liberum faciat, ridiculus esse uideatur. Quid de indignatione ob prospera impiorum euentu, quæ ad bonos mores pertinere secūd o Rhetoricorum libro affirmat? Quid quod septimo Politicorum libro præscribit, nihil mutilum & imminutû, orbatumq; natura educadum: scilicet ne nimia filiorum multitudine, res sua illa publica formam speciemque congruentem amitteret? Propter quam etiam causam præuertendos foetus existimat, abortumq; ante animationem faciendum. Quid de animarum infinita multitudine? quam admittat necesse est, ne in Pythagoræ μεταμύωσι incident? Illa uerò admittit, cum infinita corpora esse non posse existimet, demonstratum resurrectionis articulum non admittet. Quid quod duo principia Aristoteles poluit, Deum, & materiam: nec enim rerum creationem ex nihilo agnouit. Cuius quidè rei testes non mediocres, sed haud scio, an grauissimos, Clementem Alexandrinum, Epiphaniuq; , lector, noli contemnere. Hæc Canus: qui sanè in hoc non iniuria inuehitur aduersus Aristotelem: malè enim semper apud ueteres Christianos is Philosophus audiuit, tamquam de Diuina prouidentia malè sentiret; nec apud Clementem modò & Epiphaniu, quos Canus citat, sed apud Eulebiu quoque libro 15. de Præparatione, cap. 4. Nyssenum libro de Prouidentia, cap. 3. Theodoritum libro 6. de curandis Græcorum affectionibus, & in Epitome Diuinorum Decretorum, cap. de Prouidentia; Nazianzenû oratione prima de Theologia; Origenem libro primo contra Celsum; Athenagoram oratione pro Christianis; Ambrosium libro primo de officiis, cap. 13. Cyrillum Alexandrinum libro 2. contra Iulianum, & celeberrimi eius Interpretes contentiunt; Alexâder in libro de Prouidentia; Auerroes duodecimo Metaphys. com. 37. & 52. & Tractatu quarto Metaphys. capite ultimo.

Quæ uere obicienda sunt Aristoteli. Aristoteles malè de Diuina Prouidentia sentit.

PATRES qui Aristotelem accusarunt eius criminis.

Alios præter Canum Aristotelis notasse.

Atqui perniciosissimum alij esse addunt, quod Aristoteles dixerit, nihil immutari, uariarive in Natura. Monstraq; unius ipsius materiæ defectu cõtingere. Quo sanè tolluntur opera omnia Dei mirabilia, præterita, futura, quæque siue contra, siue

siue præter naturam accidunt: quamquam & secum ipse Aristoteles pugnauerit, qui librum scripserit *Θαυμασιῶν ἀνωστέρων* hoc est de auditionibus admirabilibus: quibus fatetur, Terram tamquam grauiorem debuisse omnino aquis contegi, sed partem extitisse resectam, ob animantium terrestrium uitam, & aereorum. Quæ sanè hominis confessio Diuinam (uelit nolit) testatur omnipotentem prouidentiam; quæ cum terram super aquis fundauerit, posuit terminos aquis, ne transirent terminos suos; ut Diuina Diuinitus habet Scriptura. Nam et si plerumque in maris profundo subsidat terra, cum tamen naucleri altius ad Oceanum euehantur, nihil iam terræ iacto bolide inueniunt, sed cernunt ad maris marginem Oceanum ipsum quasi elatum montem. Hæc igitur illi: Ut alia pleraque taceam, quæ Cardinales Alliacensis, Bessarion, & reliqui aduersus Aristotelem disputarunt.

Alliacensis Cardinalis Bessarion ite scripserit ad uerfus Aristotelem.

ARISTOTELIS PHILOSOPHIAE  
patroni quid pro Aristotele dicant.

Caput XIX.

**C**ETERVM qui Aristotelis solent esse patroni, fatentur quidem, eum sapenunero obscure, aut ambigue locutum; sed ijs tantum in locis id fecisse, in quibus non satis compertum habebat, quid statuendum esset, quidve ijs, quæ ipsi contra occurrebant, respondendum uideretur. Quod ideo (inquiunt) uidetur fecisse, ut occasionem alijs daret eiusmodi res melius discutiendi, simulque eorum declinaret reprehensionem, quam homo cautus, & minimè contemptor gloriæ metuebat. Nec uerò calumniae uitij arguendum esse Aristotelem, quod læpè non ad sensum aliorum, sed ad uerba argumentetur: id enim facere, quoniam illorum philosophandi rationem non probat, qui sibi solis loquuntur, ut ipse scribit libro tertio Metaphysicorum, & fabularum, ænigmatumve integumentis, aut dictionis obscuritate & insolentia (ut paulò ante dictum est) Philosophiæ ueritatem occultant. quod tribus de causis non uidetur faciendum. Vna, quia Philosophiæ munus est quærere: causas patentium effectorum, ut ipse docuit primo libro Metaphysicorum. Vnde fit, ut quemadmodum effecta sunt manifesta; ita etiam causæ manifestè tradendæ sint. Altera, quia in Philosophia non alia ueritas quæritur, quàm quæ per se nota est, aut ex per se notis deducitur: siquidem in his posita est omnis perfecta cognitio, ad quam naturale sciendi desiderium adspirat. Tertia, quia occultario ueritatis sub tegumentis fabularum, & ænigmatum, dictionisque obscuritate, nihil aliud est, quàm occasio errorum, aliter atque aliter interpretantium: quæ præberi non debet à Philosopho, cuius finis est ueri cognitio, & boni adeptio. His de causis consuetuisse Aristotelem resellere multorum Philosophorum dicta, non quod in sententias eorum inuehatur, quæ magna ex parte fuerunt sanæ, aut saltem longè probabiliore, quàm ut ipse eas interpretetur: sed quia ut ipsi displicet ea philosophandi ratio, sic operæpretium ducit illam e Philosophorum scholis explodere.

Eustrat. 1. Eth. c. 6. & B. Tho. 3. Meta. lect. 11. & 1. de Cælo, lect. 22. & 1. de Anima, lect. 8. & alibi sæpè. Aristot. 3. Meta. c. 4. tex. 15. Aristot. 1. li. Meta. e. 7. tex. 44.

Addunt, non solum de naturalibus, uerum etiam de Diuinis rebus plura scripserit Aristotelem, quæ si extarent, neque uerò interiissent, dilucidè uiri doctrinam, & piam, & reconditiorem, quàm umquam ceteri antea præstitissent, cerneremus: Namque (aiunt) Laertius refert, scripserit Aristotelem plures alios libros de Philosophia, qui ad nos non peruenerunt. Cicero in primo libro de Natura Deorum, quædam de Diuinis rebus citat ex Aristotele in tertio libro de Philosophia, nomine tertij, quæ in libris Metaphysicorum non habentur.

1. Meta. c. 2. 1. tex. 3.

Laertius in Aristot.



Euseb. li. 11. ca. 1. & lib. 14. cap. 7.

In his est Iustin. Martyr in Oratione Paraherica ad Genes.

Carpentarius in eodem libro.

Thomas Opusc. 16. sectione. 1.

In secundo etiam libro videtur argumento Aristotelis ad Diuinam Prouidentiam confirmandam; quod in libris, qui extant, non legitur. Eusebius quoque Casariensis libris vndecimo, & quartodecimo de Preparatione Evangelica, inserit quedam fragmenta libri septimi, & octavi de Philosophia Aristotelis, & alia alibi ex eodem auctore citat, quæ etiam ad primæ Philosophiæ doctrinam pertinent, non tamen reperiuntur in libris Metaphysicorum. Afferunt porro librum de Mundo ad Alexandrum, qui si ab Aristotele editus est, ut quidam boni auctores existimant, satis indicat, Aristotelem multa de Diuina Natura, de beatis mentibus, de prouidentia, de animorum immortalitate, & alijs huiusmodi rebus fufius scripsisse, quæ in aliud quasi compendium, faciliori, & gratiori stylo, prætermiffa etiam disputationum molestia, in gratiam Regis collegit. Non defunt quoque ex recentioribus, qui verifimile putent, libros quattuordecim, qui de secretiori parte Diuinæ sapientiæ secundum Aegyptios, inscripti sunt, & ex Græco in Arabicum primò conuersi tempore Leonis Decimi, in Bibliotheca Damascena inuenti referuntur, Aristoteli esse adscribendos: qui si ab eo conscripti sunt (quod sanè verum non iudico) nihil iam reperiri posse existimant apud Platonem ex Philosophia exterhorum desumptum, quod accuratiùs etiam ab Aristotele traditum non sit. Atque hos libros, suspicantur ijdem, significasse B. Thomam in opusculo De unitate intellectus, contra Auerroem; cum testatur, se uidisse quattuordecim libros Aristotelis de substantiis separatis, nondum in Latinum conuersos, qui continerent explicationem multarum quæstionum de Deo, & Anima rationis particeps; quæ in Physicis, ac Metaphysicis non uidebantur explicata.

QVID REVERA DE ARISTOTELE sentiendum sit. Caput XX.



AE C igitur cum vtrique afferantur, planius dicendum est quid reuera de Aristotele sit sentiendum, quæve ratio eius doctrinæ; quæ item adhibendæ siue cautiones, siue correctiones sint; Addo item, quæ adiumenta possint afferri, ut tanti viri laboribus Christiana possint ingenia fructuosius vti absque noxa.

Et sanè primùm illud pro certo habendum est, vniuersæ Philosophiæ tractationem, & methodum intra proprios cancellos, & quasi fines accuratiùs, & breuius eum redegisse, quam ceteri antea fecerant. Quo nomine delatam ei iure primam inter ethnicos Philolophos palmam, hancque fuisse potiorem causam, cur Christianæ Academiæ eundem præ alijs ordinem in tradendâ Philosophia sequuti fuerint: quippe sparsa cum collegisset, hæc congesta cum digessisset, confusaque plurima eum distinxisset, suo quæque loco in proprias disposuit classes, ut essent facilius ad manum. Accedunt, primò perspicax illa uis in multis rebus, quam Græci uocant ἀγχινοια ad rationum momenta, præsertim ad lubitantiâs separatas vestigandas: In Ethicis deinde, ac Politicis (quamuis & in finibus bonorum, & administranda Repub. non semper omnia dixerit ad normam) atque adeò in Poetica, & Rhetorica præclaræ, si cuius umquam antea, præceptiones. At verò qui omnia eius placita de rerum natura opinati sunt eiusmodi fuisse, nihil ut certius esse possit, vehementer, ac toto cœlo (quod aiunt) errarunt. Errant etiam, & (plùs quàm dici facile possit) peccant, qui quum prælegendum Aristotelem sumunt, ea præstantur, quibus teneri adolescentum animi maiorem de Aristotele existimationem, quam de ipsa Christiana, & uera Philosophia, concipiunt; quam de ore præceptoris semel hauttam vix umquam ex illis aliquis eximat. Et tamen potiùs illud est præstandum, quod implet tantus demonstrationum flagitator

Errores eorum qui de Aristotele præstantur, quæ non debent.

A tor dixit in prima Philosophia, aciem mentis nostræ, ad manifestissimam naturæ, non secus, quàm naturæ oculum ad Solis lumen caligare.

Deinde monstrandū, (id quod etiam tritum est apud omnes Aristotelicos) nullam esse in Aristotelis libris scientificam demonstrationem quæ perfectissima sit, & omnibus numeris absoluta, itaque non esse ipsius doctrinam inconcussam, & ἀμειωμένην, licet acutam & accuratam. Secus porro Aristotelem de seipso locutu fuisse, quàm fecerint Aphrodiseus, Auerroes, & alij, dum illam nimis extollunt. Veritati enim ille vult, ut plùs detur, quàm homini cullibet: cumque ipse venatur alicuius rei abditam veritatem, quam sæpè dubitanter, verifimiliter, apparèter, mediocriter ea de re agere se se diserte inquit? Qualia illa sunt ex pluribus. Sed hæc solvere tentandum est, ait primo de Generatione. Et capite quinto, oportet dubitationis solutionem tentare inuenire seruantes. Et principio Meteororum, In quibus de quibusdam dubitamus, quædam verò attingimus quodammodo. Et capite octauo, Itaque etsi quòd appareat Cometæ causam recipimus, ut mediocrè, &c. & alia huius generis permulta. Peccari homini vehementer ab Aristotele, & alijs cum in Natura scrutantur, quæ occultauerit ipsa Natura, hoc est Diuina Voluntas, quæ est ipsissima omnium rerum Natura, ut inquit Augustinus; quo humilitatis iactò fundamento, roborantur ingenia, & (ut ita dicam) inualescunt, ne ab omni doctrinæ uento circumferantur. Itaque & errare potuisse Aristotelem intelligunt, humanique angustias ingenij in eo qui erat homo, (& quidem ethnicus) agnoscunt: Et angustiora eum potuisse principia, quàm ut inde plurima demonstrare potuerit. Mirandum etiam ut non sit, si interdum variauerit, ac tenelcenti (quod ferè fit) illuxerint, quæ priùs obscura fuissent. Sanè quum de videndi ratione ageret in libris de Anima, intrò nos, inquit, species admittere: in Problematis autem, foras mittere. De commixtione item prædicamentorum mixta esse fatetur in Categorijs, quæ in topicis negat. Dialecticam quoque alibi ait, materiam habere propriam, alibi nullam: Ut quod vel ex aliorum opinione etiam de Anima problematicè dicere visus sit, tum certius alibi asseruerit: Quamobrem si diutius vixisset, vel si nunc reuiuisceret post tot sæcula, quibus aliæ res innumeræ, ac propemodum alter orbis emerfit, multa esset correcturus, quæ contraria nunc experimur. Et sanè duorum fermè annorum millium spatij, quòd ferè ab morte Aristotelis, usque ad hoc tempora intercessit, maximum vsum, notitiamque rerum potuit afferre disquirentibus tot ingenijs, & Mundum peragrantibus tot viris, ut videlicet magna eluxerit veritas, & quibus in rebus Græci, Arabes, & Latini consentire de doctrina Aristotelis nequiverunt, id iam intelligi potuerit accidisse ex defectu principiorum, erroreque hominis alioquin excellentis, & perspicacis. Et Hipparchus quidem, qui summi vir iudicij, & a Plinio Naturæ consiliorum particeps, & a Pto. Aristoteles Iomæo vir veritatis amicus φιλαλήθης vocatus est, non solum plura, quæ pertinebant ad cœlestes motus emendauit, verum etiam quum Chaldaicas obseruationes, atque Calippicas rationes cum veris & medijs syzygijs contulisset, primus è Græcis animaduertit κατάπτωσιν cursus Lunaris inter quattuor periodos Calippicas fieri, quippe qui Lunam duorum trientium diei suis temporibus præscas Calippi neomenias anteuertere sæpè animaduerterat. Itaque ait, ἡμῖς δὲ μάλιστα μὲν ἔροιτο μὲν ἀεὶ ἀπομέναις ἐν τοῖς ἐπίεσι, δοῦναι κενεῖν ( hoc est, Methon, & Calippus ) τὸν δ' ἐπ' αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῆς πᾶσι τῆς ἀρχῆς ἐλαττον ἐπιλαμβάνοντα μάλιστα μέγιστος μάλιστα ἡμέρας ὡς ἐν τοῖς πᾶσι ἐπιπνίοντες ὅσον μὲν τὸν μετανοήμενος πάντες, ὅσον δὲ τὸν κἀλιππον ἡμέρας μίαν. ac tamen cum nouilunium cum æquinoctio coniungens ἀεὶ ἀπομέναις ἰσημερίας, καὶ σὺν ἡμερῶν, eadem esse existimasset, falsus est, quum in 304. annis non solum Lunam, sed & æquinoctia uno die præscas sedes anni Iuliani anteuertere sit deprehensum. Sic & Philolai, & Democriti. ut & Oenopidæ, & Aphrodisi fallaces anni, cycliq; fuerunt. At & Philo-Romani, & Iulij Cæsar, licet Sofigenis opera diligentissimè annum correxit, & Ptolometus ipse, qui Adriano Imperatore uixit, deinde etiam Albategnius Ara- gnus.

Quid monstrandum de ipso Aristotele.

ἀλλὰ τῶν περὶ τὸν λυγρὸν δὲ τῆς ἀπειρίας ἀποδοχῆς ἐστὶν ἡ δόξα.

ὁ δὲ ἀπὸ τῆς ἀπειρίας ἀποδοχῆς ἐστὶν ἡ δόξα. Variatio in opinionibus Aristotelis.

Aristoteles si reuiuisceret plura corrigeret, & cnr.

Hipparchus ἐν τῷ ἀεὶ ἀπομέναις ἰσημερίας.

Cæsar & Sofigenes Ptolomæus Albategnius.



Alphonſus Hispaniæ Rex.

Zodiaci partes, & signa mutarunt locum.

Prolo-mæus noluit, ut ſuis hypotheſibus ſides omnino haberetur.

Cur Deus initio noluerit omnia patere, quæ in Mûdo deinceps apparent.

CVR ARISTOTELE tantû a Deo ingenium fuit conceſſum.

ARISTOTELES minus excuſandus, quàm Plato.

bs, denique & poſteri omnes, etiam Alphonſus Hispaniæ Rex, qui Mathemata Regijs ſumptibus illuſtrauit, ac penè quicumque excellentes uiri fuerunt, in anat quantitate nouas ſemper notitias, procedente tempore, haulerunt, & Chaldæi, qui mille & quingentos annos in hiſce ſtudijs poſuerunt, orbis tamen octauum, ſicut Prolo-mæus trepidationis, motum ignorarunt. Cum uero Zodiaci partes, & ſigna mu-taſſe locum ſapientes uiderint, nemo non intelligit, quàm incerta fuerint, quæ tunc ipſi tamquam oracula fundebant. Quamobrem & ipſe Ariſtoteles, ſi Oceani cir-cum qua que Terram ambientis ambitum decurrifſet, uidiſſet autem alia, quæ an-tiquiſſimis ignota, nouam (ut diximus) huic ſæculo plurimarum rerum lucem ſup-peditarunt; ecquid putamus diceret nunc, aut quomodo lituram induceret in ple-raque eorum, quæ ſuis ſcriptis conſignauit? Sanè & pleraque demeret, & adde-ret, quæ prædicta de Chriſto Domino in uniuerſum Orbem peruaſere, pugnis tun-deret peccatus, ſeſeque (niſi perdita ſuperbia intumefceret) ſub iugum Diuinæ ſapi-entiæ deiiceret, ut & cum Paulo inſclamarer: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, et inueſtigabiles uiæ eius. Ceterum ſuo nomini Ariſtoteles rectè conſuluifſet, ſi quemadmodum Pro-lo-mæus noluit, ut ſuis nos hypotheſibus addiceremus; ſi quâdo, ait, à tẽpore, cuius filia eſt ueritas, ueriores aliæ oſtenderentur: ſic ipſe ingenuè pronunciaſſet, nolle ſe principiis ſuis prorfus credi, cum & mentibus aliquando tenebras offundant, & uerò aditum præcludant ad pietatem: multa que poſſint emergere, quæ adhuc ipſam ueritatem reddant ſplendidiorem. Sanè uerò cum præter ſublunarium re-rum generationem; & conſeruationem, quæ à cæleſtibus motibus pendent, alia ex alijs Deus ex ingente illa ſua penu, pro Mundi captu, deprompſit, ſi cum pri-mum facti ſunt cœli, cuncta nobis patuiſſent, conſuetudine uiluiſſent, uel torpuiſ-ſent ingenia; uel altiùs hæſiſſet in multorum animis, qui ſoli ſapere uiderentur, labes illa pertinax, æternum fu iſſe Mûndu, numquam interiturum: agere Deum neceſſario: & quæcunq; plurimi ex Ariſtotele combiberunt; ex quibus Deum co-gnoſcentes, non ſicut Deum gloriauerunt. Ceterum non negauerim, quid- quid ingenii uiro huic Philoſopho datum eſt (ad menturam tamen) à Deo id fa-ctum, ut cui multum fidei ab ethnicis, ac perfidis adhibitum iri proſpiciebat; id ad eorum errores euincendos ( præcipuè non ſolum ſacris fidei regulis, ue-rum etiam ueræ Philoſophiæ rationibus correctum) eſſet ualiturum. Porro in quibus errauerit Ariſtoteles, fortè minus excuſandus eſt quàm Plato: quod & Platonem tam diu audierit, ac tanto præſtans ingenio etiam tum Iudæis, apud quos ueritas integra tunc erat, uerſatus ſit. Quare niſi æſtu humanæ gloriæ à ue-ritatis firmitate, tamquam à litore abripi ſe permiſiſſet, multò plùs luminis & ue-ræ Philoſophiæ percipere potuiſſet. Clearchus enim Peripateticus, quemadmo-dum dictum eſt ſupra, in primo libro de Somno dicit ſe noſſe Iudæum quendam grauiſſimum, non ſolum eloquio, uerum etiam animo, cum quo uerſatus eſt Ari-ſtoteles.

PARTITIO

A PARTITIO LIBRORVM ARISTOTELIS EX AMMONII  
& Simplicij eius Auditoris ſententia in Prolegomenis Predi-  
camentorum. Caput XXI.



ARISTOTELIS librorum alij fuere particulares, ut Epistolæ: alij uniuersales, ut Phyſica: alij mediij, ut Politici, & hiſtoria animalium. Rurſus harum omnium alij hypomnematici, alij ſyn-tagmatici; quorum alij vnus ſpeciei, quotcun que de uno theo-remate ſcripſit; Alij uarij quotcun que de pluribus. Syntagmaticorum uerò alij ex propria perſona, & Acroamatici, Dialogi-ci, Exoterici. Horum rurfus alij Theoretici, & Contemplatiui, ut Phyſici, Ma-thematici, Theologi: Alij præctici, ut Ethici, Oeconomici, Politici: Alii deniq; Organici, ueluti ij, qui ante methodum, de que ipſa methodo eſſent, & de iis, quæ ad methodum conferrent.

Partitio altera ex alijs.



EORVM qui extant (Nam quos Laertius numerat, ij interie-runt magna ex parte, neque ijs, quos habemus, omnino respon-dent) ordines, ſiue genera ſunt ſex. Logici, Naturales, Meta-phyſici, Mathematici, Politici, Philologi: reliquos extra or-dinem appellant. Ex genere itaque Logico quindecim habemus. *κατηρομένων*, Prædicamentorum. Vnum *περί ἐπιμύθιας*, De Inter-pretatione. Vnum *ἀναλυτικῶν προτέρων*, Reſolutiuorum priorum. Duos *ἀναλυ-τικῶν ὑστέρων*, Reſolutionum poſteriorum duos. *τοπικῶν*, Topicorum, octo *ἐπιγ-κων*, Redargutionum, vnum.

LOGICI  
NATURA  
LES  
ΜΑΤΑΡΗ  
ΣΙCΙ ΜΑ-  
ΤΗΜΑΤΙCΙ  
ΦΟΙΛΟΛΟ-  
ΓΙCΙ.  
alii extra  
ordinem.

Ex genere uerò naturali ſeptuaginta quattuor. *περί φυſικῆς ἀκροάσεως*, De na-turali auſcultatione, octo. *περί οὐρανοῦ*, De Cœlo, quattuor. *περί γένεσεως, καὶ φθο-ρας*, De Generatione, & corruptione, duos, *μεταωρολογικῶν*, De Sublimi-bus, quattuor. *περί κόσμου*, De Mundo, unum. *περί ψυχῆς*, De Anima, tres. *περί αἰσθησεως καὶ αἰσθητῶν*, De Senſu, & ſenſibilibus vnum. *περί μνήμης καὶ τῆς μνημον-εως*, De Memoria, & meminisse, vnum. *περί ὕπνου καὶ ἐγρηγόρευσεως*, De Somno & vi-gilia, vnum. *περί ἐνοπνίων*, De Inſomnijs, vnum. *περί τῆς κατ' ὕπνον μαθητικῆς*, De Diuinatione per ſomnum, vnum. *περί ζώων κινήσεως*, De Animalium motu, vnū. *περί μακροβιότητος, καὶ βραχυβιότητος*, De Longitudine, & breuitate uite, vnum. *περί νεότητος καὶ γήρατος, καὶ ζωῆς, καὶ θανάτου*, De iuuentute, & ſenectute, morte, & uita, vnum. *περί ἀναπνοῆς*, De reſpiratione vnum. *περί ζώων πορείας*, De Animalium ingreſſu, vnum. *περί πνεύματος*, De Spiritu, vnum. *περί ζώων γένεσεως*, De Ani-malium generatione, vnum. *περί ζώων μερῶν*, De animalium partibus, Quat-tuor. *περί ζώων ἱστορίας*, De Animalium hiſtoria Decem. *περί χρωμάτων*, De co-loribus Vnum. *περί φυſιογνωμικῶν*, De Phyſiognomicis vnum. *περί φυτῶν*, De Plantis vndecim. Metaphyſici uerò generis; *τῶν μὴ τὰ φυſικὰ*, Eorum quæ poſt naturalia, tredecim. Mathematici autem duo. *μηχανικῶν*, Mechanicorū vnum. *περί ἀτόμων γραμμῶν*, De Inſecabilibus lineis vnū. Politici uerò generis: ſcilicet *πολιτικῶν*, triginta. *οἰκονομικῶν*, Ciuiliū octo. *ἠθικῶν νικομαχείων*, Ethicorum Nico-machiorum decem. *ἠθικῶν μεγάλων*, Ethicorum magnorum duos. *εὐδημίων*, Eudemiorum ſeptem. *περί ἀρετῶν*, De Virtutibus, vnum. Philologi uerò ordi-nis, quinque. *ρητορικῶν*, Rhetoricorum tres. *ρητορικῶν πρὸς Ἀλίξανδρον*, Rhetorico-rum ad Alexandrum, Vnum. *ποιητικῶν*, Poeticorum Vnum. Extra uerò ordinem quos in ea duos habemus; *προβλημῶν*, Problematum triginta octo. *περί θαυ-μασίων ἀκουσμάτων*, De mirabilibus auſcultationibus vnum. *περί Ξενοφάνους*, De Xenophane, vnum. *περί Ζηνῶνος*, De Zenone vnum. *περί Γοργίου*, De Gorgia. vnum. *περί Νεῖλου*, De Nilo vnum.

Franciscus autem Patricius, qui Tomos quattuor Discussionū Peripateticarum A edidit, quibus Aristotelicę Philosophiæ uniuersam historiam atque dogmata cū ueterum placitis collata, proposuit; tertio libro prioris Tomi multus est, & accuratus in ea disquisitione; quarto autem libro eiusdem Tomi totus est in diiudicatione librorum Aristotelicorum, quos postea octauo libro per genera, & nono in singulis generibus distribuit.

RATIO GENVINI SENSVS ERVENDI EX

Aristotelis dictis. Caput XXI.



ORRO ad eruendum ex Aristotele genuinum sensum, tria commoda sunt. Alterum si per Aristotelem Aristoteles curetur intelligi: Cui rei fert opem sedulitas in sententiis ipsius inuicem conferendis: eo iudicio, ut quę physicę locutus est, distinguantur ab iis, quę meta-

VEALDINVS BANDINELLVS.

IOANNES BAPTISTA BERNARDVS.

Peculiare studium in Aristotele uersando utilissimū. Gręci Aristotelis studium.

Aristotelis aureum flumen eloquentiæ.

QVINAM uerterit Aristotelem.

ARISTOTELIS nō fuit uerborum prodigium.

FRANCISCI DEVAII liber de particulis Gręci sermonis.

LIBRI Aristotelis qui nam primo essent legēdi.

Serabo. Plutarchus Diogenes.

multos ante annos, laborem hunc Vbaldinus Bandinellus, qui Apparatum sententiarum ex uniuerso Gręco Aristotele collegit utiliter. At quoniam is liber non est in lucē editus, qui tamen hodię in Vrbe asseruatur in Bibliotheca, quę Cardinalis est Sfortiæ; ideo Ioānis Baptista Bernardi Seminariū totius Philosophiæ Peripateticę huc faciet; de quo dictū est supra, cū de Platone loqueremur. Et tamē ipsum uniuersumque peculiare studium in ipso Aristotele uersando, & ad suos locos redigendo, mirificę iuuabit ingenia; mentemque eius Philosophi magis aperiet. Alterum est, Gręcum Aristotelis Gręci studium. Ut enim elegantissimē, atque aptissimē scripsit, ubi præcipuē intelligi uoluit: quo nomine Cicero aureum uocat Aristotelis eloquentiæ flumen: sic idiomatis illius cognitio, crebraque tractatio lumino præsidio est, non solum ad declinandas barbaras spinositates, quas in eum Interpretes quidam intulerunt; uerum etiam ad re ipsa intelligendum auctorem, qui habendus est præ manibus. Nam licet Boetius, Hermolaus Barbarus, Argyropylus, Leonardus, Trapezuntius, Gaza, qui libros de animalibus uertit, Ioachimus Perionius (quamquam in hoc notata sunt aliqua minus sapientia mētem Philosophi) alijque cum laude uerterunt Aristotelem; ipsū tamen audire suo quasi ore loquentem, longē aliud est. Ut mittam, in minima Gręci sermonis particula (præsertim autem Aristotelis, qui non erat uerborum prodigium) miram insidere aliquam vim, quę uix alieno sermone se exerat: ut nempe quęque natio suos habet idiotismos. Id quod qui uelint penitus introspicere, perlegat, quę post Budæum typis tradita sunt Romæ à Francisco Deuario uiro certē linguę Gręcę scientissimo in libello, qui est de particulis Gręci sermonis. Tertium est, si Aristotelis libri facilliores, minusque obicuri primō adhiberentur aliquandiu, qui uiam iterarent ad difficiliorum sermonem assequendum. Rhetorici enim libri, atque Ethici & Politici, qui fermē Rhetoricis sunt cognati, tum qui de Animalibus scripti sunt, (quorum, ut ingens apud ueteres erat pretium, sic magna est ad uitam utilitas,) ac deinceps Problemata percurrī, uel adeo breuiter exponi uere cum fructu possent, antequam ad limina Philosophiæ Naturalis Iuuentus introduceretur; potiùs sanē, quàm in fabulis Poetarum, & quidem obscenis tam diu detineretur: à quibus cū illico in difficillimum auctorem, ignotisque uoces, & phrasēs incurrunt ingenia, mirum est, quantopere aut franguntur, uel retardantur; aut denique quantum fauces sunt negocij Præceptoribus, qui non tam Philosophi, quàm Magistri sermonis (& huius multiplicis, pro uarietate interpretum) dum necesse est, ut sint, uix non succumbunt oneri ac uitæ, si rem sedulo persequi uelint. Ac certe cum ad cōsultam Aristotelis obscuritatē accessisset altera illa fortuita obscuritas, quod eius libri cum uniuersa Theophrasti Bibliotheca ad Nilum quendam Scepsium, hominem rudem & illiteratum, mox ad Apelliconem Teium peruenissent, ex eis aliquot codicibus & conulis; deque Apellicone ab Sylla Dictatore empti fuissent,

A ac Tyrānio Grammaticus adhibitus, qui omnes in ordinem redigeret; fieri non potest, quin cum in multis iudiciū hic suum secutus a loco aberrauerit, interdum item alia inseruerit, antequam Andronicus Rhodius libros (ut fecit) euulgauerit. Ex ipsa ergo operum facilliorum Aristotelis tractatione multum subsidij capiunt mentes, si enixē operam dent (quod haud difficile negotio fieri potest) ut quasi ex suo eloquio manifestus euadat Aristoteles. Quin etiam pene necessarium hoc est: quoniam de plerisque illius libris exitit controuersia, num essent Aristotelis; qualis est, qui de Prædicamentis inscriptus est, de quibus Boetius disputat. De Analyticis autem quadraginta uolumina scribit Ioānes Philoponus inuenta esse in uetustis Bibliothecis; at è stylo, acumineque differendi, quattuor Aristoteli fuisse adiudicata, quę præ manibus sunt. Sed & in describendis Aristotelis libris quum Amanuenses plerumque errauerint (quod ferē fit) ex unoque haud correcto codice, sexcenti alij eiusmodi, ac fortē cum multo pluribus erroribus, & ex his alij prodijissent in vulgus, intelligit quisque, nihil eruendo Aristotelis sensui adeo posse conducere, quàm præter aliquam uerorum principiorum notitiam comparatā, ipsius eloquij interior cognitio; quando uoces animi sunt notæ, quę, quid sentimus, exponunt.

CONTROVERSIA de libris Aristotelis.

Vnde errores i libris Aristotelis.

DE ARISTOTELIS INTERPRETIBVS.

Caput XXI.

RAETER eos, à quibus dixi Aristotelem è Gręco Latinum factū, non defuere, qui uerterunt aut totum, aut eius librorum partem in semilatinam, ne dicam barbaram, & in Chaldæam, & in Arabicā, in Italicam quoque, ac forsitan alias linguas. Quo in negotio grauissimum damnum passa est interioris philosophiæ, artiumque omnium cognitio. Aristoteles enim qui (ut dictum est) ob concisam rerum tractationem, ac denique ob librariorum describentium indiligentiam, erat obscurus atque reconditus, factum est, ut quasi uinum, licet optimum, in aliena impura dolia translaturum, amitteret vim naturam, ac ferē cum forma saporem. Et sanē phrasēs, & schemata, figuręque omnes, quę erant in Gręco sermone elegantissimæ atque aptissimæ, ad Latinum, Arabicumque idioma repugnantes pertractat, incertum edidere sonum, atque sententiam: ut plus iam de uerbis, quàm de rebus istis orta sit quæstio. Inde nempē tam multiplex terminorum confusio peperit illa monstra, quę secuta sunt ex permixtione illa linguarum, Rege Nēbroto, qua imperia nec dari potuerunt, neque accipi, quum sese mutuo non intelligerent. Ac in Gręcis interpretibus, quod hi loquentes Aristotelis Gręci sensum facilius assequi potuerunt, plurimumque ideo illis tribuendum sit, hoc commodi est; ut si ipsi propria linguā legantur, notiones rerum liquidiores in mentes transfundant. Sed quoniā & hi Latine redditi non usquequaque omnes saporem redolent suum, nequeunt ingenis tantam operam afferre, quantam sine dubio afferrent sua in lingua perlecti & intellecti. Accedit, quod cum pleraque in iis sint, in quibus cum Christiani non essent, procul ab uera Philosophia aberrarunt, eadem illa magno pietatis pretio secernēda essent, aut prænotanda, ne aliquam ingenis labem in perniciem aspergerent. præterquam quod Christianæ uirtutis ac fidei maiestatem haud deceret, ut è cathedris Academicarum Interpretes ij prælegerentur, & hoc nomine celebres haberentur, qui cū hostes acerrimi fuerint Christianæ Religionis, rectē item sensisse putantur aliquādo in iis, quę aduersus Christum Dominum impiē effutiuerunt. Eiusmodi est Isagoge Porphyrij ab Christianis scholis ableganda, de Christianis pessimē meriti, ac plura tradentis improprie, superuacane, prolixę, cum sane ex ipso Aristotele breuior & accommodatior colligi possit: nisi si quis plus in Prolegomenis, & Introductione ad Logicam, temporis uelit terere, quàm necesse sit. Cū autem sint, qui dum Aristotelem uersant, non solum manus, animosque admoueant Porphyrianis, uerum

Vnde passa grauissimum est damnum Philosophiæ.

Ex terminorum confusione quę nam monstrata.

GRÆCÆ INTERPRETES cur præferendi: ac tamen quid est in iis cauendum.

PORPHYRII Isagogę è scholis ableganda.



CAVETIO in Platonis Interpretibus.

ASTVS DAN MONVM in fallēdis hominibus. Aliq. Interpretes Aristotelis caute tradidi. De Auerrois, & aliis Philosophis.

De Auerrois digressio.

Io. Baptista Bagolini.

Veriores Auerrois.

MANTINVS in emendata Auerrois uersione sit spectus.

verum etiam Apuleij, Plutarchi de Deo Socratis; Iamblichi, Michaelis Pfelli, & A  
 istiusmodi aliorum scriptis; præcaueant, quibus veritas, & Deus ipse sunt cordi, ne  
 sensim in ea delabantur, è quibus difficillimè egredi profint incolumes. Multa  
 enim ab illis falsa prodierunt de rebus spiritalibus; quòd Dæmones, quos ij con-  
 sultabant, aut quorum mendacia collegerant, plurima de se, de què Angelis men-  
 titi sunt, a ceteris tum sua superbia, tum furenti cupiditate fallendi homines, ac quòd  
 Satanus (non mentiente vniquam Christo Domino) mendax est, & pater menda-  
 cij. Hinc optimum consilium est, vt quoniam etiam qui Christiani ac Græci fue-  
 runt Interpretes, aliquando nimis in conclaue Philosophiam admiserunt, propte-  
 rea magno cum delectu, & istos legant: toti verò in eo sint, vt oppugnent, & ad eò  
 expugnent, sicubi Christianæ veritati aduersantur, sicquè Philosophiam expli-  
 cēt, vt veræ Theologiæ ancillari, & subseruire faciant. In quo certè patet campus B  
 (si quis Dei sensus est in præceptoribus) in octauo libro Physicorum, in libris de  
 Coelo, de Anima, & Metaphysicæ patentissimus: Auerroem porrò, & alios Philo-  
 sophos sic legant, & afferant, vt ne partiri videantur Sectam Auerroistarum, Se-  
 ctam Græcorum, Sectam Latinorum, nec ipsi harum sectarū alicui se vel suos ad-  
 dicant, sed singulorum per se sententiam exponant, & ubi prauè sentit Auerroes,  
 Aphrodiseus, Philoponus, & alij, inde sumant occasionem deserendi eam auctori-  
 tatem: atque id potiùs solido ad pietatem pectore, atque argumentis, quæ habe-  
 mus ualidissima, quam conuiciis, faciant. At si quando rectè dixerint: id sine eo-  
 rum laude defendatur. Ne uerò auditores erga Auerroem, aut reliquos eiusmo-  
 di afficiantur, ostendant, vnde id depromserint. quod sanè facile fuerit, si, quod  
 obseruatum est supra, vbi de Philosophia generatim actum est, ad memoriam, C  
 usumque reuocetur. Quin etiam ne publicè legant Auerrois Digressiones, tamquā  
 separatam aliquem tractatum Philosophorum, sed eius opinionem tantum refe-  
 rant in ordinariis quæstionibus; vt verò planius & rectiùs possit attendi, hunc non  
 esse alijs Philosophis doctiorem, sed ex affectata obscuritate seu barbarie sibi au-  
 thoritatem parasse apud multos; neminem attentius res ponderantem lateat, qua-  
 draginta ante annos ab ijs, qui solebant Auerroem miris celebrare laudibus, legi  
 solitum mendis scatentem, barbarè uersum, confusum, intricatissimum, obscurissi-  
 mum: vt qualia essent ingenia agnosci possint, quæ istiusmodi spinetis delectarentur:  
 quum tamen tot essent perspicui Interpretes saltem priùs legendi: labore po-  
 steà Ioannis Baptistæ Bagolini Veronensis, qui cum dispèdio vitæ correctum ede-  
 re Auerroem studuit, effectum esse, vt Venetijs ederetur ab Iunctis anno huius D  
 sæculi LII. Sed cum ille partem uersionis ipsius expressisset à Iacobo Mantino  
 Iudæo, quam item antea Abraamus de Balnes, eiusdem perfidiæ alter, mendolam  
 & obscuram ediderat (id quod ipsimet Auerrois curatores non dissententur) labo-  
 rique suo deinceps absoluendo adhibuisset eos, qui Auerroem interpretati essent,  
 Leui Gherfonidem, Paulum Israelitam, Vitalem Nisium, Ioannem Bruyerinum  
 Campeium, Calo Calonymon, Ioannem Francicum Buranam, alioque ueteres  
 haud cognitos Auerrois enarratores mendis refertos, quos Sueslanus, & Zima-  
 ra, dum emendarent Auerroem, intactos reliquerant; hucque item præsidium ac-  
 ceruississet ex alijs eius farinae hominibus: ecquis tam stupidus sit, quin intelli-  
 gat, sic facilè Mantinum errare potuisse in Auerrois uersione, ut alii antea fe-  
 cerant, tot uerò eiusdem Interpretes, pessimè, neque Latine loquentes suppelle-  
 ctilem notionum & uocum tam disparatam inuexisse in animos legentium, ut nec E  
 Bagolinus iudicare de ijs, qui Arabicè non nouerat, nec ceteri emendare inemen-  
 data possent, quibus idem barbariei morbus in vilceribus hareret? ne quid dica-  
 de Iudæis velamen habentibus super cor, qui quum Diuinum Codicem, (Hebrai-  
 ce licet nolcentes, & Hebræi nati,) non nisi ad pessimum sensum distorqueant, mi-  
 nimum lucis assequi in Arabe vertendo, certè in uera Philosophia tradenda, po-  
 tuerunt. Quum uerò ante eos idem ipse Auerroes, mille iam & centum quinquaginta  
 annos natus post Christi Domini ortum, tot potuisset Diuinæ sapientiæ ora-  
 cula,

A  
 eulæ, miraculæ; uidisse, ac tamen perstitisset in perfidia sua impius; ecquid tantum  
 Christianæ mentes ex turbido impietatis cœno piscari selesse posse existimarunt;  
 quin multò certius fore damnatum ex eo perspicerent, quam beneficium? Accet-  
 sit autem ad hæc incommoda, etiam Arabica Aristotelis uersio deprauatissima;  
 quæ qualis fuerit, ex vno Metaphysices textu omnino lubet huc adicere cum ijs,  
 quæ ideò cordatus vir hoc de homine obseruatum reliquit. Is igitur sic. Dicer  
 aliquis, graue incommodum, sed ideo tolerabile, quòd adiuuamur bonis Interpre-  
 tibus, ac explicatoribus, ex Arabia vsque accitis. quibus tandem? uersione Ara-  
 bica, & commentarij Auerrois, quem Philosophi de nostra schola, qui post eū scri-  
 psere, ita sunt amplexati, ut penè auctoritate Aristoteli adæquarint: nec solùm qui  
 longo post interuallo vixerunt, sed qui illius quoque ætate; quòd factum est, & igno-  
 rantia meliorum, & admiratione mercimonij, lingua, & sensus peregrini: vt gratia  
 ei conciliaret apud primos nouitas, apud posteros ueritas; nomen est Commen-  
 tatoris natus homo, qui in Aristotele enarrando nihil minus explicat, quam eū  
 ipsum, quem suscepit declarandum. Sed nec potuisset explicare, quum esset hu-  
 mano ingenio, & quidem intra mediocritatem. Nam quid tandem? non cognitionem veteris  
 in Aristotele enarrando posset esse probe instructus? Non cognitionem veteris  
 memoriæ, non scientiam placitorum prisce disciplinae, & intelligentiam Sectarū,  
 quibus Aristoteles passim scateret. Itaque uideas, eum pessimè Philosophos omnes  
 antiquos citare, vt qui nullum unquam legerit, ignarus Græcitatibus & Latinitatis,  
 pro Polo Ptolemeum ponit, pro Protagora Pythagoram, pro Cratylo Democri-  
 tum: libros Platonis titulis ridiculis inscribit, & ita de ijs loquitur, vt vel cœco per-  
 spicuum sit, litteram eum in illis legisse nullam. At quàm confidenter audet pro-  
 munciare, hoc aut illud ab eis dici, & (quòd impudentius est) non dici: cum solos vi-  
 derit Alexandrum, Themistium, & Nicolaum Damascenum; & hos (vt apparet)  
 uersos in Arabicam puerissimè ac corruptissimè. Citat enim eos nonnumquā,  
 & contradicit, & cum eis rixatur, vt nec ipse quidem, qui scripsit, intelligat. Aristo-  
 telem uerò quomodo legit, non in sua origine purum & integrum, non in lacuna  
 Latinam deriuatum (non enim potuit linguarum experts) sed de Latino in Arabi-  
 cum transfusum. In qua transfusione, ex Græcis bonis facta sunt Latina non bona  
 (vt ille dicit) ex Latinis uerò malis Arabica pessima. Sed vt liquidò ostendā,  
 qualis sit Arabica interpretatio & expositio Commentatoris, locum vnum pro  
 sexcētis millibus adferam: nam alia permulta facilè quisque per se inuenerit, quæ  
 D  
 ego super sedeo attingere, ne sim iusto prolixior in re præsertim, quæ patefactis  
 linguis & cognitione totius antiquitatis apertior posthac erit plerisque. Libro er-  
 go Metaphysices primo, textu (sicut ipsi loquuntur) commenti quinti, Aristotelis  
 opiniones priorum de principiis naturæ examinantis hæc sunt uerba: *μὴ δὲ τὰς  
 ἀληθείας φιλοσοφίας ἢ πλάτωνος ἐγγύς παραματῆται, τὰ μὲν πολλὰ τοῖς περὶ τὰ φυσικὰ τοῦ-  
 τοῖς ἀπολογουμένοις, τὰ δὲ πλεονεχέει τῶν ἰταλικῶν ἐχούσων φιλοσοφίας ἐκ νέου τε γὰρ συγ-  
 γράμματος πρὸς τὸν κρατύλωνα τὰς πραγματικὰς δόξαις, ὡς ἀπάντων τῶν ἀποδιδόντων  
 αὐτῶν, καὶ ἐπιστήμης πρὸς αὐτῶν οὐκ οὐσίας, ταῦτα μὲν ὑπερβουλοῦντες ὑπέλαβον, σπουδαίως  
 δὲ πρὸς τὰ ἠθικὰ παραματῆσθαι, πρὸς δὲ τὴν ὅλην φύσιν οὐδὲν.* Quorum hic est  
 Latine sensus: Post iam enumeratas de Philosophia sententias, secuta est  
 Platonis speculatio, in plerisque Pythagoricis accedens; sed quædam habens  
 E  
 propria præter Italicam disciplinam. Nam à puero primùm Cratylo dedit ope-  
 ram, & placitis Heracliti, quæ à sensibus, quòd in perpetuo essent fluxu, scien-  
 tiam tollebant; cuius ad postremum quoque fuit opinionis: cum Socrates circa mo-  
 ralia versaretur, de natura autem vniuersitatis nihil diceret. Sic nos. Audiamus  
 nunc Interpretem Arabicum. Et post hoc, quòd dictū fuit de modis Philosophiæ,  
 inuenta fuit Philosophia Platonis, & sequebatur illos in multitudine, in ueritatibus  
 autem erat opinionis Italicorum: & primus qui contigit post Democritum, fuit opi-  
 nio Herculeorum, scilicet quòd omnia entia sunt semper in fluxu, & quòd nulla  
 est in eis scientia. Istas igitur opiniones secundum hoc accepimus in postremo. So-  
 crates

Arabica Aristotelis uersio quædam. Viues lib. 5 de corrupt. artib. to. 1. No TA ex vno Auerrois loco quid de alijs conici possit.

Errores Auerrois.

Quæ sit Arabica interpretatio.

Locus ex Metaphysica.



crates autem locutus fuit in moralibus, & nihil dixit de natura. Sic ille. Quæso te, quis sanæ mentis, eadem dicat esse hæc, & illa? Aristoteles si reuiuisceret, intelligeret hæc, aut posset vel coniecturis castigare? O homines valentissimis stomachis, qui hæc deuorare potuerunt & concoquere; & hæc tam ab Aristotelis sententia ac mente abhorrentia, aulcultare, quæ Auerroes Commentator comminiscitur. fauere linguis viro tanti nominis, & alteri Aristoteli. Dicit. Et postquam inuenti fuerunt isti modi Philolophiæ, scilicet Pythagoricorum, & vniuersaliter qui ponebant mathematica principia entium naturalium, scilicet Anaxagoræ & Empedoclis, & Democriti, inuenta fuit Philosophia Platonis. Quid ais, Anaxagoras, & Empedocles, & Democritus, mathematica entia faciebant principia rerum Naturæ? Atqui Anaxagoras adfert sua *ο μοιο μέρει*, Empedocles quattuor elementa, Democritus corpuscula infecabilia, & inane. Quod si non aliunde, si non ex Græcis aut Latinis, quos numquam vidisti, certe ex Aristotele ipso quamlibet deprauato, didicisses in Physicis, & in hoc eodẽ opere, & in alijs multis. Perge porrò. Et dicit, quod sequebatur istam in multitudine, id est, quod Plato confectabatur in pluribus suis opinionibus opinionem Pythagoricorum, & in paucioribus opinionem Italorum. Quid potest dici vel aptius intelligentiæ Aristotelis, vel eruditius de historia Philosophiæ ac hæresibus? Pythagoricos distinguit à Philosophis Italicis; quasi alij fuerint Italici, quam Pythagorici: quod nec pueri nostri ignorant. Addit. Et fuerunt primi Naturales in Italia, scilicet Anaxagoras, Empedocles, Democritus. Atqui priores fuerunt Ionici Philosophi à Thaletẽ, quam Italicis à Pythagora. Sed cur iungis vulpes ouibus? Cur Anaxagoram ex Ionia transfers in Italiam? Deinde dicit, quod Plato sequebatur in maiore parte Philosophiæ suæ eos, qui ponebant mathematica causas rerum sensibilibus. Quis hoc dicit? Nam Aristoteles nihil minus dicit, quam quod tu somnias. Adiungit. Quia Plato dicebat, formas esse; & opinabatur, naturam formarum, & numeri esse eandem. Quid opus est nobis alio interprete Platoniorum numerorum? Iam posteaquam Auerroes scripsit, cesset dictum vetus. Difficilius quam numeri Platonis. Et opinabatur, quod quattuor elementa sunt composita ex superficiebus æqualium laterum, & angulorum. Nihil ergo loci relinquunt triangulo? nihil pyramidi? apparet hunc hominem diligentissimè esse in Platonis Timæo versatum. tam multa tu quidem dices de Platone, vt qui numquam legerunt Platonem & Aristotelem, credant, te non minus esse Academicum, quam Peripateticum. Deinde dicit. Et primum, quod contigit post Democritum, fuit opinio Herculeorum. Quid ergo hæc refellam, quæ apud Aristotelem nulla sunt; & sumam operam superuacaneam, cum hæc sint cuiuslibet ad exhibitionem atque explosionem obiecta? Vbi est mentio Democriti? vbi Herculeorum? Quid (malum) sunt isti Herculei? An quia Hercules Græcè *Ἡρακλῆς* dicitur, ideo Heraclitici erunt Herculei? Qui faciebant dubitare omnes dantes se ad Philosophiam in illo tempore. Quos omnes præterquam seipos? Sed nec dubitabant qui sciebant nesciri sensibilia. An putas Academicos fuisse, qui in omnibus assensum cohiberent? Et dicebant (ait) quod nulla est scientia. Quid? tu nulla censeres illorum posuisse præter sensibilia? O doctum interpretem veterum. A sensibus, quæ verè non essent, scientiam illi auferebant: in ijs, quæ mente assequeremur, quæ sola verè sunt, relinquebant, vt in Deo, & rebus illis coelestibus. Scientia enim necessaria est. Quis sic loquitur? Scientiam esse de necessarijs dicimus; non ipsam necessariam. Sed faciamus gratiam verbi homini infacundissimo. Et nihil est in his, de quo pendeat scientia, nisi sensibilia, quæ semper sunt in transmutatione. Hæc sunt tua, an Herculeorum, vt tu vocas? Sint enim Heracliti Herculei, certè illorum non sunt, qui veram scientiam in cognitione statuebant eorum, quæ verè essent. Tua sunt, qui ad eò es impius, vt impietates inferere, vel tuo, vel alieno nomine, semper gaudeas. Denique dicit. Et istas opiniones &c. id est, istæ igitur opiniones prædictæ perueniunt ad nos de considerantibus in Philosophia vsque

A vsque nunc, Videte, quam hoc congruat cum eo, quod Aristoteles dicit. Hæc fuit postmodum Platonis sententia. Atqui hic est Auerroes, quem aliquorum dementia Aristoteli parem fecit, superiorem B. Thoma; Rogo te, Auerroes, quid habebas, quo caperes hominum mentes, leu uerius, dementes? Coeperunt nonnulli multos sermonis gratia, & orationis lenocinio? te nihil est horridius, incultius, obscenius, infantius. Alij tenuerunt quoddam cognitione ueteris memoriæ: tu nec quo tempore, uixeris, nec qua ætate natus sis, nouisti; non magis præteritorum consultus, quam in syluis & solitudine natus, ac educatus. Sunt quos libenter legimus propter experimenta, & obseruationes uariarum rerum in natura; vt Albertus Grotius. tum Grotum: tu velut in alia natura genitus & versatus, de hac nihil loqueris; vtique in Aristotelem scribens; nam libros tuos Medicos non legi. Admiratione B atque omnium laude digni sunt habiti, qui animos formauerunt, qui præcepta tradiderunt bene viuendi: te nihil est sceleratius, aut irreligiosius: impius fiat, & atheus, necesse est, quilibet tuis monumentis uehementer sit deditus. Equidem coniecturas omnes consumpsi. Iam dic ipse, qua potissimum re quibusdam placuisti: audio, teneo, non tua culpa est; sed nostra: non tu adferebas, quo placeres, sed nos adferebamus, quo non displiceret: non approbavit te tua doctrina, sed aliorum imperitia & torpor: sua uia erant obscuris obscura: inanibus inania: & quibusdam pulchra sunt uisa, atque ad fucum faciendum aptissima, quæ nec ipsi intelligent, nec alij essent intellecturi. nam existimationem scientiæ quærebant, non scientiam. Multi qui te nõ legerant, alienum iudicium sunt secuti: aliquibus propter impietates sumi gratias; nam & Auerrois doctrina, & Metaphysica Auicennæ, denique omnia illa Arabica uidentur mihi resipere deliramenta Alcorani, & reliquas alias eiusmodi: nihil fieri potest illis indoctus, insulsus, frigidus. Hæc Viues.

Ac tamen quum hoc ita sit, ij uerò, qui Auerrois Commentaria tam sedulo (vt dixi) hæc ætate emendarunt, postquam Aristotelis uitam ex Diogene Laertio, & ex monumentis Ioannis Grammatici, priori tomo præfixerunt, mox de uita Auerrois ex libris Chronicorum à mundi origine excerpta egerunt, hæc addidere. Auerroes: quoque Medicus, cognomento Commentator, Philosophus quidem apud Cordubam Hispaniæ urbem, hoc tempore floruit: vt ex secundo libro eius, qui de celo tractat, commento 110. & 111. habetur. Fuit enim à Natiuitate Christi anno M. C. L. vt asserit Cõciliator, & Aegidius Romanus in suis Quodlibetis, libro secundo, quæstione De unitate Intellectus, ubi uerba hæc habentur. Nam Commentator Auerroes, non est diu, quod fuit. Nam dicitur, filios suos in Curia Federici Primi, cognomento Barbarossæ, Imperatoris fuisse, qui temporibus nostris obiit. Fuit ergo dictus Auerroes tempore, quo fides Christiana erat valde dilatata. Constat autem, quod apud Christianos erat sollemnis mentio de statu animarum separatarum. Et ideo Auerroes, qui fuit isto tempore, potissimum debuit uidere hoc inconueniens. Hæc illi. Qui cum dicant, esse inconueniens id, quod ex uera Philosophia; atque ex fide Christiana credimus, cernunt qui non sunt omnino cœcæ hæc à satana paulatim obruta pijs mentibus, & ad eò priuilegijs subdole obtretis confirmata, fructus illos peperisse acerbissimos, unde magna Europa pars per hæreses, & Atheismum, isto hominum genere tamquam Chorago præeunte, prorsus ad ueritatem, quæ alitrix est pietatis, obstupuit.

Sed vt ad aliquos meliores Aristotelis Interpretes nominatim ueniam: Vt in Patribus, & Philosophis seu Christianis, siue Ethnicis, qui hoc sæculum præcesserunt, magnum ingenij specimen eluxit in exponendo Aristotele; sic Diuinæ placuit bonitati, vt ipsos hoc sæculum haberet, qui maximè eniterent, & oppugnatam ueræ Philosophiæ ueritatem, in libertatem afferentes castius interpretarentur. Ne longior sim, id nunc satis esto; nitidiorum in Græcis, ac quibus in locis ueritati fidei; non sunt aduersarij, in Simplicio locupletem, in Themistio compendiarium, In

ALBERTVS GROTIVS.

ATHEVS qui sese nimium addixerit Auerrois. Cur placuit Auerroes multis.

Quando uixit Auerroes.

NOTA

INTERPRETES ARISTOTELIS.

Simplicius locuplet. Themistius compendiarium.

In Alexandro Aphrodisæo constantem, In Theophrasto grauius elaboratam, In Ammonio facilem, & gratam dicendi rationem esse. At etsi inter Arabes Auempaci, & Alfarabio graue aliquid, aut mediatum, uti & Auicennæ Platonici, Aueroi autem non nihil firmum (sed sæpe aliunde sumptum) inesse videatur; labes tamen tam multæ insunt, ut antidoto, uel amuleto plerumque opus sit ad ea uenena tractanda. Iam in nostris Latinis, non sine causa sapientes obseruant in B. I. h. ma solidam æquabilitatem; in Ioanne Scoto uegetum quiddam, atque diuicium; in Francisco acre acumen; in Alberto pressum, amplum, & grande; in Aegidio, terribilem, & exactum dicendi genus; in Henrico sublime ac uenerandum: cum & reliqui suas habuerint dotes. Hi ergo recte Aristotelem expoluerunt, ac quidem sæpe rectius, quam ipse conceperit; quod & his altera splendidior lux Fidei affulserat, & a modestis, ac pijs mentibus plerumque absonæ, atque infirmæ gentiliū rationes firmitatem nanciscuntur; quemadmodum in vberem solo filigo iacta non semel euadit in triticum. Quippe & veterum omnium rationes expenderunt, & quæ inde secuta sint incommoda, quum vidissent, qui simul Theologi fuere præstantes, quidque naturæ, quid gratiæ Diuinæ lumen humanis mentibus inferat claritatis, ipsimet in seipsis experti, potuere sanè alijs splendidiorem luminis faciem præferre. Verumtamen in iis, qui vel superiore exeunte, vel hoc sæculo Aristotelem scriptionibus illustrarunt, plurima cum dici possent, hæc pauca, quæ magis necessaria videantur, eloquar absq; eorum iniuria; qui cum egregie laborauerint, hoc tamen loco tacentur, ne sim prolixior. Primò Ioannes Picus Mirandulanus in Heptaplo, in Oratione de hominis dignitate, in libro de Ente & Vno; in ijs, quæ aduersus Astrologiam Iudiciariam scripsit, multa aperuit, quæ ad Aristotelem intelligendum, atque ad veram Philosophiam è tenebris eruendam pertinet, in quo tamen vnum id fortasse cauendum est, ne quoniam perspicacissimo fuit ingenio, Hebræaque volumina, & Platoniam, Pythagoricamque Philosophiam cupiditate omnia percipiendi auidissimè versauit, sic alii non omnino hæc illicò attentent, quibus non est idem ingenium; aut certè hoc ipsum non expedit, sed inter fines, quos pietas & charitas scientiæ Christi præstituit nobis, sese contineant. Ecquid enim mihi cum Rabbinorum longiore, quam par sit, tractatione, aut Cabalisticorum uersatione (licet aliqua ueræ Philosophiæ, fideiq; consona complexi sunt) quando eadem varijs vel inuolucris, vel erroribus implicuere; nobis autem iam liquidissima à Christo Domino, Christianaque Philosophorum piorum schola manarunt? Præter Picum autem, Augustinus Steuchus de perenni Philosophia, multum lucis affert, ut alibi diximus. Propius autem Chrylostomus Lauellus perspicuitate atque ordine, non est in postremis habendus in Philosophia tractanda: licet aliquibus siue perspicacioribus, siue interdum suo in sensu abundantibus, pijs quidem videatur, sed simplicior. Caietanus breuis, acutus, & in quo uersando attentione opus sit, habet plura, quæ profunt. Verumtamen quoniam reliqui, vel proprio genere loquendi, scabrosi, vel difficiles habentur, non peribit labor, quibus erunt ad manus, Dominicus à Soto, Franciscus Toletus, Benedictus Pererius nostri, & Franciscus Vallesius, qui inter alios præstantes viros, Phisicam Aristotelis Philosophiam sapienter ac dilucidè tractarunt. Vallesius autem cum præter optima, quæ edidit in Medicinam, quæ tamen interdum huc facere possunt, Sacræ Philosophiæ libros nouissimè edidit, qui Taurini excusi sunt, ad firmitatem ueritatis assequendam nõ inuiles: Et uerò unum qui legerint attentè Toletum, libros Aristotelis de Anima interpretantem, non solum errores illos Aueroistarum, & sectatorum Alexandri abiget, uerum etiam sic pedem sistet in solida ueritatis petra, ut quum summi momenti omnium sit ea tractatio, quæ aditum patefacit ad cuncta, quæ ad salutem pertinent; tum quasi submotis satanæ obicibus, ad Diuinæ apices Philosophiæ inoffenso pede decurrat. Scio autem anno huius sæculi septuagesimo quinto, Segunti Ciuitatis in Hispania; apud Ioannem Gratianum Typographum, prodisse in tres libros Aristotelis de Anima Comentariorum

Aphrodisæus constantis.  
Theophrastus elaboratus.  
Ammonius facilius & gratus.  
ARABES quales interpretantes.  
Auempaci.  
Alfarabius.  
Auicenna.  
Auerroes.  
LATINI  
B. Thomas solidus; & æquabilis.  
Scotus uegetus.  
Franciscus acutus.  
Albertus pressus, amplus, & grādis.  
Aegidius terribilis, & exactus.  
Hericus subtilis, ac uenerandus.  
Cautio in imitando.  
Io. Pico Mirandulano.

Rabini, & Cabalistici cur cauendi.

Augustinus Steuchus.  
Chrylostomus Lauellus.  
Caietanus.

Dominicus à Soto.  
Franciscus Toletus.  
Pererius.  
Franciscus Vallesius.

A tarios Petri Martinez Toletani à Brea, in Philosophia Magistri, atque Sacræ Theologiæ Doctoris, omni apud Complutenses præcipuæ Cathedræ prærecti, deinde in Seguntina Academia primarij professoris: Quamquam & in libros de Cælo, & De generatione, & corruptione, scripsit. Hic igitur utilissimus Interpres est: cum & ad calcem Commentariorum, Tractatum de Immortalitate animæ adiecerit: Quo uir ille dispicit, Num animus humanus ex Aristotelis principijs, immortalis sit; Ac num in tractanda nostræ Animæ natura, sibi dissentiat: & denique ostendit solidis rationibus, ex Aristotele Immortalitatem animæ probari. Ceterum quod in primum librum de Generatione, & interitu Flaminius Nobilius fecit, quem à se conuersum, imitatus Antiquiores exposuit; id ualdè approbandum est, atque inde petenda de interpretibus Aristotelis ratio. Verba enim primum cuiusque capitis, ac penè singillatim ubi explanauit, ac dicendi generā notauit è locorum similitum obseruatione, tum Aristotelis sententiam nudam, & simplicem ante oculos ponit; nec ulla rerum, quas aliunde importaret, uarietate eam quasi confundi ac perturbari patitur: perceptis autem sententijs, uerbisque enodatis ad finem cuiusque capitis, propositionum ac sententiarum, quæ in illo capite pronuntiata fuerint, ueritatem per seipsum contemplatur, orientes quæstiones explicat, si quid ad easdem res attinens ab alijs bonis auctoribus afferatur, ad eundem adducit locum; Quæ sanè Boetij in aliquibus libris explicandis ratio fuit: nisi quòd quæ apud hunc prima, & secunda editione separatis voluminibus continentur, atque in secunda editione ad uerba, & sententiam Aristotelis explicandam se confert, Flaminius, quæ ad sententiam attinent, semel absoluit, continuòque rerum traditarum contemplationem subiicit: id quod multò breuius & gratius est. Et Flaminius quidem alios libros euulgauit; Quæstiones Logicas, ac Libros De uera, & falsa uoluptate, ac de Honore, uariæque alia, de quibus modò dicendum non est. Sed in Metaphysicis Aristotelis Petrus Fonseca nouissimè Commentarios, hanc ipsam rationem secutus, emisit: quibus quoniam quæstiones penè ad omnem Philosophiam spectantes complexus est, uerberem ac doctam ad enodandos plerosque nodos cum pietate materiam præbet. Quæ uerò interim scripta circumserruntur, quæ fallaci astu pietatem specie tenus principio prætexentes, mox uelis remisque (ut aiunt) uel argumenta de Animæ mortalitate, uel alia huiusmodi uenena instillant, explodenda sunt, tamquam ea, quæ sensum Atheismo animos inficiunt. Sic enim propterea homines obscurissimæ notæ ab Ecclesia merito protecti sunt, Theles uerò tueri publicè, quibus præbeatur occasio deminuendæ Diuinæ Maiestatis, uocandique in dubium res certissimas, ab melioribus Academicis est reiectum. Nam & Hispani sapienter hæc in Hispania non permittunt; & ceteri, quibus sapit ueritas, iniquissimo animo ferunt, si alicubi hoc permittatur haud bono exemplo. Ecquid enim ad ueritatem laborandam validius, aut insidiarum plenius afferri possit, quam cum ista, quæ mox dicam, proponuntur? Nempe. Etiam si ex Catholica fide, immortalis animus sit; secundum tamen Aristotelem firmiter rationibus mortalem (inquiunt) defendemus. Aut. Licet Christiana Religio, Platonicique ipsi cognouerint esse Dæmones, nos tamen, secundum Aristotelem (aiunt) non agnoscimus. Et huius generis alia, quæ luxuriantia ingenia pepererunt, excindenda, & in ignem utique mittenda. Simile uidelicet fuerit dicere. Etsi uera Catholica Religio est, eam tamen, secundum Lutherum, haud agnoscimus. Vel. Licet CHRISTVS Dei filius carnem pro nobis humanam ex immensa illa dignatione pro nobis assumpserit; negamus tamen hoc, secundum Mahometem, aut Iudæos. Quæ dico, quoniam ista non ita pridem summo scandalo editi & defendi uidimus ab ijs, qui Catholici dicerentur; nescientes quousque repat iste serpens, qui plerosque Atheos sic fecit, ut etiam num auo let ex Europæ gremio pietas ad Gentes, & Insulas, quæ, quoniam pauperes spiritu sunt, euangelizantur.

PETRVS MARTINEZ, à BREA in Aristotelem.

FLAMINIUS NOBILIUS.

PETRVS FONSECA.



DOCTISSIMA ET PLENA

Pietatis monita ad Philosophiæ studio-

fos. Caput IIII.



T quamquam hæc satis esse possunt, quæ diximus, præstat tamen excellentium aliquot Philosophorum monita hunc adijcere, quæ plurimum habitura sunt ponderis apud eos, quibus veritas sapit. Sic autem in primis cordatissimè ea præfatione scriptum fuit, quæ commentario Francisci Toleti in Physicos Aristotelis libros præfixa.

FRANCISCVS TOLLETVS.

DE RATIONE PHILOSOPHIANE.

B. Thomæ instar omnium.

AVICENNAE præfatio in philosophando.

CAVTIO optima.

CERTISSIMA Philosophandi Regula.

Sed de causis, inquit, quibus adducti sumus, vt hunc in Aristotelem commentarium proferremus in lucem, hæcenus. De via, rationeque docendi, ac philosophandi quam sequimur, nunc dicamus. Id sanè in primis curabimus, Lector, vt, quæ à nobis omnia proficiscuntur, ad illam pietatem conferant, qua adolescentium potissimum animos pero ptamus imbueri. In explicandis ergo physicis difficultatibus id maximè complectemur, quod ex vsu nostro & verius fuerit, & communius. Dum de Aristotelis mente certabitur, optimis quibusque vtetur Auctoribus, Græcis, Latinis, Arabibus. Ex Græcis Theophrasto, Alexandro, Ammonio, Philopono, Simplicio, Themistio, Eustratio, ceterisque; quorum nobis commentarios temporum iniuria non ademerit. Ex latinis autem B. Thoma, Boetio, Alberto magno, Aegidio, Scoto, Marsilio; ita tamen, vt qui ex recentioribus præstant, suum quoque locum habeant. Scotus, Caietanus, Soncinus, Iauellus, Iandunus, Burlæus, Buridanus, Zimara, Nyphus, & ceteri, si qui alij in hoc genere excellere videbuntur. Vnus sanè B. Thomas instar erit omnium, in quo & diligentia interpretandi, & doctrinæ grauitas cum pietate coniuncta, multa, varia, ac solida eruditio, incredibilis præterea methodus, in integris etiam disciplinis pertractandis; nec commentarijs solum, quos scripsit in Aristotelem, sed multo etiam magis Summa Theologiæ; Summa contra gentes; Quæstionibus disputatis, & ceteris eius scriptis, tantam (vt de Theologia taceamus) Philosophiæ lucem artulit vnus, quantam ceteri omnes (aliorum pace dixerim) possint explanatores afferre: in quo, ex nullius arbitror laude quippiam detrahi, si id dicitur de B. Thoma quod ipsorum quisque, si & uiueret, & adesset, de eodem videretur esse dicturus.

Ex Arabibus autem (quàmuis numero, doctrina, & eruditione, si vel cum Græcis, vel cum Latinis, conferantur, longe reperiantur interiores) vtentur Auempace, Alpharabio, Auenzoar, Auerroce, & alijs: Auicenna potissimum, quod eius scripta omni memoria grauisimis hominibus probata sint, & quod vnus inter omnes Arabes proximè ad verum Philosophiæ Christianæ decus, & laudem, videatur accessisse.

Hoc autem loco admonendus es, Lector piè, ne cum in hos, aut alios impios Aristotelis interpretes, siue Græcos, siue Arabes incideris, in ijs præsertim, quæ ad pietatem attinent, facile illis credas, teque committas. Nam cum impij fere omnes fuerint, Ethnici, Idololatræ, nonnulli etiam Sarraceni, vel Mahometani, de Deo, de Diuinis rebus, de vltimo fine, de Diuina Prouidentia, de vita beata, de animis ipsis hominum non rarò malè scripserunt. Vna, quam profite mur, Diuina fides Philosophiæ regula, ac norma est, vel potius veritatis; ad quam Philosophorum, scriptorumque omnium opiniones referendæ sunt: ne quod monet Paulus, ab his decipiamur per inanem Philosophiam secundum elementa huius mundi, & non secundum Deum. Quamobrem pios potius, religiososque viros doctrina,

A doctrina, & sanctitate præstantes, quales plerique eorum latinorum sunt, quos commemorauimus, præ ceteris sequendos tibi esse constituas.

Nec verò satis mirari possum, sic quosdam in nonnullis Academijs esse Auctoribus impijs addictos, vt tantum non apud illos, eorundem Auctorum causa, fides periclitetur: quo cum sermo deuenierit, de vno Auerroce pauca dicam. Sunt enim aliqui, qui nescio quid in eo tam egregium, aut insigne viderint, quid tam eximium, & illustre, vt eum cæteris anteponendum putent, & quod deterius est, viri alioqui Catholici, Auerroistas se & esse, & dici velint. Nam vt illum cum ceteris interpretibus conferrent, a quorum tamen non paucis proculdubio iuperatur, fortasse ferendum esset; ita verò esse ei addictos, vt in eius verba iurarint, & ea tamquam oracula sibi edita putent, indignum sanè est grauitate, & dignitate sapientis. Primum enim, is quem dico, pluribus erroribus fidei, pietatique perniciosus plenus est: vt non immeritò apud aliquas celeberrimas prouincias impij cognomen inuenierit. Deo naturæ infinitatem auertit, prouidentiam, serumque, quæ infra Lunam sunt, scientiam; nobis animorum rationalium immortalitatem, & multiplicationem eripit: illud vnus in omnibus hominibus intellectus monstrum, atque portentum inducit; Denique & Deo Opt. Max. vt certum est nobis, & vt multi asserunt, & ex eius principijs consequitur, improbissimè tollit libertatem. Quibus sanè rebus efficitur, nullam esse debere religionem, & pietatem erga Deum: nullos ipsius numini cultus, honores preces adhibendas; si nec curet nostra, nec sciat: Nulla item aut supplicia flagitijs à Deo, aut præmia rectè factis esse proposita. Quid multa? omnem peccandi impunitatem, & sibi persuasit, & quid in ea opinione quereretur, factis testatus est.

DE AVERROE ROE NOT.

AVERROES cognomen impij affectus in alijs quib. Prouincijs, & cur.

Iam verò qui eiusmodi lætetur dogmata, ac decreta, quæ, obsecro, qualiaque putabimus ad ea comprobanda comminisci? Quæ ex his colligere consequentia? Quæ tot erroribus credimus esse posse consentanea, ne secum ipse identidem pugnare cogatur? vt profectò vix vlla Philosophiæ ipsius pars sit, in qua non alicuius veneni sublit suspicio. Adde fuisse Mahometanum, & (quod ipsa scripta facile declarant) conceptum animo aduersus Christianam religionem odium semper habuisse: vt necesse sit, sua cum læta, scripta quoque Philosophiæ infecisse non parum. Vfus præterea est corrupto Aristotelis libro, & pluribus in locis deprauato; id quod eius scripta præferunt. Græcis ferè omnibus explanatoribus caruit; Latinis etiam, qui nec dum extabant, destitutus fuit: vt necesse sit, in eo nec grauem, nec securam inesse doctrinam: nam & si acutum quiddam raro, exile tamen dicendi, & philosophandi genus, in eo reperitur; est tamen illud obicium, inusitatum, & læpe ab Aristotelis sensu, intelligentiaque alienum, quod recta interpretatione, ac versione Aristotelis, aliorumque interpretum luce caruerit. Nos igitur, vbi quidpiam recti dixerit, non aspernabimur: vbi secus; alios ei longè doctiores anteponemus, & ipsum impietatis, vbi tale quid dixerit, condemnabimus.

Illud quoque absurdum, & perniciosum est, vel disputandi, vel loquendi genus; quo illud ex Philosophiâ, hoc ex veritate, asseritur: aut, Idem secundum Philosophiam verum, secundum Fidem falsum esse, affirmatur. Neque enim Philosophiâ, sed philoſophia erit, quæ à veritate abhorret: neque, quæ cum Diuina doctrina, id est fide pugnet, veritas esse poterit; sic enim verum vero congruit, vt veritas veritati non possit esse contraria. Quocirca non immeritò, in Concilio Lateranensi tertio, hoc disputandi, ac loquendi genus verbis exterminatur grauisimis. Neque illud dissimile est; Hoc in Aristotele, hoc vero in veritate, aut in fide esse dicendum: vt enim id interdum necessarium sit, tamen ea fieri moderatione debet, vt ne in rebus, quæ ad fidem, & Religionem attinent; fidem ipsam, hoc est à Deo acceptam disciplinam, obiecta Aristotelis autoritate premere videamur: quod sanè isti faciunt, qui summo conatu, viribusque nituntur ostendere compluribus in rebus Aristotelem contra fidem sensisse, cum tamen confiteri paucissimis in rebus à fide dissentire; & (quod peius est) idem conantur ef-

QUODNAM in Philoſophiâ perniciosa sit.



QVINAM  
de Aristotele  
le malè me  
reantur.

ficere multis in locis, in quibus quidem Aristotelem possent nō sine magna etiam A  
probabilitate pro fide interpretari; cum præsertim viri grauiissimi Aristotelis sen-  
tentiam eam esse aperte testentur: In quo sanè de ipso Aristotele, cui fauere se  
putant, malè merentur; cum sic eum a vera ad falsam sententiam abstrahunt,  
& cogunt falsum dicere vel inuitum; in rebus etiam grauisimis errare turpissi-  
mè. Quid quod ex hac grauiori, frequentique pro Aristotele contra fidem, &  
veritatem concertatione, grauiora quædam incommoda accidunt, & Christiano  
viro indigna, & omnino non ferenda: primū enim nihil prodest, obest autem  
plurimum temerè excitare tantum contra fidem aduersarium, eumque summo  
studio contra illam armare, & ad eam oppugnandam omnibus rebus iuuare.  
Deinde plerique, cum audiunt verum quid esse secundum Aristotelem, id om-  
nino intelligunt, quod est secundum philosophiam; immo secundum omnium B  
optimam (quam esse putant Aristotelis) philosophiam; & quod Aristoteles fen-  
sit, id credunt esse naturali rationi, ac lumini consentaneum, atque ideo sic di-  
sputant, quantum in ipsis est, illud Concilij decretum per imprudentiam euer-  
tunt, quod credant rationi, & lumini naturali fidem aduersari. Illud autem in-  
commodum vel grauisimum est: Cum enim contra fidem docent aliquid tenuisse  
Aristotelem, id sic confirmare nituntur argumentis, vt ipsi quoque contra fi-  
dem cum Aristotele sentire videantur; præsertim cum quæ pro fide, & veritate  
adduci possunt, ea summo studio conentur dissoluere, vt Aristotelis sententiam  
tueantur; quod sanè plurimum fidei, & veritati obesse constat, cum eius argu-  
menta, & rationes infirmari, frangique videantur. Illi, illi inquam, immorta-  
li laude digni censendi sunt, & de fide Orthodoxa, deque Aristotele ipso bene C  
meriti, qui ex magna probabilitate opinionum, atque explicationum Aristote-  
lis varietate, eam potissimum deligunt, ac tuerentur, quæ cum fide congruit,  
eamque pro sua virili parte probabiliorem reddere conantur: atque vbi Aristo-  
teles à fidei disciplina abhorruit, curant non solum rationibus naturalibus, sed  
alijs eiusdem dictis, atque decretis ipsammet veritatem offendere: vt quamuis  
in vno, aut altero loco ea lenierit, quæ reijciantur; tamen appareat reliquam  
eius doctrinam fidei, & veritati esse maximè consentaneam.

QVINAM  
DIGNI im-  
mortali lau-  
de in Philo-  
sophando.

CAVIO  
alia in phi-  
losophado.

Nec longe dissimile disputandi genus est, hoc Theologos asserere, illud Phi-  
losophos; hoc Latinos Philosophos: illud Græcos, vel Arabes. Nam, vt omit-  
tam hoc falsum sæpe esse commentum, hos vt Prouincijs, nationibus, linguis, ita  
opinionibus dissidere; in hoc disputandi genere latet venenum, cum per Theo-  
logos ipsam Theologiam, fidem, & religionem; per Philosophos ipsam Philo-  
sophiam facile quis intelligat; & videlicet per Latinos Philosophos B. Thomam,  
ceterosque Philosophos intelligi volunt: quibus cum alij opponuntur, & eisdem  
anteferuntur, in contemptum non solum ipsos Theologos auctores (quod gra-  
ue malum est) sed etiam Theologiam ipsam abducunt, & nudam ei, diuinoque  
lumine destitutam Philosophiam anteponunt.

VNA EST  
PURA, &  
SINCERA  
VERITAS.  
Aliorum  
monita,  
quæ supe-  
riora com-  
probant.

PRIMA  
PARTES dā  
de sunt si-  
DEI.

Philosophos igitur à Theologis disjungere, Græcos à Latinis, hominum sanè  
est vel suo quamque rem momento non ponderantium, vel certè ipsam verita-  
tem consultò prodere, & sibi, atque alijs pellem afferre studentium. Vna est pu-  
ra, vera, sinceraque veritas, quæ a Deo genita, impressa in hominum mentibus  
adhibita cælesti illa fidei norma, ex Græcis, Latinis, Philosophis, & Theologis, E  
& colligitur integra, & petenda est. Hæc ille.  
In explicandis igitur Philosophiæ quæstionibus, disceptandisque controuersijs,  
quid lenierit Aristoteles, diligenter quidem, sed multo magis, quid ratio luadeat,  
maxime vero quid Catholica fides teneat, considerandum est. Si quid Aristo-  
telis doctrinæ congruit, probabile eatenus haberi potest, quatenus à viro ma-  
ximè ingenij profectum est. Sin autem rationi consentaneum est, multo verius,  
certiūque esse est iudicandum. Certissimum autem quod fidei Christianæ con-  
sonum est. Itaque primas fidei: secundas iudicio sensuum longa experientia ex  
plorato.

A plorato, & confirmato: tertias rationi: postremas auctoritati Philosophorum is  
deferat, qui veritati, & salutis suæ consultum cupit. SECUNDAS  
iudicio sen-  
suum,  
TERTIAS  
rationi.  
QVARTAS  
Auctoritati  
Philosopho-  
rum.  
Sequendi  
qui Philo-  
sophi cū  
Theologia  
coniungūt.

Qui autè religioni aduersantur, repudientur: quæ verò tum ad usum uitæ peruti-  
lia, tum ad agnitionem animi pulchra è Philosophis peti possunt, probare ac re-  
tinere licet. Ceterum viri humanarum, & Diuinarum rerum scientia præstan-  
tes sequendi omnino sunt, qui Philosophiam cum sacris litteris coniungentes,  
maximum cum utilitate incredibilem decus Christianæ religioni attulerunt. Si A-  
gar, & Ismael, & Sara, & Isaac concordēs & obediētes esse uelint; maneat in  
domo Abrahæ; sin autem inoleſcant, rixasque, & iurgia excitent, domo eij-  
ciantur, & exulent. Sic Philosophi eatenus legendi, & probandi sunt, quatenus  
veritati; & pietati consenserint, atque inseruierint: sin minus, audiendi non sunt

B

## DE ARISTOTELIS METHODO

inuenienda. Caput XXV.

BS CVRITAS Aristotelis (ait Franciscus Patricius) aucta est, ea, Fræc. Patri-  
cius To. I.  
discussio  
Peripateri-  
carum lib.  
13. ad finē  
quæ superius recēsumus librorum corruptione librorumque negli-  
genti transcriptione. At tamen qualescunque eos habeamus, non est  
desistendum, vt videamus, an aliqua sit relicta methodus, qua re-

ctè eius dogmata, qualemcunque veritatis, aut rectè philolophandi gradum te-  
neant, securè uenari possimus. Prætereo nunc uerborum, ac sententiarum singu-  
larum expositiones, quales paraphrasibus, metaphrasibus, scholijs, commenta-  
tionibus multi sunt profecti: eæ namque, dubia, & incerta eius dogmata si sint,  
non constituunt. Ad quæ firmiter constituenda nullam (præter unicam) uideo ef-  
se posse rationem. Ea est, vt Aristotelis dogmata ex ipsiusmet uerbis, atque sen-  
tentis colligamus. Hæc enim non solum propinqua & proxima, sed legitima, ge-  
nuina, atque germana methodus est, vt Aristoteles ipse suam explicet sententia,  
suum dogma constituat, priusquam, vel Andronicus, vel Alexander, vel Porphy-  
rius, vel Auerroes, vel quiuis alius inter Interpretes, vel antiquior, vel auctori-  
tate maior. Id autem colligere longè est facilius ex libris ipsius, quam ex tot eius  
explanatoribus. Neque enim semel tantum unius rei meminit, nec semel ean-  
dem pertractat; sed omnia ferè problemata, & theses, læpe, ac multis locis, uel  
longa, uel breui oratione repetit, ac pleraque dilquirendo, ac disputando retrit-  
cat, inculcatque. Itaque res eæ, quas multis locis reperit, ex ijs multis lo-  
cis, non ex uno tantum, aut duobus, sed omnibus colligendæ sunt, atque intel-  
ligendæ. Hanc in Aristotele intelligendo rationem, non omnes Græci, siue Ara-  
bes, seu Latini nominis Interpretes sunt secuti. Solè quidem plerique ex duobus,  
uel tribus Aristotelis dictis dogma integrum fabricare. Ex omnibus tamen qui  
construxerit, pauci reperiuntur. Neque id mirum: Siquidem aliqui, qui ad Aristo-  
telem accedunt, parte tantum ea, quæ in Italicis Scholis prælegitur, sunt con-  
tenti: vt audiant scilicet de Logicis, Prædicabilia, Categorias: de Interpretatio-  
ne, quattuor prima capita primi libri de syllogismis: primi de Demonstratione ali-  
quot tantum capita, secundi ferè nulla: Topicos, atque Elenchos ne attingunt  
quidem. De Physicis uerò primum ac secundum, & partem tertij, partemque quat-  
ti, atque octauum: primum, & secundum de Cælo: duos de generatione, ac tres  
de Anima; Nullos præterea alios. Metaphysicos uero primum maiorem, ac mi-  
norem, tertium, sextum, ac undecimum, ex Græca enumeratione. Idque qua-  
driennio integro, quadruplicis ordinis Philosophi perlegunt Auditoribus. De re-  
liquis omnibus tot libris, mirum silentium: Idque commodo auditorum, arunt,  
statutum: vt scilicet quam citissimè medici efficiantur; possintque humano ge-  
neri ocyssimè opitulari, non autem in inani Philosophia plus temporis terere,  
quàm medicinæ usus requirat. Qua sanè constitutione efficitur, uti nemo Italo-  
rum studiosorum Aristotelem totum umquam perlegat, sæpe que etiam accidat,  
vti è discipulo ad docendi munus euectus, consuetis libris deditus, quæstioni-  
bus

D

non ex uno tantum, aut duobus, sed omnibus colligendæ sunt, atque intel-  
ligendæ. Hanc in Aristotele intelligendo rationem, non omnes Græci, siue Ara-  
bes, seu Latini nominis Interpretes sunt secuti. Solè quidem plerique ex duobus,  
uel tribus Aristotelis dictis dogma integrum fabricare. Ex omnibus tamen qui  
construxerit, pauci reperiuntur. Neque id mirum: Siquidem aliqui, qui ad Aristo-  
telem accedunt, parte tantum ea, quæ in Italicis Scholis prælegitur, sunt con-  
tenti: vt audiant scilicet de Logicis, Prædicabilia, Categorias: de Interpretatio-  
ne, quattuor prima capita primi libri de syllogismis: primi de Demonstratione ali-  
quot tantum capita, secundi ferè nulla: Topicos, atque Elenchos ne attingunt  
quidem. De Physicis uerò primum ac secundum, & partem tertij, partemque quat-  
ti, atque octauum: primum, & secundum de Cælo: duos de generatione, ac tres  
de Anima; Nullos præterea alios. Metaphysicos uero primum maiorem, ac mi-  
norem, tertium, sextum, ac undecimum, ex Græca enumeratione. Idque qua-  
driennio integro, quadruplicis ordinis Philosophi perlegunt Auditoribus. De re-  
liquis omnibus tot libris, mirum silentium: Idque commodo auditorum, arunt,  
statutum: vt scilicet quam citissimè medici efficiantur; possintque humano ge-  
neri ocyssimè opitulari, non autem in inani Philosophia plus temporis terere,  
quàm medicinæ usus requirat. Qua sanè constitutione efficitur, uti nemo Italo-  
rum studiosorum Aristotelem totum umquam perlegat, sæpe que etiam accidat,  
vti è discipulo ad docendi munus euectus, consuetis libris deditus, quæstioni-  
bus

E

non ex uno tantum, aut duobus, sed omnibus colligendæ sunt, atque intel-  
ligendæ. Hanc in Aristotele intelligendo rationem, non omnes Græci, siue Ara-  
bes, seu Latini nominis Interpretes sunt secuti. Solè quidem plerique ex duobus,  
uel tribus Aristotelis dictis dogma integrum fabricare. Ex omnibus tamen qui  
construxerit, pauci reperiuntur. Neque id mirum: Siquidem aliqui, qui ad Aristo-  
telem accedunt, parte tantum ea, quæ in Italicis Scholis prælegitur, sunt con-  
tenti: vt audiant scilicet de Logicis, Prædicabilia, Categorias: de Interpretatio-  
ne, quattuor prima capita primi libri de syllogismis: primi de Demonstratione ali-  
quot tantum capita, secundi ferè nulla: Topicos, atque Elenchos ne attingunt  
quidem. De Physicis uerò primum ac secundum, & partem tertij, partemque quat-  
ti, atque octauum: primum, & secundum de Cælo: duos de generatione, ac tres  
de Anima; Nullos præterea alios. Metaphysicos uero primum maiorem, ac mi-  
norem, tertium, sextum, ac undecimum, ex Græca enumeratione. Idque qua-  
driennio integro, quadruplicis ordinis Philosophi perlegunt Auditoribus. De re-  
liquis omnibus tot libris, mirum silentium: Idque commodo auditorum, arunt,  
statutum: vt scilicet quam citissimè medici efficiantur; possintque humano ge-  
neri ocyssimè opitulari, non autem in inani Philosophia plus temporis terere,  
quàm medicinæ usus requirat. Qua sanè constitutione efficitur, uti nemo Italo-  
rum studiosorum Aristotelem totum umquam perlegat, sæpe que etiam accidat,  
vti è discipulo ad docendi munus euectus, consuetis libris deditus, quæstioni-  
bus

RATIO in-  
telligendi  
Aristotelis  
opime.

busq; quas in eorū librorū expositione, consuetudo est mouere, euoluēdis occupa- tus toto vitæ curriculo, reliquū Aristotelē omittat, ac legere, nedū perpendere ne- gligat. Vnde euenit, vti doctor magni nominis quidā, dū cū suo (quē ita vocant) cō- currēte disputaret, eūq; cōvincere vellet, ex quarto, quē uocat meteororū loca af- ferebat; ex ijs argumēta necebat, quibus ille, qui nūqua quartū eū viderat, ita irre- tiebatur, ut vel obmutesceret, uel respōdēdo circūstatiū cachinnos cōmoueret. O- ptimā igitur Aristotelicorū dogmatū cōstitutionē eā esse statuamus, quæ ex omni- bus Aristotelis locis eruta sit. Optimē. n. is iudicabit, qui oēs collegerit, singula sin- gulis cōtulerit, diueritates uiderit, cōtrarietates examinauerit, secūda ea dicemus quæ ex pluribus fuerit collecta. Tertiā, ac difficillimā, quæ ex uno, alterove tantū loco pendeat. Iam verò illa quæ quarto loco succedere posse uidetur, extranea est proculdubio; quæ singulis explanatorū expositionibus scrutandis, cōbinādis, colli- gēdis, immoratur: Quod frequens & fuit, & maximē nostris tēporibus est. Vt propē- nil aliud esse hæc in Aristotele recētor Philolophia uideatur; q̄ eius uerborum pō- deratio, expositionū enumeratio, plerūq; earū cōfutatō, Aristotelis uerborū, uti loquuntur, saluatio atq; argumētorū omnis generis argutatio, & coagmētatio. Illa uero vltimi loci, lōgissimē ab Aristotele distat, quā aliqui Latini nominis Aristoteli ci instituerunt, ut de singulis quibusque rebus semper dubitarent; quorū pleriq; id tantū pensi habuerunt, ut dubitarent. Vtrū autē rectē dubitarent; uel ut ex dubitatio- ne mentē soluerent, omnino cordi habuisse nō videtur; sed id studuerunt, ut ex du- bitatione vna, alia semper oriretur, ne ipsos deficeret materia, vnde cōtenderent, subtilitatemq; (ut aiunt) ingenij ostēderent. Ex quo munere nō Philosophorū, non Aristotelicorum, sed & *επισκοπῶν* id est, contentiosorū potius nomen promeruerunt. In quos uerē, ac rectē Plutarchi grauissimi viri, & Hieronymi Peripaterici antiquissi- mi sentētia optimē dici posse uidetur, quæ a Plutarcho libro de audiēdo, refertur; *ἡ δὲ ἀρεστὸς καὶ ἀδύνατος ἐν τῷ διανοητικῷ δὲ ἐν ἀποκρίσει λαλῶν καὶ ἀμελεῖται τοῦ ἀκούοντος, ἀλλὰ πλεονεξία γίνεται μακροῦ, ὡς φησὶ Σοφοκλῆς, οὐκ ἀπὸ τοῦ μακροῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀλλοιοῦ ἀντιλαμβανόντες ἢ ἐκασοτε κενῶς καὶ ἀετλαῖς ἐροῦσιν ἢ διδασκόντες, ὡσαύτε ἐν συμποσίῳ τῷ ἐν δολιχῶς ἐμποδίζονται, πῶς καὶ θησαυρῶν ἐπιτοκίῳ καὶ ἀφαιρέσει λαμβανόντες, οὐ τὸ μὲν οὐδὲ τὸν ἱερῶν μὲν, ἀλλὰ οἱ θεοὶ καὶ γλιφοὶ σὺλανας τὰ δέματά τε ἀκνοῦντες οἰκοῖ, καὶ τὰ τίματα τιλλοῦντες ἢ θηρίων ἀντὶ τὸν οὐχ ἀπὸ τῶν αἰσθητικῶν.*

SECUNDA OBSERVATIO. TERTIA QUARTA.

QUINTA ALIQUOS FUISE QUI DE SINGULIS DUBITARENT.

DE PHILOSOPHIS CONTENTIOSIS, quid Plutar- chus, & Hie- ronym' Pe- ripatericus. Plutarchus lib. de au- diendo.

VIA BREVIS, fit lon- ga, cum se- per dubita- tur.

Aristot. in prædicamē- tis cap. de Relatione. Quomodo intelligēdū est illud, de singulis du- bitare non est inutile. Dubitandi modus, ac finis præscri- bitur.

Secūda ea dicemus quæ ex pluribus fuerit collecta. Tertiā, ac difficillimā, quæ ex uno, alterove tantū loco pendeat. Iam verò illa quæ quarto loco succedere posse uidetur, extranea est proculdubio; quæ singulis explanatorū expositionibus scrutandis, cōbinādis, colli- gēdis, immoratur: Quod frequens & fuit, & maximē nostris tēporibus est. Vt propē- nil aliud esse hæc in Aristotele recētor Philolophia uideatur; q̄ eius uerborum pō- deratio, expositionū enumeratio, plerūq; earū cōfutatō, Aristotelis uerborū, uti loquuntur, saluatio atq; argumētorū omnis generis argutatio, & coagmētatio. Illa uero vltimi loci, lōgissimē ab Aristotele distat, quā aliqui Latini nominis Aristoteli ci instituerunt, ut de singulis quibusque rebus semper dubitarent; quorū pleriq; id tantū pensi habuerunt, ut dubitarent. Vtrū autē rectē dubitarent; uel ut ex dubitatio- ne mentē soluerent, omnino cordi habuisse nō videtur; sed id studuerunt, ut ex du- bitatione vna, alia semper oriretur, ne ipsos deficeret materia, vnde cōtenderent, subtilitatemq; (ut aiunt) ingenij ostēderent. Ex quo munere nō Philosophorū, non Aristotelicorum, sed & *επισκοπῶν* id est, contentiosorū potius nomen promeruerunt. In quos uerē, ac rectē Plutarchi grauissimi viri, & Hieronymi Peripaterici antiquissi- mi sentētia optimē dici posse uidetur, quæ a Plutarcho libro de audiēdo, refertur; *ἡ δὲ ἀρεστὸς καὶ ἀδύνατος ἐν τῷ διανοητικῷ δὲ ἐν ἀποκρίσει λαλῶν καὶ ἀμελεῖται τοῦ ἀκούοντος, ἀλλὰ πλεονεξία γίνεται μακροῦ, ὡς φησὶ Σοφοκλῆς, οὐκ ἀπὸ τοῦ μακροῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀλλοιοῦ ἀντιλαμβανόντες ἢ ἐκασοτε κενῶς καὶ ἀετλαῖς ἐροῦσιν ἢ διδασκόντες, ὡσαύτε ἐν συμποσίῳ τῷ ἐν δολιχῶς ἐμποδίζονται, πῶς καὶ θησαυρῶν ἐπιτοκίῳ καὶ ἀφαιρέσει λαμβανόντες, οὐ τὸ μὲν οὐδὲ τὸν ἱερῶν μὲν, ἀλλὰ οἱ θεοὶ καὶ γλιφοὶ σὺλανας τὰ δέματά τε ἀκνοῦντες οἰκοῖ, καὶ τὰ τίματα τιλλοῦντες ἢ θηρίων ἀντὶ τὸν οὐχ ἀπὸ τῶν αἰσθητικῶν.*

Quomodo intelligēdū est illud, de singulis du- bitare non est inutile. Dubitandi modus, ac finis præscri- bitur. Aristot. in prædicamē- tis cap. de Relatione. Quomodo intelligēdū est illud, de singulis du- bitare non est inutile. Dubitandi modus, ac finis præscri- bitur. Aristot. in prædicamē- tis cap. de Relatione. Quomodo intelligēdū est illud, de singulis du- bitare non est inutile. Dubitandi modus, ac finis præscri- bitur.

apprehendentes. n. singulis in rebus docentē uanis & superfluis interrogationibus ueluti in triuio, impediunt disciplinæ continuationē, quia stationes quasdā, & re- moras accipiāt. Isti quidē secundum Hieronymū ueluti timidi ac gulosi canes co- rria domi mordētes, & pilos uellicātes, ipsas feras nō attingunt. Neq; .n. perpetuis dubitationibus illud Aristotelis de singulis dubitare nō est inutile, rectē accipiūt. Est. n. in Categoriis i sine capitis de relatione: τὸ μὲν τοῖ ἀποκρίσει καὶ ἐκασοτῶν οὐκ ἀρχῆς ὄσιν. Dubitasse quidem de singulis ipsis non inutile est. De dubiis in- telligens eo capite iam motis, eaque uerba his uerbis subnectens ac colligens, id est fortē uerò difficile super talibus securē pronunciare, nisi multoties quis fue- rit speculatus. Attamē dubitasse non est inutile. Quod si tantopere locū hunc ama- runt, quia dubitationē inueheret in Aristotelicā Philolophiā, cur itidem nō ama- runt locū aliū, qui dubitādi modū, ac finē præscribit. Is est initio secūdi de sapiētia, *ἢ πρὸ τῶν ἀποκρίσει βωλομένους ἀετλαῖς ἐροῦσιν ἢ διδασκόντες, ὡσαύτε ἐν συμποσίῳ τῷ ἐν δολιχῶς ἐμποδίζονται, πῶς καὶ θησαυρῶν ἐπιτοκίῳ καὶ ἀφαιρέσει λαμβανόντες, οὐ τὸ μὲν οὐδὲ τὸν ἱερῶν μὲν, ἀλλὰ οἱ θεοὶ καὶ γλιφοὶ σὺλανας τὰ δέματά τε ἀκνοῦντες οἰκοῖ, καὶ τὰ τίματα τιλλοῦντες ἢ θηρίων ἀντὶ τὸν οὐχ ἀπὸ τῶν αἰσθητικῶν.* Est uero (inquit) iis, qui facultatē aliquā nosse uolūt; operæpretium dubitare rectē, posterior. n. opulētia solutio est eorū, quæ prius sūt dubitata. Soluere autē is nō potest, qui

A qui uinculū ignoret. Sed cogitationis (dianæ) hæsitatio hac de re manifestū facit: quatenus. n. dubitat, hoc simile quiddā ligatis, ac uinctis patitur. Quē locū si cōside- rasēt, & quæ sequūtur deinceps aliquot uerba nouissent, qui a dubitatio mētē ue- luti deuincit, ut nō queat in rei cognitionem ulterius progredi, intellexissent, dubi- tare nō qualitercunque, sed rectē, operæpretium esse: non ut perpetuis quæstioni- bus callis aperiat; sed ut uinculi illius solutio inueniatur, qua mens ueluti libera & uinculo soluta possit in rei cognitionem penetrare, atq; in ea *ἰσπερῆσαι*, hoc est opulentiam, ac thesauros scientiæ nancisci.

IVDICIVM DE B. THOMAE SCRIPTIS IN ARISTOTELIS Philosophiam Ex Hieronymo Vielmo Episcopo Argolicensi.

Thomas in explicando Aristotele totus eō incubit, ut uerba diligēter consideret, eorūq; sensa fideliter magis, q̄ eleganter exprimat, & Septimā illā atramentū effundentem crebro (ut Prisci Aristotelē nuncupabant) sensimq; fugientē, Lynceus ipse, & prudens tamq. Delius quiddā nata- tor insequitur, apprehendit, & tenet. Quāobrē huius explet, complicata aperit, cōsula distinguit, mutila larcit, cōtextu ipsum partitur, distribuit, cōnectit; dil- cussilq; ambiguitatum nebulis, quæ interdū emergere circa ipsum solent, oblucra quæq; breuissimē quidē, sed attamen ita illustrat, ut Expositoris nomen, nemine penitus dissentiente obtinuerit. Ac cū a Christiana pietate Aristotelem defecere, eaq; argumētis (ut lolet) oppugnare animaduērit, uel fortiter aduersus illū pugnat eūq; tela retūdūt, uel certē cōmodē, & pie (ubi pot) interpretatur; cū uidelicet an- cept, & ambigua oratio est, & in utraq; partē intelligi pot: Si quidē & iure cōsul- dubia interpretada esse in meliore parte, hoc est reo fauorabiliore, monent. Quæ si recētes Philolophiæ professores, cū uel in scholis de suggestu docēt, uel Aristotele scriptis interpretantur, secuti oēs fuissent, sanctiore in pleriq; haberet Ecclesia fa- cie; & tot falsis, ac perniciosis opinionibus, ueluti quibusdā furis nostra iuuetus im- buta minimē agitareto. Quod plane uidit, & teruare uisit postrema Lateranēsis sy- nodus. Aueroē quorq; quē iādudū scholæ admirabātur, Cōmētatorēq; etiamnū appellant; cū unitatē intellectus (sequutus Græcos aliquot expositores) ita tūt; uel creationē oppugnat; uel quidq̄ promit, quod Religioni nostræ officere posse uidea- tur, tam feliciter cū in expositionibus, tū uerò in quibusdā eruditissimis libellis pro- sternit, ut q̄ cōtentione, aut ostētatione ingenij, Auerois ineptias illas defendēda sibi susceperunt, non semel, ueritatis uim sentientes, Ipicula Thomæ validissima in illo esse, cōfessi sint: & cū de intelligētia Aristotelis cū eo Thomas pugnat, (pugnat autē frequētē) agrē ueritatē discerni posse dixerunt. Quapropter rectē affirmauit Viues, demētia fuisse illā, q̄ Aueroem Aristoteli parē, & B. Thoma superiorē fecit.

Ex Hiero- ny- ni Episco- pi libro 2. de doctrina & scrip- tis B. Thomæ

S. Thomæ aduersus Aueroem, pugna. & uictoria.

Dementiā fuisse eorū, qui Aueroē Aristoteli parem fece- runt.

S. Thomæ oēs ferme Aristotelis exposuit libros.

Boetius. Linconien- sis. Albertus Magnus.

Cōmentarij S. Tho- in libros de celo & Mūdo & in lib. Perilem. excellunt.

Primus igitur Latinorū Thomas fuit, qui tot Aristotelis libros suis cōmentariis eo modo illustrauit; de Interpretatione scilicet, & Posteriorū in Logica facultate; Physicorū de cōelo & Mundo, de Generatione & corruptione, Meteororū, de Ani- ma, de Sensu, & sensili, de Memoria, & Reminiscētia, de Somno & uigilia in natura li Philosophia. sed & in ea, quā Aristoteles primā, atq; Diuinam uocat duodecim priores Metaphysicos libros (nā posteriores duos uel illa ætas Latinos nō habuit, uel esse adulterinos, ac supposititios arbitratus est:)& demū Ethicorū Politicorū, atq; Oeconomicorū libros omnes accuratissimē exposuit. Nā Boetius, & Linconie- sis nō nisi vnum, aut alterū Aristotelis librū interpretati fuerunt. Et Albertus Magnus paraphrastē potius, & sensū magis, q̄ uerborū explanatorē egerat, quis in di- gressionibus copiosus admodū sit, & sublimis & de picipatu cū Aueroē cōtēdat. Factūq; est omnino cōmodē ut Aquinā s̄ alia uia progressus (breuiori sanē, & uti- liori) atq; Albertus fecerat, Aristotelē interpretaretur, ut haberent Latini in utroq; interpretādi genere quos imitarentur principes, Albertū uidelicet, & Thomā. Ex cellunt autē cōmentarij, quos in libros de Interpretatione atq; de cōelo, & Mūdo edidit. Nā cum prouectioris esset ætatis, quādo illos edidit, mirū non est si propter multiplicem, & certā rerum cognitionē, lōgāq; ac diurnā Auctoris exercitacionē emineat: quos eā ob rem & morte impeditus imperfectos reliquit. Digreditur. n. in illis

illo esse, cōfessi sint: & cū de intelligētia Aristotelis cū eo Thomas pugnat, (pugnat autē frequētē) agrē ueritatē discerni posse dixerunt. Quapropter rectē affirmauit Viues, demētia fuisse illā, q̄ Aueroem Aristoteli parē, & B. Thoma superiorē fecit. Primus igitur Latinorū Thomas fuit, qui tot Aristotelis libros suis cōmentariis eo modo illustrauit; de Interpretatione scilicet, & Posteriorū in Logica facultate; Physicorū de cōelo & Mundo, de Generatione & corruptione, Meteororū, de Ani- ma, de Sensu, & sensili, de Memoria, & Reminiscētia, de Somno & uigilia in natura li Philosophia. sed & in ea, quā Aristoteles primā, atq; Diuinam uocat duodecim priores Metaphysicos libros (nā posteriores duos uel illa ætas Latinos nō habuit, uel esse adulterinos, ac supposititios arbitratus est:)& demū Ethicorū Politicorū, atq; Oeconomicorū libros omnes accuratissimē exposuit. Nā Boetius, & Linconie- sis nō nisi vnum, aut alterū Aristotelis librū interpretati fuerunt. Et Albertus Magnus paraphrastē potius, & sensū magis, q̄ uerborū explanatorē egerat, quis in di- gressionibus copiosus admodū sit, & sublimis & de picipatu cū Aueroē cōtēdat. Factūq; est omnino cōmodē ut Aquinā s̄ alia uia progressus (breuiori sanē, & uti- liori) atq; Albertus fecerat, Aristotelē interpretaretur, ut haberent Latini in utroq; interpretādi genere quos imitarentur principes, Albertū uidelicet, & Thomā. Ex cellunt autē cōmentarij, quos in libros de Interpretatione atq; de cōelo, & Mūdo edidit. Nā cum prouectioris esset ætatis, quādo illos edidit, mirū non est si propter multiplicem, & certā rerum cognitionē, lōgāq; ac diurnā Auctoris exercitacionē emineat: quos eā ob rem & morte impeditus imperfectos reliquit. Digreditur. n. in illis



illis frequenter, copiosè, grauitè, perspicuè: Alexādriq; Io. Grāmāti, Simplicij ceterorūq; Græcorum cōmentarios ei Latinos redditos ab ijs, quos vel domi, uel foris Græcarum litterarū peritos alebat, ex ipsis fontibus, non autē ex Auerois la cunis, quē admodum aliis in locis exhaurit. Nā cum Græcas litteras atas illa uel cōtemneret, uel certè nō ita magnificeret, aut etiā negligeret, eas Aquinas, uel om nino nesciuit, uel leuiter attigit. Quāobrem in explicandis uocibus Græcis interdū

S. Thomas Græce nesciuit, sed tamen curauit Latinos reddi expositores Græcos. S. Thomas intellexit magna luce ad intelligentiam Auctorum carere eos qui à linguis essent destituti.

Suessani de S. Thom. testimoniu. Pomponatius.

Zimara.

M. Ant. Flaminij.

Sebastianus Foxius.

Aristoteles quādo scripsit in Aristotelem. Ptolemæus Lucensis. Libri. r. h. ma de ente, & essentia subtilissimi, & pulcherrimi. Liber de Principiis Naturæ scriptus à S. Thomā, clauis est librorum philosophiæ naturalis.

uē heret, uel fallitur: ut in quada præfatione cōmentariorū eius de Generatione, insignis Philoſophus, ac Theologus frater Sixtus Medicus præceptor meus ac omniū genere laude cumulatiſſimus paucis lectorē iudmonuit. Ita q; huic incommodū uellet mederi Aquinas, magna q; luce ad intelligentiā auctōrū carere, eos intelligeret, qui à linguis essent destituti, ac inopes, Græcæ linguæ eruditus senior consuluit, eorūq; opera, in uertendis Theologis, & Philoſophis uſus frequētè est: Vt illius incredibile in exquirenda ueritate laborē, & summa indultria ubiq; intelligamus. Porro & intelligunt omnes, quāti illius in Aristotelē explicationes fecerint præclari Philoſophi, qui multis annis in splendidiſſimis Gymnaſiorū cathedris interpretates, & suas cōmentationes subinde domi litteris mādantes, intimos quosq; & penitiſſimos Aristotelis recessus penetrare uisi sunt, nūc eorū uerbis ostendere aggreſſior. Etenim Suessanus ita alicubi scriptū reliquit. Ex his bonæ litteræ in Latinos migrarunt; inter quos Thomā Aquinatē nostrū inueni, cui merito iura exponēdi cōcedenda sunt. Hunc habemus hōn modo in his Phylis cōmētationibus, sed in libris alijs hūc dūcē: cui etiā nō sine causa, nomen Expositōris tributu est. Illo. n. (pacē Græcorū Expositōrū dixerim) curiosior, aut uberior, aut (quod rari est) clarior inuentus est nemo. Vnde meo quidē iudicio, omnis Latij, omniūq; Philoſophiæ decus semper habendus est. Quin ipse Pomponatius ueritate aliquando coactus est ita de B. Thomā loqui. Quapropter opinio recitata D. Thomæ, omniū latinorū, sētētia mea, maximi, imō fortassis nō minoris aliquo Aristotelis Exposito re, siue sit Græcus, siue sit Arabs, siue qualiscūq; sic omnibus est preponēda, cū & rationi, & auctoritatibus cōcorder. At uerō M. Antonij Zimara. Nā ubi, ait, est discordia in Philoſophia inter Aueroē & B. Thomā, difficile est uidere ueritatem. Addam & M. Antonij Flaminij uerba, hominis elegātoris doctrinæ & ornatiſſimi. In hoc genere apud Græcos florere in primis Basilius Magnus, & duo Gregorij Nyſſenūſ alē, & alter Naziāzenus; apud Latinos multi quidē, sed ante omnes sine ulla cōtrouēſia, Thomā Aquinas, uir sanctitate morū, & litterarū gloria præstantiſſimus: qui profecto, si disciplinā Aristotelis cōtēphlet, pulcherrima illa monimēta nobis nō reliquisset, quæ tendentibus ad cognitionē sapientiæ ipse didicimū lumē præferunt, atq; in sacrarij rerū Diuinarū abdita, & penetrata tuto, ac facili itinere perducunt. Sebastianus autem Foxius Morxillus nobilis sanē Platonis interpretēs, hūc in modū loquitur. Adde his B. Thomā Aquinatē, uiri in primis sanctissimi argumēta, quibus eādē immortalitātē tueri, ac penē demonstrare mihi uidetur. Scripsisse autē cōmentationes suas in Aristotelē, dum sub Urbano III. magna auditorū frequētia, Romæ profiteretur, Ptolemæus Lucēſis, qui Neapoli eius auditor, atq; à cōfessionibus fuit, i sua historia scribit, quē & i Vaticano, & apud Card. Vitelliū Romæ frequētè legi. Libellos autē, qui de Dialecticis deq; Philoſophicis agūt, ait, neq; uno loco, neq; eodē tēpore edidisse. Nā permultos eorū, cū esset Doctor, nōnullos uerō anteaq; insignia illi darētur, cōposuit: cuiusmodi fuerūt omniū subtiliſſimi, & pulcherrimi de ente, & essentia, & de principis naturæ. Quorū priorē uiri grauiſſimi plures Latini, & Græci, (nā Græcē quoq; redditus est) peregregijs cōmentarijs, & subtiliſſimis disputationibus exornarūt, posteriorē ego sepe sum admiratus, & Philoſophiæ naturalis librorū (præsertim autē qui de Phylis audiri sunt) clauē appellare, cū in scholis profiterer, solebā. Scripsit autē utrūq; propē adoleſcēs, uiraciliſſimo ingenio, & eruditione incredibili. Hæc pene omnē ex Vielmō, qui & de uiri illius sancti laboribus ac scriptis in Theologia plura a diecit, quorū ali quid eō coniecimus, ubi eius proprius est locus, nimirū ubi uel de Theologia Scholastica est actū, uel in Bibliotheca Sacra eius libri recensentur.

Handwritten note: S. Thomas etc. sic.

QVIBVS IN REBUS DISQVIRENDIS

citra fidei periculum exerceri possint ingenia.

Caput XXVI.

PLURA in omnibus ferme disciplinis, quæ nondum integrè percepta sint, cum dies ipsa identidem ostendat, satis monemur ne sistamus gressum in contemplando, quasi incomprehensarum rerum non sit multitudo maior, quàm quæ vnquam possit intelligi. At ut tuto philosophari, ac citra periculum fidei mens sciendi auida in nouarum copia rerum queat spariari, id uerò tam oprandum est, quam quod maxime. Neque uerò hoc difficillimum est, si ductum eorum sequamur, qui iam nobis tum antiquitus, tum hoc præsertim iaculo uiam strauerunt. quales quidem sunt, quos sequenti capite adijciemus. Verum & alij, quos peperit hæc tæcunda eruditionis ætas, quoniam è schola Christiana exierunt, tanto planiorem ueritatis hac in ratione philosophandi semitam indicarunt, quanto certiori ueritati inhæserunt.

Vt igitur mittam Theophrastum, Plinium, Atheneum, Aelianum, & alios, quorum mentio non ita multo post liquidus fiet; Ioannes Fernelius Ambianus, cum ad abstrusas rerum causas contemplandas propenderet; simulq. aliquando uerbis paucissimis Hippocratis admonitus esset, quo in morbis quippiam Diuinū, hoc est, abditum, esse confirmat; existimauit perbreuem sententiam permagno esse momento ponderandam: quippe qua Hippocrates magnam rerum supellectilem, quam mente gerebat, concluderet. Itaque Fernelius quantum abditarum causarum inest tum naturali Philoſophiæ, tum rei Medicæ conatus est duobus libris agere, quos de abditis rerum causis inscripsit.

Franciscus autem Valletius, cum iuuenis libros decem controuersiarum medicarum, & philoſophicarum edidisset, quos tum sequenti Elencho, tum proximo de medicina libro, commemorabimus, nouam philoſophandi rationem, senex ad pietatem, atque ad solidam ueritatem inijt; quam libro de sacra philoſophia explicuit: Nimirum huc se adductum testatus, quod plurima occurrerent in libris sacris ad naturam pertinentia, quæ plerique sic censerent accipiēda, quasi Dei Spiritus nihil ad naturam pertinens nobis uoluisset interpretari: Contra, uerò, magna ueterum pars philoſophorum, ad quorum manus sacri peruenerant libri, eos legisset, uelut alia quæuis philoſophica monumenta: atque adeo ipsa Iudæorum, & Christianorum dogmata uelut singulari curuldā scholæ philoſophorum examinasset, atque de eorum probabilitate certasset, conferens cum alijs dogmatibus, quæ fuere innumera. Quamobrem Vallesius, cum Diuina eloquia minime sanē ad naturæ interpretationem, ueluti ad finem simpliciter uſtimum scripta esse à uiris sancto afflatis spiritu sibi persuasisset, quoniam, ut scriptum reliquerat Ecclesiastes, naturæ arcana noluit Deus reuelare nobis ad Vitam æternam obtinendam, permittens tamen hanc occupationem pessimam filijs hominum, ut occuparentur in ea; sic censuit, disciplinas omnes ac præcipue naturalem, posse quamplurimum iuari; si docti laborem impenderent in eius ueritate e Diuinis ipsis eloquijs eruenda: cum in ipso eorum ductu rexantur naturalia, quæ sunt uerissima, utpote quæ à summè ueri Dei Spiritu dictata sint, & ab ipso auctore naturæ fluxerint, quem latere nihil potuit. Veluti item ijsdem in libris plurima sunt contexta ad historias spectantia; quæ & ipsa aliorum attinent (si scopum uſtimum consideremus) quam ut antiquorum facta, & proelia commissa no uerint; quæ tamen à ueritate non sunt aliena. Atqui (ait) cum Deus res naturales obiter attingit, cur nos decipiat? quarū notitia si minus ad salutem necessaria est, nihil tamen lædit. Quinetiam denique prodest, cum Diuina in rebus creatis, vis, ordo,

Io. Fernelius.

Franciscus Vallesius de philoſophia sacra.

Veteres philoſophi multi. D. scripturam legerūt uelut dogmata singularis cuiusdā scholæ philoſophorū. Each. e. e.

Diuina eloquia uerissima etiam ubi agunt de rebus natura libris & historiis.

Notitia rerum natura liū quomodo prodest.

ordo, ac reliqua agnoscantur. E paucis igitur quæ ex eodem Vallesij opere de A sacra philosophia interferuimus, ubi de Galeno locuti sumus, prudens quilibet intelliget. quam tunc inter varios opinionum fluctus cursum tenere poterit, qui philosophabitur. Addo, ex huiusmodi ratione philosophandi, futurum, ut li- queat, philosophiam, quæ quodammodo nuda, & pauper vixerat, ac penè tan- tum ad vsum Medicinæ adhibita fuerat, non solum ex angusto in patentem cam- tum à Theologia fuisse productam, verum etiam tanquam ancillam nobilem, adscitam in scholas, in suggestus Ecclesiarum, in domos Regum, in Synodos, in ipsa Diuina adyta, dixerim in ipsum quoque Dei sinum. Ut siquid ea Theolo- giæ officij præster, hæc illi rependat vberimè. Ac profecto philosophia, si seip- sam inter cancellos suos contineat, lentit secum agere Theologia, quod sit a Deo erga pauperes, & paruulos, quibus seipsum reuelat, suæq. thesauros bonitatis li- bentius communicat, quam ijs, qui dicunt, nullius egemus, & diuites sumus, at- que efficere per nos ipsi possumus, quæcumque volumus.

Iam quæ in physicis attinent ad casus, & fortunæ tractationem, ac subinde ad id, quod vocant fatum, & contingentiam; præterea ad æternitatem, atque vnita- tem Mundi; nec non ad animæ, non solum immortalitatem, verum etiam mul- titudinem, & informationem: Quæ item in Metaphysicis ad veram Dei cognitio- nem, qualia sunt eius libertas, infinitas, siue infinitudo, & omnipotentia; deinde & quæ ad intelligentias pertinent, quo ad substantiam, numerum, operationes atque eiusmodi alia, in his sine fidei naufragio securius excurrimus, cum præsi- dium capimus ex ipsa, quæ constans est in Diuinis litteris, veritate. Sed & præter hæc, haud pauca sunt, quorum formalis ratio non facile dispicitur absque alio fi- dei principio, aut sacramento. Nam (vt id modo dicamus) cum natura difficil- lime distinguitur, quæ cernit inuicem esse a parte rei coniuncta, & concomitantia, certe difficillimum erat intelligere, quid implicet seiungi, quid nõ, nisi Diuinum accessisset fidei lumen, quo ostenditur a superiore potentia, qualis est Diuina, quæ est omnipotens; aliqua seiuncta fuisse. Sed & passim in Diuinis litteris didici- mus, idem numero semel corruptum, posse redire. A gens agere, absque debita appropinquatione, alia denique, quæ supra, & præter naturæ vires effecta, nobis altiora sublimioris philosophiæ secreta referarunt. Quod vel vnico illo trium- puerorum exemplo constare potest, quos in fornacem proiectos à Nabuchodo- nolo, ignis non tetigit, dum tamen ad diuinæ voluntatis nutum alios adureretis in quo miraculo plura fuisse miracula & S. Ioannes Chrysostomus aptissime, & D

Philoso- phiam, quæ nuda, & pau- per vixerat, edu- cta fuit, se à Theo- logia in pa- tentes, & vberes cam- pos.

Philoso- phia, si se- ipfam intra cancellos suos conti- neat quan- topere inue- tur à Theo- logia.

Quæ inui- cem a par- te rei con- iuncta sunt, quomodo possint sei- iungi.

Chry. hom. 4. ad Pop. Antioch. Pererius in Daniele. Iulius Cæ- sar Scalig. ger.

Leonardus Garzonius.

Christopho- rus Clavius.

Præter Vallesium autem, Iulius Cæsar Scaliger suis exercitationibus, siue in librum de Subtilitate Hieronymi Cardani præbet occasionem philosophandi de rebus naturalibus vel abditis, vel eatenus minus subtiliter expensis: eò melius, quam fecerat Cardanus, quod Methodum Aristotelis insistent minus à scopo aber- rauerit: quanquam ab aliquibus poterat superfedere, in quibus licentius locutus est de ijs, quæ ad res illas non attinebant. Quamobrem hæc, & limam, & expur- gationem requirunt.

Extat verò apud nos liber Leonardi Garzonij viri de societate nostra nondum editus, in quo cum mirabiles vires acutius, quam plerique eatenus alij, magnetis, siue lapidis Herculei, exposuisset, reliquit modum, quo in eiusmodi rebus ingenia E sine discrimine possent exacui.

Ceterum & in Mathematicis quàm multa sint, quæ quotidie ab ingenijs acro- ribus eruuntur, aut intelliguntur, nosse inter alios Clavius diuersis operibus ostē- dit: Vt non defutura sit materia (quemadmodum diximus) qua citra omne fidei, ac religionis periculum, aut naufragium quisque philosophetur.

**AUCTORVM ALIQVOT**  
Elenchus, qui vel in Aristotelem scri- pserunt, vel Philosophia studijs absoluendis commoda esse putarunt. Cap. XXVII.

Scriptores de Philo- sophiæ origi- ne. Iosephus. Clemens Alex. Eusebius. Theodoretus. Magister. lib. 2. d. 23. Bonau. ubi- dem art. 1. g. 2. & 2. S. Thom. 1. 2. q. 94. Hugo de s. Viatore li. 1. de sacram. p. 8. c. 12.

Auer. in proem. phy- sic. & lib. 3. de Calo. tit. 68. Aetius in hist. Phi- losophica.

Boetius. Seneca.

Richardus de S. Viato- re. Nicolaus de Cusa. Io. Francis- cus Plem. Adrian. Card. Hieron. Pa- duanus. Franciscus Petrarca. Calius Rhodiginus. Petrus Lagne- rius. Petrus La- gnerius.

E Philosophiæ origine ducta à Chaldaeis, & Hebraeis scribere inter alios Iosephus libro primo contra Appionem. Clemens A- lexandrinus libro primo stroma- tum. Eusebius libro decimo, & vndecimo præparationis Euangelicæ. Theodoretus li- bro primo græcarum affectionum. A Chal- daeis autem ad Aegyptios sapientiam tran- sisse Abrahamum constat, Zoroastre apud Baetrianos imperante, qui Linum, & Or- pheum nongentis annis præcessit. Quam item sententiam Theologi Scholastici sequun- tur, cum Adamum omniscientia rerum na- turalium a suo vique ortu auerunt fuisse præ- ditum: id quod confirmant ex capite eccle- siastici decimo septimo, & lib. Ecclesiastes capite septimo.

Ex his constat eos non rectè facere, qui cum philosophiæ curriculum auspicantur, so- lent originem philosophiæ tribuere Græcis. Aueroes enim eam Aristoteli; alij Lino The- bano, aut Orpheo eius discipulo, vel Mu- seo Atheniensi tribuerunt, vt quidam apud Laertium putarunt; & Aetius scripsit in hi- storia Philosophica, quæ falso est ascripta Ga- leno; id quod Theodoretus libro tertio, quar- to, & quinto Græcarum affectionum docet. Quo iacto fundamento, perlegi (si libuerit) poterunt, qui de eiusdem philosophiæ origi- ne, diuisione, atque vtilitate scripserunt.

Quales inter alios fuere Boetius de consola- tione Philosophiæ: Seneca libro decimo ter- tio, epistola octogesima nona de liberalibus artibus; ac libro decimo quarto, Epistola nonagesima prima, de Philosophia, quod non sit res beneficiaria. Richardus de Sancto Vi- tore, de studio Sapientia: Nicolaus de Cusa de sapientia Idiota: Ioannes Franciscus Pi- cus, de studio Diuinæ, & humanæ philoso- phiæ. Adrianus Cardinalis de Vera philoso- phia. Hieronymus Paduanus de Philosophi- ca doctrina, & disciplina atque his connexis libro tertio partis tertiæ. Franciscus Petrar- ca duobus libris de Sapientia vera. Cælius Rhodiginus pluribus in locis. Petrus Lagne- rius, & reliqui à Sancta Sede Apostolica ap- probati, vel expurgati.

Et si verò eruditus noti sunt interpretes Aristotelis, veteres præsertim, ac recentio- res ij, quorum celebrius est nomen; ac de qui- bus aliqua mentio superioribus capitibus fa- cta est. Præstat tamen in gratiam studiofo- rum Adolescentum seriem, & cautiones alias huc adscribere eorum, quibus aut emendis,

A aut legendis iactura non fiat pecuniæ, ac temporis.

Iam igitur constat in vniuersam penè, aut certè primarias philosophiæ partes scripsisse paraphrases, vt Themistium; vel Epito- mes, vt lauellum; vel commentaria, vt Aueroem; S. Thomam; Albertum Magnum; vel (vt vocant) curium, vt Lonanientes. Sed quoniam hi omnes posteris viam ad philosophan- dum munierunt, factum est, vt & aliqui è no- stris, præter eximios aliorum ordinum, atque Academicarum Philosophos, materiam vber- rem nacti, totius Aristotelici curriculi com- mentaria conficere aggressi sint, ita vt, cum solida doctrina, atque meliorum interpretu sententijs, breuitas, elegantia, & proprietates coniungerentur. Id verò efficere, ne se quis- que vel conquirendis, vel describendis tot va- rijs opinionibus obrueret, atque conficeret; licet cõsultò etiam quedam omiffa in eodem curriculo sint, in quibus exercendi ingenia liberior pateat campus. Hæc ergo commen- taria, quæ iam in octo physicorum Aristote- lis libros, & in reliquos de Cælo edita sunt, si quis assequi curauerit, spero eum non pæni- tebit. Nam & reliqua mox, deo Dante, pro- dibunt in lucem.

Ad Dialecticam, siue Logicam quod atti- net, cum aliqui acrius, quàm decebat, eleuare Aristotelis scripta de prædicamentis, Inter- pretatione, Prioribus, Posterioribus, Topi- cis, Elenchis conati sint; Laurentius Valla, Marius Nizolius, Io. Ludouicus Viues, Pe- trus Ramus, & alij huiusmodi laude dignum, vt & fructuosum fuerit, si breuiter, atque peripicue pro adolescentum captu, illorum argumenta vbi adhuc habentur in precio, breuissime rescellantur. Proderit enim id etiam ad excitanda ingenia, & tamquam è collisione lapidum ad aliquas in eorum men- tibus scintillas veri excutiendas. Et quidem Iacobus Carpentarius, Petri Rami commen- ta retulit. Laurentij autem Vallæ, & Marij Nizolij, M. Antonij Maioragius. Tiliæus verò cum suis asseclis iam decoxit. At Lu- douico Viui nescio quis responderit. Ac ta- men is Aristotelem magni facit, sed quæ de vniuersa eius Logica scripsit, plerique sug- gillat in locis asserens, non obscura modo, atque aliquando proluxa, Verum etiam ine- pta esse ad vsum. Quod lanè postremum, vt minime dicendum erat, ita resutat est ab ijs, qui magna cum laude Aristotelem inter- pretati, secus quàm Viues, locuti sunt. nos pauca hæc pro tyronibus.

Argumentationis perfectæ quandã Ideam exprimere Aristoteles voluit, quod sanè con- lectus est, dum partes eius (scilicet propo- sitionis) distinguit, designatque, quot & qua- les sint. Dum multiplices eius figuras, & for- mas quasi depingit, dum viles ab inutilibus modos secernit, dum & figurarum, & modo- rum varietatem expendens, quæ figura, quæ u- 1 2 modus



modus ad evidentem conclusionem maxime fit aptus dijudicat, eodemq. qua via ad hunc vnum, qui præstat, tum modum, tum figuram quicunque alius reduci possit, obscura sanè, sed per acuta præceptione præmonstrat. Atque ex hac parte, iudicandi rationem, quidò crimam hanc imbiberit, sine dubio consequetur. Inveniendi verò modum plurquam faciliem ille agnoscat, qui in rerum cognitione veritatis fuerit. Qui enim rerum causas, & naturas omnino ignoret, is sanè difficile præcepta inveniendi intelliget. Quis enim antecedentia, aut consequentia, aut repugnantia, sine aliqua earum rerum, de quibus illa dicuntur, intelligat?

Porro Prædicamentorum numerum (si tamen Aristotelis sit) tanquam vulgarem, & communi philosophorum cõsensu receptum proposuit, & exposuit. Iam vero in Logica eo consilio putò inserta fuisse, ut logica studiosus disceret ex hac rudi Entium distinctio ne multiplices posse de rebus formari primos conceptus, vnamq. & eandem rem ratione, & definitione diuersarum conceptionum obiectum esse posse; quòd maxime logico, & ei, qui artis Logice præceptis uti vult, est per necessarium. Interuenit igitur tandem ad definitiones, & ad alia scientiæ instrumenta consequenda.

Neque verò, quòd secundo obiciebat Vices, veritatur Logica in tradendis præceptis vocalis, sed mentalis orationis: Quòd si nomina extarent, & voces, quæ pro mentalibus terminis supponerent, non esset, cur de nomine, & verbo mentionem faceret Aristoteles; hæc vero cum tendant ad dirigendas operationes intellectus multu differunt ab ijs præceptionibus, quas ad congruè formandam orationem Grammatici tradunt.

Quòd autem ad Propositiones, siue enunciationes modales attinet, has Aristoteles penes modos rerum distinguit. Entium enim quædam necessaria, quædam contingentia, quædam impossibilia sunt: orationes autem tam mentis, quam oris ex naturis rerum maxime distinguuntur, præterquam quòd Theologia denique monstrat, vbi de futuris contingentibus agit, quanto vlti iam modales sint.

Libros autem Priorum non immerito resolutorios dixeris; quòd in his materiam, circa quam veritatur syllogismus, in minutissimas partes resoluat. At quis neget eas in vltum aliquando venire posse? & quidem facilius erit illarum præceptionum vltus ei, qui perfectam earum tractationem intellexerit, quam qui rudem tantam acceperit.

At Posteriorum libri demonstrationis naturam explanant, quæ scientiæ mater est. Quæ igitur minus apta videbantur prima fronte in illis, qualia sunt, quæ de errore, de ignorantia, de opinione agunt; hæc commode tractata magni æstimabuntur ab eo, qui

ipsum demonstrationis scopum (scientiam scilicet, quæ finis est eiusdem) ex eorum cognitione non exiguam lucem haurire consideret. Pertinet autem demonstratio hoc est demonstrandi ars, ad dialecticum, non quidem vt eum, qui de rebus ex probabilibus differit, sed qui de differendi, ac sciendi modo ex necessarijs edisserit. Hæc vero ingenij nostri imbecillitati se non accommodant, sed scientiæ ipsi, vt hinc medium, viam iterunt. Scientia verò naturas rerum conatur exprimere. Quamobrem licet hanc demonstrandi artem, & vltum, nunquam, vel rarò propter abstrusam rerum cognitionem vturpare possimus; certe intelligimus posse inde opinionem à certa scientia discernere, nec mordicus aut hrmus ei, quam opus sit, adherere; Quo autem propius ad hanc demonstrandi regulam aliquis accesserit, eo se perfectus, certuq. rem nouisse sentiet.

Iam tantum abest, ut Topica Aristotelis spernenda sint, ut magno discentium damno à plerisque Professoribus omittantur. Quandoquidem ex ijs libris, quos reliquit Aristoteles, nullus ferme est abolutior. Nam etsi, quæ de Analyticis scripsit, uti præstantiora, subtilius tractauit, quoniam tamen paucissima demonstrationes confici possunt, idcirco Topicorum libri essent uerlandi diligentius, quos & non sine causa edidit Aristoteles sciens, eos ad vltum frequentissime posse adhiberi. Elenchorum autem duo libri ipsi sese tuentur, cum captiosas ratiocinationes produunt, quales & hæc ipsa sunt, quæ illis obiciebantur.

His positis, cautiones hæc sunt addendæ. Primo in Logica expedire, ne in Prolegomenis aliud disputetur, quam num sit scientia: & de quo agat subiecto. Mox pauca de secundis intentionibus. Plena uerò de uniuersalibus disputatio differatur in Metaphysicam; quandoquidem sit satis hic tradere mediocrem eorum notitiam, idq. ferè sub interrogandi; dubitandiq. caractere. De prædicamentis item faciliora quædam, quæ ferè ab Aristotele tanguntur; cetera suo tempore, & locis, hoc est cum Metaphysica exponentur: Liber secundus Perihermenas, & ambo Priorum libri præter octo, uel nouem prima capita primi libri compendio percurrentur: ac tamen propriæ illis quæstiones explicabuntur: breuissimè uerò ea, quæ est de contingentibus, nec in ea tunc quidquam agatur de libero arbitrio.

In finem Analyticorum plenior instituitur tractatio de scientia, in eamq. maxima ex parte conijciantur prolegomena physica ut scientiarum diuisiones: abstractiones: speculatiuum, Practicum: Subalternatio. Id etiã. An scientiæ subalternentur Metaphysicæ. Diuersus quoque modus procedendi in Physicis, & Mathematicis, de quo Aristoteles in secundo libro Physicorum. Ex Topicis & Elen-

Nota

Elenchis loci, & fallaciæ discantur, qui forte breuiorem, aut commodiorem in ordinem redigi possent: Si qua uerò summula anni initio tractetur, ea tractatio sit ad captum Tyroneum, cuius breuissima tantum scholiola scribant, ut assuescant.

Cum autem in Logicis præcipuum teneat

locum ratiocinatio, quæ à ratione manat, meminerint sæpè adolescentes quid sit ratio, atque unde accepta, petendave sit: ne videlicet putent eam ingenij dumtaxat exercitatione, sed continenter per orationes à Deo, uti S. Thomas faciebat, comparari.

Nota

INTERPRETYM ALIQUOT ELENCHVS, qui in Aristotelem Commentaria ediderunt. Cap. XXVIII.

IN OMNIA PENE OPERA.

Andræ Cæsalpini Aretini: Quæst. Peripateticæ: auctiores, quibus secundo Venetijs editis Vir doctiss. difficultiora in Naturali Philosophia, & Metaphysica, & Logica explicat. Vide item vbi de Theophrasto.

Infra ad calcem huius libri.

Cæsa edidit 1570.

- Chrysofomi Iauelli Epitome.
- Comimbriensis Collegij Societatis IESV, cursus optimus.
- Iacobi Mazonij de triplici Hominum Vita Actiua, Contemplatiua, Religiosa, quæstionibus quinque millibus centum & nonaginta septem, quibus fatigat, vt Platonem, Aristotelem, Græcosque & Arabes, ac Latinos componeret. Methodum sanè tutam, & percommodatam Vir eruditiss. Vniuersa illa Methodo proponit.
- S. Thomas Aquinas.
- Auerroes.
- Antonijs Mirandulanus.
- Augustinus Niphus.
- Boetius.
- Dexippus in prædicamenta.
- Dominicus Sotus.
- Flaminij nobilij quæstiones Logicae.
- Francisci Titelmanni Dialectica.
- Francisci Toleti in Logicam Aristotelis. Introductio etiam ipsius.
- Ioannes Franciscus Burana.
- Ioannes Scotus.
- Paulus Venetus.
- Petri Fonseca Dialectica, quæ est introductio in vniuersam Logicam.
- Porphyrius de quinque vocibus.
- Paulus Soncinas.
- S. Thomas.
- Thomas de Vio Caietanus.

IN PRIORA.

- Aegidius in Priora.
- Alexander Aphrodisæus.
- Bagolinus.
- Ioannes Franciscus Burana.
- Ioannes Grammaticus.
- Ioannes Scotus.

IN LOGICA, siue in partes Logica: siue Introductiones ad eam.

- Albertus.
- Ammonius in prædicabilia, in prædi-

IN POSTERIORA.

- Aegidius.
- Apollinaris in primum Posteriorum.

- Auerroes.
- Dominicus Sotus.
- Eustratius in secundum Posteriorum.
- Iacobus Zabarella Patavinus.
- Ioannes Grammaticus.
- Ioannes Scotus.
- Themistius.
- S. Thomas.
- Thomas de Vio Caietanus.

IN TOPICA.

- Academia Veneta.
- Albertus.
- Alexander.
- Antonijs Demochares.
- Auerroes.
- Augustinus Niphus.
- Franciscus Titelmannus.
- Louanienfes.
- Stephani Caruisij Catena aurea Tomo nono.
- Petrus Hispanus cum Verforio tractatu quinque summularum.
- Thomas Bricot.

IN ELENCHOS.

- Alexander Aphrodisæus.
- Augustinus Niphus.
- Bernardinus Tomitanus.
- Ioannis Scoti quæstiones.

PRÆMONITIO, ET CAVTIO

ante Elenchum Interpretum Physices.



Duo genera Magistorum in Philosophia Naturali.

Ntequam ad Elenchum Interpretum Physices accedã, pauca præmonenda sunt. Vidimus apud duo genera hominum, cum ab eorum Magistris in hæc studia inducerentur, sic in Prolegomenis agi, vt alij inter Deum, & Naturam nihil interesse docerent: atque eodem tempore libellos obruderet, qui specie pietatis fucati, mentes ab interiore, ac solida causarum contemplatione auertebant: Alij vero dum vnã cum Plinio, & eiusmodi reliquis pergeret Mundum ita vocare Vniuersum, vt videlicet ipso nihil præstantius, maius, melius esset; fecere, vt plerique ex philosophia studijs felicitatem in eo constitueret, quem neque ortum fuisse, neque interitum, sese demonstraturos pollicebantur. Prioris

generis, hæretici quidam adhuc sunt: Reliqui neque hæretici, neque catholici: sed potius ad Atheismum vergentes. Ad illos autem priores adiuuandos, quando à propinquis hæreticis sæpè prohibentur, quin ad Catholicorum Academias veniant, pertinent, quæ de principijs rerum naturalium intrinsicis initio aliquatenus essent docendi: Ad hos vero ad hos reuocandos in rectam semitam, spectant, quæ de Mundi exordio, deq. ijs, quæ, vel sub aspectum cadunt, & sunt temporaria; vel non videntur, & sunt æterna, non nihil præstandum videretur: His enim obiectibus submotis ingenia firmius in philosophia decurrerent. Ac etsi aliquid generatim hæc de re attigimus supra, præstat tamen idem paullo planius hic, quasi in ipso Naturalis notitiæ vestibulo,

2. Cor. 4.

CAVTIO.

vestibulo, pro captu Adolescentum adtexere: ut cum tractare Interpretes ceperint, a recto facile non abducantur.

Fatemur igitur & nos peccari multum ab ijs, qui in prophana Philosophia, quam vitæ Magistratam faciunt, nusquam fere Dei nomen proponunt, aut celebrant. Quodque apud quosdam, & adeo in publicis aliquibus Scholis iaceat veluti sepulta Dei memoria: siue de ratione, qua rerum paratur cognitio, siue de naturalibus, siue de moralibus agat: Ac dum plus nimio hærent in natura requirenda partim in materia, partim in forma, partim in causis naturalibus, & fortuitis, Dei vix vltimam mentionem faciunt. Veruntamen negandum nõ est, quin quæ de Natura tanquam principio motus rerum naturalium tradidit Aristoteles, hæc sapienter sint dicta. Quam rem si Christiani Philosophi tanto aucti lumine fidei, secundum veram philosophiam, velint illustrare, patet illis campus, vnde fructum uberrimum capiant. Differunt enim Natura illa quæ in Physicis queritur, & Auctor, atque principium naturæ. Quippe & queritur, quæ internum principium sit ijs in rebus, quæ moventur. Quo principio naturalia a non naturalibus distinguuntur. Quæ obrem licet Deus, ac reliquæ mentes a materia separate, principia sint interna suarum actionum Intellectus & Voluntatis: Natura tamen hæc dicuntur: ea enim physica operationes non sunt, nec per eas substantiæ illæ vocantur naturales. Deus autem generalis quidem causa omnium est, sed externa hisce rebus, quæ moventur; nec tanquam pars intima earum essentiam constituit, quanquam alio quodam sensu dicatur Deus per essentiam suam esse, in singulis, quatenus immensitate sua, replet omnia, conseruat, datq. vt operentur. Quæ veritas fecit, vt ipse Aristoteles hæc duo affirmauerit; Primum, in rebus naturalibus Naturam esse commune, quæ in omnibus internum principium sit, siue ea sit de singularum essentia, vel tanquam subiectum, vel tanquam forma constituens subiectum, siue qualitas aliqua per omnes diffusata proprium habens subiectum, numero saltem distinctum a subiectis aliarum. Alteram vero: præesse necessario, ac præsidere eundis rebus, siue naturalibus, siue supernaturalibus Deum, qui omnia ratione gubernet, eaq. in suam finem adducat. Ea verò nõ solum Aristotelis, verum etiam Platonis, ac Stoicorum necessarium ratio fuit. Quod quid mouetur ab alio mouetur, cumq. id nõ queat simul esse actus, & potentia, necesse autem sit vnum esse primum mouens mobile: (in causis enim subordinatis inferior agere non potest, nisi agat superior) si in infinitum progrediamur, nec verò vlla prima sit causa, nihil vnquam fieret. Atqui cum res omnes naturæ constantes ob se fierent operentur, quem quidem, quoniam intelligentia carent, non cog-

NOTA.

NATURA, & principium Naturæ quomodo differunt.

Deus quomodo sit causa omnium generalis.

Dvo ab Aristot. affirmata notanda.

Ratio Aristotelis Platonis, & Stoicorum.

gnoscunt; cumq. finis nõ moueat agens ad operandum, nisi ab eo cognoscatur, atque appetatur, necessarium plerique omnes intellexerunt debere esse Naturæ totius Auctorem, qui finem cognosceret, atque in huc res singulas dirigeret, in quem iidem indidisset naturalem appetitum. Sic ergo eximij Philosophi coacti sunt fateri opus naturæ, opus esse intelligentiæ. Naturam proinde aliquam esse naturam, hoc est effectricem, ac directricem alterius Naturæ, quam naturam hoc est effectricem, & directricem appellarunt. Intellectum nempe Diuinum, qui cum infinita sit virtutis materia non eget, sed de nouo cum cetera producit. Reliqui verò Intellectus, siue humanus, siue Angelicus cum nihil possint in rebus producere, sed materia solum productam quadantenus, hoc est, per locale motum disponere, ac versare, idcirco humanus quidem per habitum artis, atque prudentiæ, perq. manuum instrumentum, quibus ea procurat, quæ ad vitæ necessitatem, & commodum attinent, dicitur esse principium artificiorum; sicut Intellectus Angelicus suam, & vniuersi perfectionem querens, dicitur esse principium celestis motus. Sanè verò etiam Naturæ nomine Dei opera notari nemo negauerit, qui fidei lumini non valedixerit. Vni item cuiusque rei, & facultatem propriam, quam cum singulis rebus attribuerit, eas & inuicem discreuit, & quodam veluti priuilegio ornauit, ac beneficio: vt vbi que diues illa, & omnipotens Sapientia, Bonitasq. elucescerent. Aliam porro fatendum est notionem esse naturæ, qua res omnes fieri, vel seorsum, vel præter naturam dicimus; Ver, Aestatem, Autumnum, Hyemem. Secundum naturam quidem, cum suam temperiem obtinent; At præter naturam, cum non maturant fruges; cum calor nimis remittit, cumve extraordinaria hyemis constitutio est, aut aliquid eiusmodi. Accedunt miracula, resq. insolita, cum quæ rerum statum, atque ordinem Deus constituit, cum interdum vel suspendit, vel mutat propter hominum scelera. Veruntamen & ab his omnibus diuersa alia Natura notatio est, quæ declaranda sit, saltem cum Ethica tractanda fuerint: Naturam enim dicimus, qua malis & vitia significantur, quæ ipsam Dei opus occupant. Est enim ista natura vitiosa, & improba, quæ velo Naturæ veræ, ac bonæ tegamur: caput, quod facilius fallens parum cæcitate imponat. Id enim Satanas, vt emerget malis suis idem naturæ vocabulum indidit, quod celestibus bonis, Deoq. ipsi tributum viderat. Distinguenda igitur, est vera & bona; ab improba natura: quæ quoniam vitiositate, atque corruptelam designat; breuissimè dicendum est, quæ labem tuimus asperit, cum a Deo deiecimus, quibus bonis excidimus: quibus obnoxij miseris; quamuis immensa Dei misericordia factum sit, vt primorum

Opus Naturæ esse opus intelligentiæ.

NATURA Naturans, Natura Naturata.

Variæ significationes huius Vocis Naturæ.

Satanæ actus in nomine Naturæ perueniendo.

morum bonorum reliquias, & vestigia retinerentur, nostræ admoneremur originis; ac sciremus in tot malis ad Deum esse confugiendum per fidem in Christum, & opera Christiano homine digna. Hæc verò corruptæ naturæ vox cum Philosophis haud innotuerit, factum est, vt in Ethicis de hominis voluntate, libertate, ac virtutibus, aut non recte, aut non plenè disseruerint.

DE MUNDO contra Plinium.

Iam quod ad Mundum attinet, quo omnia comprehendere quidam cum Plinio, alij verò fuisse, ac fore contendunt æternum; hæc pauca initio satis sunt. Quæ quidem postea rationibus validis ipso in contextu Aristotelis suis locis solent a doctis Philosophis comprobari.

TEX. 100. primi de celo.

Primò, aliqua esse, quæ quantò remotiora sunt a sensibus, tanto sunt diuina: ac proinde maiora: ea verò supra cælos esse ne à Philosophis quidem fuisse negatum: Atque vt ij ignorassent, Diuinum extare testimonium, quo nil certius sit.

Deinde aliquod esse, quod magnitudine hunc superet aspectabilem Mundum, ex ipsa Geometria colligi. Ea enim figuris, & magnitudinibus nullum terminum, aut finem certum præscribit, vt globum possumus, aut circulum cælo extimo maiorem comprehendere. Quod vt fit, neque nos Physicorum impedire possunt rationes, ac ne ipsa quidem cæli extimi superficies, quæ locus omnium dicitur. Quod quidem ab ijs factum fuisse, qui nobis syderum magnitudines, & interualla descripserunt; res ipsa loquitur. Longius enim cælo profectos eos fuisse, & magnitudines cælo ampliores comprehendisse, negare non possumus: cum cæli molem, quamuis vastam ad suam rationem reuocauerint, ac singulas eius partes, vt quæq. oriatur, & occidat annotarunt.

Plin. lib. 7. natur. hist. cap. 5. 6. lib. 23. 6. 6.

Præterea ex vna Chronologia deduci originem Mundi; cum, quos Plinius recenset, rerum necessarium ad vitæ vium fuisse inuentores, eorum nemo vixerit ante quattuor mille annos: cum verò alibi dicat, diligentiam suam in scribendis omnibus rebus à Principis fuisse adhibitam, mirum est, quod historia nulla antiquior reperiat, quam quæ in Diuino Codice extat, quæ tamè creationem Mundi disertè testatur.

Li. 3. quæst. natur. 27. 28. 29. Vide Pereriu in Genesim 2. Tomo.

Porro quod Seneca dixit, vt non semel ortum, sic neque semel interisse Mundum: falsum est. De varijs ille causis Diluuij dixerit, & quibus vt alique non sunt improbande, certe aliq. probari nulla ratione debent. Et diluuium enim ex solis causis naturalibus effici, & quidem necessaria quadam, & immutabili lege naturæ, à qua certum diluuium tempus fixum sit; quod vbi venerit, necesse sit fieri diluuium, hoc verum non est. Ait præterea non modo futurum aliquando diluuium, sed antehac sapius esse factum, & sapius posthac futurum. Suorum enim (inquit

Pererius) Stoicorum disciplinã secutus opinatur, Mundum sapenumero oriri, & interire, longissimis tamen temporum interuallis: & interim quidem alternis vicibus, vel incendio, vel diluuiio. Sed hoc non tantum Diuina Scripturæ contrarium est neganti plus vno diluuiio aut fuisse, aut futurum vnquam; verum etiam duorum philosophiæ principum, Platonis, & Aristotelis doctrina, ac decretis planè aduersatur. Illud denique falsum est ab eodem Seneca, eo ipso loco proditum, diluuiio omnia animalia, omnesq. homines penitus deleri; eademq. renascente Mundo per solas causas naturales regenerari. Non enim fert natura, vt perfecta animalia, præfertim autem homines, aliã ratione, quam ex causis efficientibus eundem speciei, suiq. similibus parentibus naturaliter iterum regenerentur.

Porro quod in docendâ Philosophia, tum naturali, tum reliqua moment docti Philosophi, hæc sunt. Vt in octo quidem Physicorum libris. Textus libri primi in ea parte, quæ est de Antiquorum opinionibus; sexti item ac septimi compendio tradantur. In octauo autem nihil de numero Intelligentiarum, nec de infinitate, seu libertate primi Motoris differatur: sed hæc in Metaphysicis disputentur, & quidem solum iuxta sententiam Aristotelis: Textus verò secundus, tertius, quartus librorum de Cælo breuiter perfringuntur, magna etiam ex parte prætereantur: In his libris non tractentur nisi pauca de Elementis quæstiones: De Cælo autem duntaxat de eius substantia, & de influentijs: cetera vel Mathematicæ Professori concedantur, vel his delit, conterantur in Epitomen. Meteorologica tere percurrantur compendio ætius mensibus. In libro primo de Anima, veterum placita Philosophorum summatim percontantur. In secundo libro expositis sententijs non digrediantur in Anatomiam, & cetera, quæ sunt Medicorū. Addantur porius, si vacaret, Parua Naturalia. In Metaphysicis Proœmium: Ac verò Quinti, Septimi, Duodecimi librorum textus magna ex parte diligentèr explicentur. In ceteris libris seligantur ex vnoquoque precipui quidam textus, tanquam fundamenta Quæstionum, quæ ad Metaphysicam pertinent. Quæstiones de Deo, & Intelligentijs, quæ aut omnino, aut magna ex parte pendunt ex veritatibus, reuelatis præreantur. Siquis tamen velit de supposito, & Natura, & de concursu etiam Dei cum secundis causis aliquid attingere, non tam disputando, quam rem declarando, breuissimèq. probando in gratiam eorum, quorum plerique Theologiam audire non essent, id vtiq. fieri posset. Ceterum enixè studeant communiõres, ac magis approbatas Philosophorum sententias tueri, quales exempli gratia sunt, quæ sequuntur. I. Naturalis est motus cæli, saltem secundum



dum principium passivum.  
 2. Motus, & tempus sunt entia realia.  
 3. De Anima Intellectiva, etiam vt Intellectiva tractare Physici est.  
 4. Anima rationalis, etiam secundum Aristotelem est immortalis, nec educitur de potentia materiae, & est vere, propriaq. corporis forma.  
 5. Naturaliter demonstrari potest, iamq. demonstratum est, Animam rationalem esse immortalem, nec vnam in omnibus: & ita naturalem esse corporis formam, vt definitio Anima ab Aristotele tradita ei competat.

**I N P H Y S I C A .**

**V**i prater alios de naturalis Philosophiae laudibus apposite scripserunt, hi fuere: Themistius in initio in Paraphrasim octo librorum de Physico auditu: Simplicius in Commentarios suos. Quidquid vero dixerunt, idē prorsus est, vt satis futurum sit, si alteruter illa de re legatur. Ex ijs autem, qui generatim de natura eiusq. principijs egerunt, non oberit, si qui doctiores percurrerint, quae de principijs rerum iuxta Moysen contra Philoſophos scripsit Theodoretus secundo libro de curatione affectionum Graecarum. De principijs naturae S. Thomas Aquinas. De vniuersali natura Rhabanus Fuldenſis. De diuisione naturae Ioanes Scotus. De natura, & vno Plotinus. De placitis Philosophorum Plutarchus. De principijs, & causis naturalibus Nicephorus Blemmides. De Physicis differentijs, & dubitationibus Theophrastus Simocatus Graece. De materia prima Gerardus Marbatus, siue de Marbays Dialogo suo. De lineis Physicis Robertus Linconienſis. Honorius item quidam scripsit Clauim Physicę, siue de naturis rerum. At quoniam librum non vidi nihil audeo de illo afferere. Ceterum plura quidem Vincentius Bellouacensis de Philosophia naturali, & naturalibus rebus in suo naturali speculo huc quadantenus faceret, sed viderint studiosi, an tot libros versare expediat.

**E L E N C H Y S A L I Q V O T I N T E R P R E T V M ,**  
*qui scripserunt in octo libros Physicorum Aristotelis.*

- |  |  |
|--|--|
| Aegidius. Deinde item in librum de causis.   | Burley.  |
| Albertus Magnus.   | Chryſostomus Iauellus.   |
| Alexander Aphrodisens, & Ammonius, vt refert Augustinus Nifus.   | Conradus Summerhart.   |
| Antonius Montecatini Ferrariensis in octauum Physicorum copiose & eleganter. Editus est Ferrariae apud Benedictum Mammarellum. | Cursus Conimbricensis Collegij Societatis I E S V.   |
| Augustinus Niphus, qui vtriusq. & interpretatus est Physica.   | Dominicus Sotus.   |
| Benedictus Pererius.   | Franciscus Bonamicus Florentinus primarius Pisis Professor, qui decem libros de Moysen emisit: Quo sat magno volumine generalia naturalis Philosophiae principia continentur. Sane vero vt viri eruditissimi, licet mihi de facie ignoti, testimonium eatenus praebam, quatenus qui eius labores non legunt, audius excipiant, haec possum dicere: Modestus Philosophus est, ac satis tuus, Graecis potius adheret. Simplicij sensus explicat liquidius, quam plerique fecerint alij, vti & aliorum Graecorum: Graece enim nouit, atque ad textum Graecum plura reuocat: Aneroem saepe, ac quidem merito reprobat: vbi agit de grauitibus, & leuibus, multa ex Archimede desumens, apte explicat: miscet pulchra. problemata: Sextum, & septimum |

**A**cum etiam in eo delectus habedus sit rerum, quae nimiae sunt, ac plerunq. maiorem ordinem & maturiorem expensionem requirunt. Certe, quod supra diximus, atque hic libenter iteramus, neminem pariterbit percurrisse Augustinum Steuchum Eugubinum, vbi libris decem de perenni Philosophia de causis rerum naturalium, atque principijs agit. Iam summam totius Philosophiae naturalis Metochites Graece, Paulus autem Venetus, Franciscus Titelmannus, Chryſostomus Iauellus, Hermolaus Barbarus compendia: Raphael etiam Volateranus argumenta tanquam compendia in libros omnes Physicorum Aristotelis, Thomas Bricot textum abbreviatum super naturali Philosophia, nimirum in libros de Caelo, de generatione, & corruptione, de Meteoris, de Anima, in parua naturalia, & librum de longitudine, ac breuitate vite. Themistius autem, quem diximus in Aristotelem Paraphrasim scripsisse, etiam in naturalem auscultationem edidit: Quae vt nota est, ita alijs eiusmodi scriptis Graecorum, & Latinorum preferenda est. Philippus autem Moecenſis libro de vniuersalibus institutionibus non inutilia huic rei, ac quidem eleganter edidit. At de Iacobi Scheckij compendio in Acroamata Aristotelis, quod plerique magnifaciunt, dicendum est id, quod de eius Commentarijs in Physica, deq. alijs eius hominis operibus obseruare debent veritatis amates. Videlicet imprimis eius opera omnia in Indice nouissime edito à Clemete Octauo Pontifice Maximo esse prohibita, cenetur enim inter eos, qui sunt primae classis. Ac quidem extat libellus eruditus, quem contra eum, Trinitatis Sanctissimę mysterium, conuellentem, aut confundentem scripsit Gilbertus Genebrardus. Adnotarunt item quaedam Theologi Louanienses in librum eiusdem Scheckij de Demonstratione, quamuis dialogum, quem habet de anima principatu, & praefationes, atque annotationes, in Arrianum Episcopum editas Basileae in quarto anno 1554. admixissent tanquam à labē immunes: sed & he legende sunt à nemine, cui à superioribus, quibus haec facultas sit, haud fuerit concessum.

*Vide 2. regulam Indici.*

septimum Physicorum interpretatur copiose: idq. agit, vt ostendat, an recte cocludat Aristoteles. Franciscus Toletus. Franciscus Vallesius. Franciscus Vicomercatus. Guido Perpinianus. Henricus Gandensis. Hildegardis in quatuor libros Physicorum. Iacobi Carpentarij Descriptio vni-

uersae Naturae: Agit autem copiose in praefatione de ordine Physicologiae. Ea prodijt Parisijs apud Gabriellem Bonum anno 1562. Ianduni Quaestiones. Ioannes Canonicus. Ioannes Eckius. Ioannes Ferrerius Pedemontanus contra Aristotelem de eternitate Mundi. Ioannes Grammaticus, in quatuor

**I N L I B R O S D E C A E L O**  
*ab Aristotele scriptos iam Commentaria, quam Quaestiones & aliorum Auctorum libri, qui conferunt ad eosdem libros intelligendos.*

Alberticij quaestiones. Alexander Aphrodisens. Alexander Piccolominus de Stellis. Aristotelis de Mundo liber, an Theophrasti Caelius Rhodiginus pag. 305. 415. 571. & 682. Auerroes de substantia Mundi, alias destructio destructionum contra Algazelem. Augustinus Niphus, qui textum quoque vertit. Augustini Steuchi Eugubini cosmopropia, quae in paucis quibusdam rebus fuerit expurgata. Benedictus Pererius in Genesim in caput primum. Chritophori Clauij Sphaera. Cleomedes de Mundo Graece & Latine. Crinitus de quinta essentia ad vniuersum orbem disponendum, atque abfoluendum: ibidemq. Mercutij Aegyptij verba relata, & Virgilij carmen expositum. Cursus Conimbricensis Collegij Societatis I E S V. Federici Pendaſij de substantia Caeli. Genesius Sepulveda in Aristotelem de Mundo. Ioannis Argypoli argumeta in singulos libros de Caelo, quos Latinos fecit. Ioannis Damiani libri duo de Caelo. Ioannis Ianduni quaestiones. Ioannis Verforis quaestiones de Caelo & Mundo. Lucillus Philaltheus super libro de Caelo, quauis non nihil Platonizet. Mainetus Mainettus. Marci Antonij Maioragij Paraphrasia. Philo Iudaeus de Mundo Graece, & Latine. Simon Grynaeus in librum Aristotelis de Mundo ad Alexandrum. Simplicius. S. Thomas Aquinas.

Marfilij quaestiones. Marcus Antonius Maioragius. Paulus Venetus. *In libros Meteororum.* Albertus Magnus. Alexander Aphrodisens. Antonius Galatheus de origine fluminum. In Aristotelis libris extat narratio breuis Meteororum ad Alexandrum de Mundo. Augustinus Niphus. Balthassar Pisanelius methodum vniuersam Meteororum omnium, quae tum in sublimi, tum in subterraneis locis ex duplici habitu generantur, collegit, & in ordinem digessit: edidit liber est Romae 1588. apud Iacobum Ruffinellum. Buccaferrus. Caelij Calcagnini Paraphrasia, siue Compendium. Franciscus Vicomercatus. Francisci Vlerij cognomine Verini secundi Editio Italica integrior in 4. libros Meteororum. Nam priori editioni decrat quartus liber. Prodiit autem anno 1581. Florentiae apud Georgium Mareſcotum: Ac perspicue ab eodem Vierio ista tractantur. Gemini Ilagoge. Georgius Agricola. Hieronymus Borrus Aretinus de fluxu, & refluxu maris, ac de Nili inundatione, Italicę, Florętię. 1577. Ioannes Pontanus carmine heroico de Meteoris. Isidorus libro 13. Etymolog. Iulius Caesar Scaliger in lib. de Subtilitate contra Cardanum. Lucretius Charus libro vj. Nicephorus Blemmides. Olympiodorus. Seneca in naturalibus quaestionibus de Meteoris. S. Thomas Aquinas. Thomas Caietanus. Tymonis quaestiones.

Alexandri Paraphrasia cum quaestionibus naturalibus. Augustinus Niphus. Chryſostomus Iauellus. Fracaſtorij opuscula de Intellectiva & Anima. Petrus Martinez à Brea, de quo supra. Gregorius Nyſſenus de Homine. Ianduni quaestiones. Ioannes Grammaticus. Nicolaus Tignofius. Simplicius. S. Thomas.

*In Parua Naturalia.*

Alberti Magni Parua naturalia. Alexander. Aristoteles, quae lib. 2. de Anima, de sensu, & sensibili. Augustinus Niphus. Aulus Gellius ex Aristotele de memoria. Buccaferrus. Buridani quaestiones. Caelij Calcagnini Dialogus de memoria. Ianduni quaestiones. Ioannes Ludouicus Viues lib. 2. de Anima, de Somno. Iulius Caesar Scaliger in Hippocratem de Insomnijs. Leonicus Mainettus. Leonicus Thomaeus. Lucretius Charus libro 4. de Somno, & Insomnijs. Mainettus de sensu & sensibili. Michael Ephesius Graece, postea Latine versus, de longitudine & breuitate vite. Item in Tractatu de respiratione. Themistius in libro de Somno & Vigilia. S. Thomas. Vide supra vbi qui scripsere in vniuersa Aristotelis opera.

*In libros de Historia Animalium.*

Albertus Magnus. Auicenna. Michael Ephesius. Plinius.

*In libros de Generatione.*

Aegidius. Alberti Magni de Saxonia quaestiones. Augustinus Niphus. Flaminius Nobilius in primum librum. Ioannes Grammaticus.

*In libros de Anima.*

Aegidius. Albertus Magnus in summa de Homine.

*In libros*

In libros de partibus & generatione Animalium...

vide postremum caput huius libri. Aueroes. Augustinus Niphus. Daniel Furlanus in primum de partibus Animalium. Venetijs olim editus.

Ioannes Grammaticus. Michael Ephesus.

In Problemata.

Petrus Aponensis Conciliator.

IN ETHICA.

Aborantur in libris Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum...

Introduktiones autem, Epitomes, & Paraphrasés, vel in Ethicorum omnes libros, vel in eorum partem edidit varij. E Grecis, Euftratijs Nicænis Episcopus, A spafius, Michael Ephesus, Georgius Pachimerius, & alij nonnulli; è quorum imperfectis commentarijs opus vnum Latinum contexuit, locosq. Poetarum mutilatos in integrum restituit...

rari potest: Nam in prima parte quintę contemplationis, quę humanorum actuum directricem philosophiam constituit, ea explicatur, quę ad voluntatis actus recte restitutos conducunt, simulq. demonstrantur omnium moralium virtutum, ac vitiorum fundamenta species differentię, causę, progressus, ac fructus.

Iam quę commentaria in eisdem libris Aristotelis scripsere Ioannes Buridana, Gerardus Odo, Petrus de Spira, Henricus de Vicmaria, Michael Angrianus, Stephanus Hocst, Io. Maior, non ita versantur ab omnibus, quod eam redoleat descriptionem, quam elegantiora ingenia hand facile admittunt. Almain quoque librum de quæstionibus moralibus scripsit.

Ex ijs denique, qui morale philosophiam Aristotelis Italicę interpretati sunt fuere præcipui: Alexander Piccolhomineus, Felix Filucius, & Ioannes Baptista frater meus dialogis de Honore.

Ad Moralem autem philosophiam intelligendam iuvant, quicunque de moribus lucubraciones ediderit, Greci, Latiniq. tum priores, tum recentiores, si Catholici, & approbati fuerint. Aristoteles item ipse duobus alijs libris, qui magna moralia dicuntur; & septem alijs, qui ad Eudemum scripti sunt: quamvis quartus, quintus, & sextus prorsus idē sunt; qui quintus, sextus, & septimus Nicomachiorum. Denique libello de virtutibus, qui postea adnectitur, cuiuscunque ille sit, quem Alexander Chamillardus vertit: Et vbi Aristoteles in Rhetoricis ad Theodectem de Natura affectuum egit. Plutarchus varijs opusculis, tum de moribus, quos Latinos fecit Arnoldus Arlenius. Epicteti itē Stoici dogmatum libri quattuor Greci ab Ariano conscripti, & Commentarijs, à Simplicio illustrati, ac cuius Epicteti defensionem Angelus Politianus suscepit: Sed præsertim Basilij Magni moralia, quamvis hæc Christiana perfectionem spectent, sine qua Moralis philosophia manca, & mutila est. Quidquid item Plato, & ante eum Socrates: Deinde Cicero de Officijs, sed melius Ambrosius Mediolanensis, & vir Sanctus, vti & Lactantius, & Isidorus, & Seneca varijs epistolis (nam liber de Moribus Senecę falso tributus est) ac denique omnium optimè, atque absolutissimè S. Thomas secunda parte secunde: Guilelmus item Parisiensis tum vbi agit de Virtutibus, tum in tractatu de moribus.

Porrò si extarent Aristoteles commētarij, quorum

Liber de Moribus, qui Senecę tribuitur, non est ipse.

quorum mentionē Laertius facit. Τακτικόν ε. μεθοδικόν α. & rursus μεθοδικόν α. non fuisset cur, alij laborassent in tabulis moralium Aristotelis, vel nouis conficiendis, vel aliunde conquirendis: Quæ tamen fateor magnopere commodant, si cum illis contextus coniungatur. Verè enim est hæc linearis illa artificij logici demonstratio ex suis deducta principijs, quam fortassis Aristoteles διαγραφω appellat: alibi υποτύπωσις: sæpe alias τύπων, fortassis etiam διαγραφή, speciei nomine ad genus traducto. Laertius certè in catalogo librorum Aristotelis meminit διαγραφήν xvii. librorum: Item διαρετικόν libri vnius, & rursus διαρετικόν vnius: Item έντομημάτων vnius.

Vtiles autem ad intelligenda Aristotelis Ethica essent Tabulæ perpetuę Theodori Zuingeri, si examinata prius essent, & approbata, quę (vt ille inquit) commentariorum loco esse possunt; quæ quidem in lucem prodierunt Basileę, anno huius sæculi sexagesimo sexto. Etsi vero præfationem satis longam texit, qua Ethica Aristotelis conferens cum Christianis, conatur fidẽ Christianę veritatem, beatitudinemq. extollere; interimq. etiam permiscet aliqua de cælitum auditio- ne, quorum videlicet charitas cum nunquam exciderit, preces item vel nostras audiant, vel ipsi quoque pro nobis fundant ad Deum; reuerenterq. loquitur de S. Thoma, atque Martyribus: aliqua sunt tamen, quę munda nõ sunt, neque adeo catholicè scripta. Quippe homo natus inter hereticos, licet postea in Catholicis Italię Academijs versatus, nescitur an errores illorum omnino deposuerit: Quamobrem præfatio illa delenda est.

Ceterum quod ad tabulas spectat, quoniã augustiniores sunt, ordinemque, & methodum non solum compositiuam, vel resolutiuam, verum etiam definitiuam continent, non immerito distincta dici possunt commentaria, quę facilem reddant Aristotelis contextum; eò magis, quod hunc ex Petri Victorij, Adriani Turnebi, & Dionysij Lambini castigationibus & versione eiusdem Lambini asserat.

Quin etiam euulgarunt, sed auerso ingenio, in eadem, Audomarus Talæus in primum

A librum explicationes; & Petrus Ramus: ij, quidem Aristotelis contextum interim diducit, sed qua præsertim Ramus acerbitate erat aduersus non solum Peripateticam, verum etiam Catholicam veritatem; mirum non est, si non interpres, sed actor aduersus Aristotelem suorum laborum operam lussit: cui etiam propter heresim Calvinianam vita denique adempta est.

Editum est autem Francofurti, ante triennium Ioannis Casii Oxoniensis speculum quęstionum moralium, in vniuersam Aristotelis Ethicę. De quo libro, neque meum est iudicium ferre, cum otium non fuerit totius attentè perlegendi; id autem potissimum expectandum sit ab ijs, quibus à Sede Apostolica Romana Inquisitionis delata est facultas in permittendos, aut purgandos libros. Quod tamen facit, vt cupiam, vt diligenter examinetur, duplex causa est; Altera, quod is Auditor viro alieno à fide Catholica librum dicauerit, eos etiam laudauerit, quos sanguinem Catholicum fudisse scimus: altera quod in peroratione operis, quam in fine libri dicat lectori, fatetur ingenuè, quattuor classes auctorum in suis hæc lucubrationibus se esse secutum. Primam, in qua ponit S. Thomam, Euftratiū, & Boetium. Secundam, in qua Fabrum Buridanum, & Boreum. Tertiam, in qua Odonem, Burleum, & suum (inquit) Donatum. Quartam, in qua Ioannem de Celasia, Ioannem Scotum, & quem amarum nomine, sed subtile ingenio nominat Gilbertum Crab. Quos nequis miretur, cur euoluerit, subdit, non in verborum sono, sed in rerum sensu veram consistere sapientiam: at sapientiam (ait) profecto tenuerunt isti: Ac paulo post. Multi (inquit) hodie cum audiunt nomen Thomę, supercilia itatim contrahunt, & distorquent labia, sed si illi serio vnam, vel alteram quęstionem in illo sine præiudicata sententia legerint, detracta palea purissimum granum, sublata scoria aurum splendensimum forsan se inuenisse dixerint. Ex illo igitur, & alijs, asserit summam omnium quęstionum in Ethicis se contraxisse, & vt gemmarum rudiore lima, ne rubigo appareret distionis, perpoliuisse.

Lam. S. Thoma etiam ab aduersarijs fidei Catholica.

IN LIBROS POLITICORVM.

Antonius Montecatinus.

Antonius Scainus. Chrysofolmi Iauelli philosophia Platonis, Aristotelis, Christiana. Benesij Sepulvedæ Enarrationes. Annis Auile Epistola ad Assistentem Hispalensem. Exat in libro Epistolarum spiritualium, & est aurea epistola instar multorum librorum Politicorum.

Platonis libri de Republica cũ Commentario Sebastiani Foxij, huc conferent.

S. Thomas, præsertim de regimine Principum.

In Metaphysica.

Alberti Magni opuscula de Causis, de Intelligentijs, & de processu vniuersitatis. Alexander Aphrodisiensis. Antonius Andrea. Augustinus Niphus. Barges.

Quę S. Bonauentura scripsit de re- ductione Artium ad Theologiam, possunt conferre aliquatenus, sicut

& libellus ille aureus, quem inscripsit Itinerarium mentis in Deum.

Chrysofolmi Iauelli quæstiones. Flaminijs Paraphrasıs in 12. Vide Marci Antonij Flatinijs. Gasparis Contareni compendiu primę Philosophię.

Iacobi Paulij quæstiones. Ioannes Ludouicus Vines Metaphysicę ipse confecit non indignam lectu; at in qua desiderent docti aliquid magis solidum, præter quã quod quædam attingit, quæ non omnino



omnino forsan admittent Theologi, Libellus de causis, incerti Auctoris cum commentarijs Aegidij, & explanationibus Iauelli. Marci Antonij Flaminiij Paraphra-

OPERA PHYSICA ALIQVOT DOCTORVM VIRORVM. quæ superioribus libris sunt commoda.

Achillini opera. Augustini Niphi commentaria in libro de substantia orbis, de Beatitudine Animæ, & super opus destructionum Auertois. Gaspar Contarenius de Elementis. Iulij Cæsaris Scaligeri nobiles exercitationes. Marfilij Ficini commentaria in Pla-

ÆGIDII COLUMNÆ ROMANI CARDINALIS Animaduersione, & censura errorum, quos Ethnici Philosophi suis scriptis inseruerunt. Cap. XXIX.

Aristotelis errores præcipui.

2. Phys. 1. c. 10.



VONIAM vno inconuenienti dato, multa sequuntur, ex vno malo fundameto protulit Philosophus multos errores.

1. Credidit enim, nihil esse in vna dispositione, in qua primo non fuerat, nisi per motum præcedentem: existimauit enim, quod non esset nouitas, nisi ibi esset mutatio propriè sumpta. quia ergo omnis mutatio propriè accepta, est terminus motus, nõ est dare nouitatem, sine motu præcedente. Ex hoc enim fundameto concludebat motum nõquam incõpisse, quia si motus incõpisset, motus fuit nouus, sed nihil est nouum nisi per motum præcedentem, ergo ante primum motum fuit aliquis motus, quod est inconueniens.

2. Præterea errauit, quia posuit tẽpus nõquam incõpisse, quia semper motum sequitur tempus. Si ergo motus non incõpisset, nec tempus incõpisset. Videbat tamen quod ratio de tempore haberet specialem difficultatẽ. Nam quia instans semper est finis præteriti, & initium futuri, non est dare primũ instans. propterea quod ante omne instans fuit tempus, & ante quodcunque tempus signatum, instans fuit, non ergo tempus incõpisset, sed est æternum.

3. Deinde propter ea, quæ dicta sunt, coactus fuit ponere mobile esse æternum, & Mundum esse æternum: quia cum non sit dare tempus sine motu, nec motum sine mobili, sed motus & tempus sint æterna, mobile erit æternum, & ita Mundus nõquam incõpisset, quæ omnia patent ex 8. Physicorum.

4. Item coactus fuit ponere cælum esse ingenuitum, & incorruptibile, & nõquam fuisse factum, sed semper fuisse. Nam cum inter

Cap. 1. 2. Cali 1. 2.

A ceteros motus solus circularis sit continuus, vt patet ex 8. Physicorum; si quis motus est æternus, circularis erit æternus, & quia circularis motus est proprius cælo, vt probat in primo cæli, & mundi. Concludit igitur cælum esse ingenuitum, & nõquam fuisse factum. Habuit tamen specialem rationem, quare cælum non incõpisset, quia quidquid habet virtutem, vt semper sit in futuro, habuit virtutem vt semper esset in præterito, & quia cælum non desinet, nec incõpisset esse.

5. Item, quia secundum ipsum quidquid fit, fit ex materia præiacente, voluit, quod non posset esse alius Mundus. Vnde Deus non posset alium Mundum facere, quia iste constat ex tota sua materia: hic etiam error elicitur, ex primo cæli & mundi.

6. Præterea posuit generationem istorum inferiorum nõquam cessasse, & nõquam incõpisse. Nam omnem generationem præcedit corruptio, & sequitur corruptio, & omnem corruptionem præcedit generatio, & sequitur generatio, propter quod quamlibet generationem præcessit corruptio, & quamlibet corruptionem generatio, nec est possibile desinere: quia quamlibet generationem sequitur corruptio, & quamlibet corruptionem generatio.

Si ergo generatio vel corruptio deficeret, post vltimam generationem esset generatio, & post vltimam corruptionem esset corruptio, quod est impossibile, non igitur est possibile generationem & corruptionem cessare. Quod autem generationem præcedat sequatur corruptio, probat per viam motus: nam non est aliquid generatum, nisi quia aliud corruptum, & ita generationem præcedit corruptio: & etiam sequitur, quia omne generabile est corruptibile, & omne corruptibile de necessitate corrumpetur, sic & corru-

Tex. c. 11. 74. Cap. 2.

2. Phys. 1. c. 10.

1. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

corruptionem præcedit generatio, quia nihil corrumpitur, nisi quod prius generatum, & sequitur generatio, quia corruptio vnus est generatio alterius. Hic autem error quod generatio & corruptio nec incipiant, nec desinant, haberi potest ex primo de generatione, & ex secundo expressius.

7. Item quia in multis inferioribus generatio est per solem, coactus fuit ponere, quod sol nunquam cessabit generare plantas, & animalia, vt patet ex primo de vegetabilibus.

8. Item, quia non est nouitas sine motu præcedenti, secundum propositum fundamentum errauit, volens a Deo non posse procedere immediatè aliquod nouum, vt patet ex secundo de generatione, vbi ait, quod idem manens idem, semper facit idem.

9. Item coactus fuit negare resurrectionem mortuorum. Vnde pro inconuenienti habet, vt patet ex primo de anima, quod mortui resurgunt. Nam in 8. Metaph. vult, quod mortuum non redit viuum, nisi per multa media, & si redit, non redit idem numero, quia quorum substantia deperit, non redeunt eadem numero, vt dicitur in fine secundi de generatione.

Nec valeret si aliqui vellent eum excusare, quia loquitur per viam naturæ, cum crediderit, nihil noui posse immediatè a Deo procedere, sed omne nouum contingere per viam motus, & operationem naturæ.

10. Item credidit nihil nouum posse contingere, nisi per viam motus & operationem naturæ; credidit etiã, vt apparet ex primo Physicorum, quando disputat contra Anaxagorã, quod intellectus volens separare passiones & accidentia a subiectis, esset intellectus quarens impossibilia: propter quod videtur sequi, quod Deus non posset facere accidens sine subiecto.

11. Item, quia per viam motus nõquam est generatio vnus, nisi sit corruptio alterius, & nõquam introducit vna forma, nisi expellatur alia, cum eadem sit materia omnium habentium eam, sequitur ex hoc, quod non sint plures formæ substantiales in vno cõposito: Immo qui bene profectur istam viam, videt esse ponendam in composito vnã formam substantialem tantum. ista videtur via Philosophi 7. Metaph. cap. de vnitatis definitionis.

12. Item posuit, quod vbi est modo stagnum & mare, fuerit aliquando siccum, & è contra, quia tempus non desinit, sed est æternum, vt patet ex primo Meteororum, vnde necesse etiam habet dicere, quod non esset dare primum hominem, nec primam pluuiam &c.

13. Item, quia non erat intelligentia potes mouere nisi cum actu moueret, quia in optima dispositione ponuntur intelligentiæ, si moueant, dixit tot esse Angelos, vel tot esse intelligentias, quot sunt orbes, vt patet ex 2. Metaph. cui contradicit Scriptura diuina di-

Tex. c. 11. 74.

Cap. 2.

2. Phys. 1. c. 10.

1. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

2. Cali 1. 1.

agens. Millia millium ministrabant ei, & decies centena &c.

14. Item, quia sic per viam naturæ voluit incedere, cum simul duo corpora nõ possint esse in eodẽ loco, credidit, vt patet ex 4. Phys. quod adeo esset per se, quod dimensiones resistant dimensionibus secundum quod huiusmodi, quod est impossibile, quod dimensiones remaneant cum dimensionibus, & non resistant, propter quod sequitur, quod Deus non posset facere, quod duo corpora essent in eodem loco.

Aristotelis errorum epilogus.

Sunt ergo omnes errores eius in summa quindecim, videlicet quod motus non incõpisset, quod tempus est æternum, quod Mundus non incõpisset, quod cælum non est factum, quod Deus nõ posset alium Mundum facere, quod generatio & corruptio non incõpisset, nec desinet, quod Sol semper caufabit generationem, & corruptionem in istis inferioribus, quod non possit nouum producere immediatè a Deo, quod non sit possibile resurrectio mortuorum, quod Deus non posset accidens facere sine subiecto, quod partes non sunt vnũ, quod non sit dare primum hominem, & primam pluuiam, quod tot sint Angeli quot sunt orbes, videlicet 55. vel 47. quod duo corpora nullo modo possunt esse in eodem loco.

Excusatio pro Aristotele.

Voluerunt autem quidam excusare Philosophum de æternitate Mundi: sed hoc stare non potest, cum ipse ad ostendendum veritates physicas fundet se super dicto principio, immo vix vnquam fecit aliquem librum in Physica, vbi non posuerit aliquid ad hoc pertinens &c.

Aristotelis alij errores.

Rursus vltra prædictos errores aliqui voluerunt ei imponere, quod Deus nihil cognoscit extra se. Ita quod ei non sunt nota ista inferiora. Sumunt autem rationem dicti in 12. Metaph. in illo cap. Sententia patrum. sed quod non intelligant Philosophum, patet, & quod illa non sit intrinsecus sua, patet per ea quæ dicuntur in tertio de bona fortuna, vbi ait, quod Deo per se notum est præteritum & futurum: Imponuntur quoque ei & alij errores, de quibus non sit nobis cura, quia contingunt ex falso intellectu: omnes autẽ errores ipsius, si quis subtiliter inuestigauerit, ex hoc sequuntur, quod nihil nouum in esse progreditur per motum præcedentem, cum ergo sit falsum, qui Deus est agens primum, non vt instrumentum poterit res producere absque motu præcedente, agens enim primum non

Dan. 7.

1. de Ani.

ma 1. 10. c.

69.

11. Metaph.

47.

11. Metaph.

47.

non agit in instrumentum. quia de ratione instrumenti est, quod moueat motu, ac de necessitate in actione sua motum præsupponit. Factio ergo vel productio præagentis potest esse absque tali motu. Ideo creatio non est motus, quia motus præsupponit mobile. Creatio non nihil præsupponit, nec est mutatio motus, si, vt communitè ponitur, est simpliciter deflexus rerum à principio. Quidquid ergo contra inceptionem Mundi, & contra ea quæ tenet fides, per viam motus arguitur, totum est sophisticum, &c.

Auerrois errores præcipui.

Commentator autem errores Philosophi asseruit, immo eum maiori pertinacia, & magis erroneè locutus est contra nostram fidem, cui non potest haberi falsitas.

12. Metaph. com. 28. com. 44.

Initio 3. Phys.

Com. 28. 31. in 7. Metaph.

Com. 28. in 12. Metaph.

Ibidem.

In 12. Metaph. Com. 30. 35. 41. 44. 9. Metaph. 17. 2. cali 33. 34. com. prædictio. 3. de ani. com. 5. in solutione. 3. quasi. Com. 1.

Com. 37. in fine. in 12. Metaph.

Com. 39. in fine.

18. Errauit, dicens Deum non cognoscere particularia, quia sunt infinita. 12. Com. in f. 3. de ani. com. 5. 12. com. 37. in f. 10. Errauit, ponens vnum intellectum numero in omnibus.

11. At quoniam ex hoc sequebatur, animam intellectuam non esse formam corporis, dixit in eodem tertio, quod æquiuocè dicebantur actus de intellectu, & de alijs formis, propter quod cogebatur dicere, quod homo non reponitur in specie humana per animam intellectuam, sed sensitiuam. 12. Item ex hoc fundamento posuit, quod ex intellectu & corpore non constituebatur aliquid tertium, quod non fiebat magis vnum ex tali anima, & corpore, quam ex motore cali, & calo &c.

Auicennæ errores præcipui.

14. Auicenna autem similiter ponens vnam formam in composito, vult quod forma generis non specificetur per aliquod extrinsecum per quod innuitur, quod forma speciei non sit aliqua essentia præter essentiam formæ generis.

2. Errauit ponens æternitatem motus, ac dicens: Quod est motum non fieri postquam non fuit, nisi per aliquod quod erat, & id quod erat non incepit, nisi per motum contingentem illum alium motum; sic asserens fundamentum Philosophi, quia nihil est in noua dispositione, nisi per motum præcedentem, vult motus non incipere, quia tunc ante primum motum esset motus, &c.

3. Errauit volens in omni factione noua præsupponi materiam; propterea in eodè capite dicit, quod non potest esse, vt fiat, quod non fuit, nisi præcedat illud quod est materiæ receptibile; Quare voluit, quod post nihil, aliquid de nouo inciperet esse, quia vt inquit in nullo non potest esse, vt sit hora cessandi, & hora inchoandi, nec aliqua diuersitas horarum.

4. Voluit, quod à Deo inuariabili nihil mutabile immediatè progredi posset. Itaque ibidem ait, quia si à Deo immediatè procedit aliquid variabile per naturam, variata est in eo natura, si per intentionem variata est intentio; si per voluntatem, variata est voluntas: immo quod peius est, appellat hæreticos omnes dicentes, Deum præcedere creatiuum prioritate demonstrationis, quia sic dicentes (vt ait) negat in Deo libertatem arbitrii, quia si Deus non statim produxit creaturam, non habebat plurimam libertatem suæ actionis, sed

sed expectabat tempora, & horas, vt ageret, &c.

5. Errauit ponens æternitatem temporis, non enim potest motus esse æternus, nisi tempus fuerit æternum, ait enim eodem capite, quod motus cælestis non habet intellectum ex parte durationis, sed ex parte principij agentis, & quia huiusmodi motus creatur ab anima, vt ipse ait; & quia ex anima & corpore fit animal, voluit quod cælum esset animal obediens Deo. Omnes autem isti errores fumpserunt originem ex eo, quod non intellexit quomodo Deus agit secundum ordinem sapientiæ suæ. potuit enim Deus facere Mundum priusquam fecerit, sed quoniam non fecit, non fuit causa, quod aliquid expectaret in futurum, à quo dependeret actio sua; sed quia sic ordinauerat secundum sapientiam suam, nec oportet motum præcedere ad hoc, quod aliquid nouum præcedat à Deo, vt ostensum est, cū describerentur errores Philosophi &c.

Lib. 9. Metaphys. sua cap. de ordinatione intelligentia, & animarum.

6. Errauit de exitu rerum à primo principio. Nam non solum posuit producta à primo processisse nisi vnum numero, & intelligentia prima: Quare ait, quod nullum corpus, vel formarum, quæ sunt perfectiones corporum, est tantum propinquum ipsius primi, &c.

7. Ex hoc processit in errorem, vt diceret animas cælestes produci ab intelligentijs, siue ab Angelis, & vnam intelligentiam produci ab alia &c.

8. Corpora supercælestia dixit esse producta ab animabus inproductis, mediatis formis earum, ex cuius positione sequitur, quod intelligentiæ sint creatrices animarum cælestium, & animæ cælestes creatrices corporum, & intelligentiam superiorem esse creatricem inferioris intelligentiæ.

Ibidem.

9. Animas nostras posuit esse productas ab vltima intelligentia, à qua dependet gubernatio animarum nostrarum, & per consequens beatitudo nostra.

10. Item falso opinatus est circa animationem cæli: posuit enim cælum animatum, cuius animam non solum dicit motorem appropriatum, sicut Philosophus, & Commentator visi sunt dicere, sed quod fieret vnum ex anima cæli & cælo. sic ex anima nostra, & corpore nostro, quod est contra bonos Philosophos aientes cælos esse inanimatos & insensibiles; quare & communiter docent contrarium.

Lib. 9. Metaphys. sua cap. de dispositione generationis elementarum.

11. Errauit circa dationem formarum, posuit enim omnes formas esse à Datore formarum, vt ab intelligentia infima rerum, quod est contra Augustinum, qui vult Angelos nullas formas inducere, nisi per adhibitionem feminum; immo etiam animæ nostræ voluit obedire materiam, quatum ad susceptionem formæ, vt patet per ea, quæ ait in textu de naturalibus: credes fascinationem necessariam esse, & quod anima non solum operatur in

A corpore proprio, sed etiam in alieno.

12. Errauit volens intellectum intelligentiarum intelligere non posse aliquid mali, contradicente scriptura, quod in Angelis suis reperit prauitatem.

Lib. 9. Metaphys. sua cap. de ostensione, quomodo res continentur sub Diuina iudicio.

13. Errauit contra Diuinam cognitionem, volens Deum non posse cognoscere singularia in propria forma, vt patet ex 8. Metaphys. cap. vltimo.

14. Errauit circa Diuina attributa, volens quod scientia Dei, & aliæ perfectiones eius, non dicant in ipso aliquid positium, sed solum dicta sint per remotionem, quod est contra viam Sanctorum, secundum quos huiusmodi perfectiones verius sunt in Deo, quam in nobis, quod Deus verè est, aut quod melius est esse, quam non esse, &c.

15. Errauit circa numerum intelligentiarum, ponens Angelos esse tot, quot sunt orbis: Quare concordat cum dictis Philosophi dicentis, Angeli sunt quasi in numero 47. quia tot creditur esse orbis.

Lib. 9. Metaph. c. 3. 12. Metaph. c. 47.

16. Errauit circa prophetiam in eo, quod noluit prophetiam esse altiore non prophetijs; & quod Propheta audit Verbum Diuinum, & quod via'et, aut saltem videre potest Angelos transfiguratos coram se in forma, qua videri possunt. Sed malè dixit, quia visus est velle prophetiam esse naturalem, & voluit quod secundum ordinem, quem habet anima nostra ad animas supercælestes, & ad intelligentiam vltimam, demittatur ad nos prophetia &c.

17. Errauit circa orationes & elemosinas, & litanias, volens talia hominibus prodesse, quatenus Deo sit cura de rebus, in quo rectè dixit, sed malè sensu; quia voluit talia comprehendere sub ordine naturæ, quod est falsum, quia cum talia non ordinè ad beatitudinem supernaturalem, reducuntur in ordinem gratiæ.

18. Errauit circa beatitudinem nostram, volens eam dependere ex operibus nostris, & ex positione sua sequitur, quod beatitudo nostra consistat in contemplando vltimam intelligentiam.

Lib. 10. Metaphys. sua c. de cultu Dei, & vltimate.

Algazelis errores præcipui.

1. Algazel autem primum Auicennam sequens, & eius abbreviator existens, errauit ponens motum cæli esse, vt patet ex Metaphys. sua, cap. quomodo corpora supercælestia sunt mobilia per animam &c.

2. Errauit ponens omnem intelligentiam & quicquid non habet materiam, æternum esse &c.

3. Errauit, ponens corpora supercælestia non incepisse, & quod in eis non est potentia ad esse: sed ad situm, quæ omnia patent ex dicto cap. dicti libri &c.

4. Posuit item, quod à primo principio immediatè non possit progredi multitudo, pro-



pter quod inmediate à Deo non potuit progredi, nisi vnum tantum, vt intelligentia prima, siue primus Angelus &c.

5. Posuit, quod ex primo Angelo processit secundus Angelus, & primum cælum: & ex secundo Angelo processit tertius Angelus, & secundum cælum; & sic deinceps, donec deuentum fit ad vltimum cælum, & vltimam intelligentiam. Voluit enim decem esse intelligentias, & nouem cælos, quæ omnia sumpserunt originem modo predicto. Ait autem, quod non sunt plures intelligentiæ quam decem, nisi ponamus esse plures orbis. Posuit autem vnam intelligentiam præesse istis inferioribus. Volebat enim quod ista inferiora constituerent vnam spheram. Ideo in vniuerso posuit decem spheras, videlicet primum mobile, & circulum signorum, & septem spheras planetarum, & spheram actiuorum, & passiuorum, & quia cuilibet spheræ voluit præesse aliquam intelligentiam, ideo posuit intelligentias decem. Cum ergo secundum hanc suam positionem non omnes spheræ sint cælestes, sed nouem tantum sint cælestes, decima verò sit actiuorum & passiuorum; oportuit Algazelem secundum positionem suam dicere, esse nouem cælos, & decem intelligentias.

6. Errauit, quia voluit non solum illuminationes descendere à Deo in nos per Angelos; sed etiam quod nulla bonitas demandaretur à Deo inmediate in hæc inferiora, sed omnes bonitates demandarentur ad nos per Angelos.

7. Errauit ponens quodammodo omnia ex necessitate provenire, & quod nihil potest fieri à Deo in istis inferioribus, nisi quod fit, quia Deus non agit secundum ipsum, nisi præsupposita dispositione materiæ. Nam vt dicit, materia, ex qua sunt musca, si posset recipere formam perfectiorem, proculdubio daretur ei à datore formarum &c.

8. Errauit circa diuinam Prouidentiam, non ponens malum permitti à Diuina Prouidentia in quantum ex eo dicitur bonum, sed magis provenire ex necessitate materiæ. Voluit enim non potuisse à Deo Saturnum, Martem, ignem & aquam provenire, nisi proveniat à Deo malum ex eis, quod infirmum est quia in fine Mundi talia remanebunt: & tamen non erit malum ex istis, quia cessabit generatio & corruptio, potest enim Deus impedire mala conseruando res in esse suo: nunc tamen permittit mala fieri, vt ex eis eliciat maiora bona. Omnes autem hi errores eliciuntur ex Metaph. sua, in tractatu de proprietatibus primi, quem appellauit florem diuinorum.

Flos diuinorum.

In Metaph. sua ex tractatu de diuersitate gradicat.

9. Errauit circa cognitionem primi, ponens ipsum nescire particularia in propria forma, sed scire ea quasi vniuersaliter. Sicut si quis sciret omnes distantias orbium, & motus eorum cognosceret omnes in vniuersali.

10. Errauit, ponens animam hominis procedere à datore formarum, & quod omnes formæ hic inferius procedunt ab illo datore, qui dator est intelligentia vltima.

In scientia de natura libus, tractatu 4.

11. Errauit ponens animam nostram beatam in eo, quod intelligit intelligentiam vltimam.

12. Errauit ponens vltimam beatitudinem nostram esse naturalem. Voluit enim quod naturaliter deberetur animæ beatitudo.

13. Errauit circa penam animæ, ponens talem penam esse solum ex eo, quod separatur ab intelligentia agente, vnde in anima separata non posuit penam sensus, nisi quatenus habet penam damni. In anima verò cõluncta ex pœna damni non posuit provenire pœnam sensus, dicēs animam cõiunctam corpori non dolere, & non sentire dolorem, nisi ex eo quod separatur ab intelligentia agente propter occupationem, quam habet circa corpus.

14. Errauit circa prophetiam, ponens cognitionem futurorum, & prophetiam esse in nobis naturaliter.

15. Errauit circa actionem animæ nostræ, ponens animam per imaginationem operari in corpore alieno, & quod impressio animæ transeat ad aliud corpus, ita vt destruat spiritum per estimationem suam, & interficiat hominem; & hæc dicitur esse fascinatio, propter quod secundum ipsum, verum est hoc prouerbium: Oculum mittit hominem in fossam, & camelum in calcarium: in tractatu 5. scientiæ suæ naturalis.

Prouentibus.

#### Alchindi errores præcipui.

Alchindus autem in lib. de Theorica artium magicarum multos errores protulit.

1. Errauit enim, quod simpliciter, & absque conditione asseruit futura pendere ex conditione supercælestium corporum. Vnde in dicto libro, cap. de radijs stellarum ait, quod totam conditionem cælestis harmoniæ notam haberet: tam præterita, quam futura plene cognosceret.

2. Errauit, quia credidit effectus omnium causarum mundi pertingere ad quodlibet indiuiduum; ex quo sequitur omnem causam, etiam creatam quodammodo infinitam habere virtutem, ex quo virtus cuiuslibet causæ ad omnem effectum attingit. Vnde in dicto libro cap. de radijs elementorum ait, quod pro vero debemus asserere omnem actualem existentiam in hoc Mundo elementorum radios emittere in omnem partem, qui totum Mundum replent. Vnde est, quod omnis locus Mundi radios continet omnium rerum in eo actu existentium &c.

3. In alium quoque errorem incidit, volēs, quod ex qualibet re huius Mundi plene cognita, totius Mundi haberetur notitia. Et hoc est quod ait in cap. de radijs stellarum, quia vnus

vnus indiuidui huius Mundi conditio plene cognita, tanquam per speculum cælestis harmoniæ conditionem totam representat.

4. Errauit credens omnia de necessitate contingere. Nam si omnia plene sunt subdita motui supercælestium corporum; cui talis motus sit necessarius; de necessitate omnia cõtingunt, & hoc est quod ait in cap. de Theorica passibiliu, quod omnia quæ sunt, & fiunt, & contingunt in Mundo elementorum, à cælesti harmonia sint causata, & creata, & inde est, quod res huius Mundi ad illam relata, ex necessitate proveniunt. Et inde est, quod reputabat homines ignorantes ex eo, quod separabant, & desiderabant, & timebāt aliquid; cum talia solum habeant esse de contingentibus aliter se habere, &c.

5. Errauit, quod elementa huius Mundi, & indiuidua existentia in sphaera actiuorum, & passiuorum priuauit actionibus proprijs. Credidit enim talia non agere per virtutem cælestem: vnde ait dicto capitulo de Theorica passibilium, quod secundum vulgi considerationem vna res elementaris suis radijs, & sua virtute agit in aliam, cum tamen secundum exquisitam veritatem non agat, sed solum cælestis harmonia cuncta operetur.

6. Errauit, credens spirituales substantias ex sola prima generatione posse inducere varias formas, cuius contrarium Augustinus tercio de Trinitate, cap. 6. & alibi, vult, quicquid Angeli efficiunt, eos facere per adhibitionem feminum: contrarium tamen dicitur ab eodem Alchindo, capite de promouentibus effectum motus, quod imago alicuius rei in mente cõcepta emittit similes radios illi rei, habens similem actionem ipsi, &c.

7. Errauit, quia non solum formam imaginatam voluit habere causalitatem supra rem extra; sed credidit, quod ipsi desiderio spiritualis substantiæ obediret materia quantum ad susceptionem formæ, quod totum patet ex capite de promouentibus effectum motus, &c.

8. Errauit, vt patet ex eodem capitulo, quia credidit quod preces fusæ Deo à spiritualibus creaturis profint ad consequendum bonum, & excludendum malum naturaliter, non quod propter tales preces Deus nobis bonam tribuat, sed ab ipsis verbis, & ab ipso desiderio, cum precamur Deum, demandantur aliqui radij, qui naturaliter efficiunt, quod optamus.

9. Errauit, quia credidit motus voluntatis subesse corporalibus creaturis, vt puta supercælestibus, vt patet ex cap. de virtute verborum, & de defectu orationis.

10. Errauit circa Diuina attributa, credēs Deo talia competere abusuē, volens Deum inconuenienter dici Creatorem, & primum principium, & Dominum Dominorum. Voluit enim perfectiones de Deo dictas nihil potius de Deo dicere &c.

11. Errauit, volens characteres naturaliter habere actionem circa ea, ad quæ ordinantur, vt patet ex capite de Theorica figurarum, &c.

12. Errauit circa sacrificia, credens sacrificia facta in artibus magicis naturaliter efficiere id, ad quod ordinantur &c.

13. Errauit volens sacrificia spiritibus, & Deo oblata nihil facere ad hoc, quod per ipsa aliquid consequamur, sed naturaliter habere effectum, ad quem ordinantur &c.

14. Errauit, quia noluit Deum, & spirituales substantias placari per preces & sacrificia nostra, quod totum patet ex cap. de sacrificijs.

15. Errauit credens corpora supercælestia, & dispositionem eorū, in qua incipimus operari, dirigere operationes nostras à principio vsque in finem, itaque cõtstellatio illa in qua opus inchoatur, quantumcumque tale opus sit voluntarium, dominatur in illo opere à principio vsque in finem &c.

16. Errauit credens aliqua sacrificia naturaliter talem potestatem habere, quod si secundum illa aliquod opus voluntarium incipiat, tale sacrificium dominabitur toti operi à principio vsque in finem.

17. Errauit credens, ob mutationes & consecrationes, naturaliter posse haberi dominium super actionibus nostris &c.

18. Errauit credens characteres tale habere dominium super actionibus nostris, quod, si secundum eos, aliquod opus voluntarium inchoetur, dirigatur opus illud per dictos characteres à principio vsque in finem.

Hæc omnia patent ex Theorica, quam edidit dictus Alchindus de vitijs operum.

#### Rabbi Moyses errores præcipui.

Rabbi autem Moyses tenēs secundum superficiem dictorum in veteri Testamento discordauit à Philosopho, ponens æternitatem motus. Posuit enim Mundum incæpisse, vt patet per ea, quæ ait in secundo libro de expositione legis cap. 15. & 16. Vnde Aristotelem credentem demonstrare æternitatem Mundi, & volentem indicare de factione rerum post productionem, sicut de factione earum in hora creationis, assimilat puero volenti iudicare de communibus conditionibus hominis extra vterum, sicut de conditionibus eius in vtero, vt patet in eodem libro cap. 7. non ergo in hoc errauit, sed in alijs multis deniauit à veritate firma, & à fide catholica.

1. Posuit enim in Deo non esse aliquam multitudinem, nec re, nec ratione, vt patet in 1. libro de expositione legis, capit. 51. propter quod sequitur in Deo non esse trinitatem, cum tres persone sint tres res, vnde dicit eodem lib. cap. 31. derisorie loquens de sapientibus Christianis insudantibus & inquirentibus de ratione Trinitatis, & friuolum esse

esse Trinitatem credere.

2. Errant circa tales perfectiones; nõ credens ea in Deo verè existerè. propter quod 1.lib.de expositione legis c.57.ait,quod Deus non est in essentia, & viuit non in vita, & est potens non in potentia, sed omnia talia dicta sunt de eo per remotionem, vt innuit eodem libro & capite,vel dicta sunt de eo per causalitatem vt dicantur Deus viuus, non quia vita sit in eo, sed quia vitam causat, vt patet primo de expositione legis, cap.61.

Psal.32.

3. Errant circa propria personarum, credens Verbum & Spiritum Dei in diuinis dici essentialiter solum. Vnde primo libro de expositione legis exponens illud psalmi: Verbo Domini celi firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Dicit Verbum & Spiritum in Diuinis sumi solum pro diuina voluntate, vel eius essentia, qua celi sunt facti, cum tamen ea personaliter sumatur.

Psal.18. cap.38.

4. Falso opinatus est supercaelestia corpora, esse animata, & dicens ipsa esse animalia rationabilia, adducens pro se illud Psal. Celi enarrant gloriam Dei. Et illud Iob. Cum me laudarent, simul astra matutina, quæ omnia ponit 2.lib. de expositione legis cap.5.

Ierl.2.

5. Errant circa motum caelestium corporum, & circa eorum innouationem. Nam licet crediderit motum incepisse, credidit tamen ipsum nunquam desinere. Vnde credit Mundum nunquam vnuerſaliter innouari, & quod dictum est per Prophetam: Erunt caeli noui, & terra noua, dicit huiusmodi caelos nonos iam esse factos. Exponens autem illud Iob. Sol conuertetur in tenebras, & Lunam in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis; intelligit non de die Iudicii, sed de morte Gog, & Magog, & de morte Sennacherib. quæ omnia patent ex 2.lib.de expositione legis cap.29. vbi planè vult tempus, & motum nunquam deficere, vt manifestius patet ex alia translatione.

7. Errant circa prophetiam, credens hominem se posse sufficenter disponere ad gratiam Prophetiæ, & quod Deus non eligit in prophetando quemcunque hominem singularem, sed illum qui se adaptat ad talia; Vnde visus est velle diuinam gratiam dependere ex operibus nostris. Nec autem patent libro de expositione legis, cap.32.

8. Errant circa diuinam Potentiam, dicēs aliqua esse Deo possibilia, aliqua non; inter quæ impossibilia narrat esse impossibile accidens esse sine subiecto, & quosdam, quos appellat separatos, quia dixerunt Deum hoc posse, dicit ignorasse viam disciplinalium scientiarum. Hæc autem patent in libro de expositione legis, cap.15.

9. Errant circa Diuinam prouidentiam hominum quantum ad speciem: & quantum ad singularia aliorum dixit, Deum tantum habere prouidentiam secundum speciem, nõ secundum singularia. Vnde calus foliorum,

A de arboribus, & alia quæ cõtinentur circa singularia, noluit subdi ordini Diuinæ prouidentiae, sed estimauit omnia talia contingere per accidens, vt patet ex tertio cap.de expositione legis.

10. Errant circa humanam voluntatem & naturam, ponens, quod licet à Deo talia mutari possint, nunquam tamen immutantur, quia tunc frustra esset immutatio Prophetarum, credens hominem per se ipsum absque speciali Dei auxilio posse omnia peccata vitare, & omnes monitiones Prophetarum implere: ex qua positione videtur sequi, gratiam Diuinam penitus superfluere, propter quod hæc positio est peior positione Pelagij, secundum quem, licet possemus recte viuere sine gratia, non tamen superfluit gratia, quia habendo eam, faciliori modo rectè viuimus: Quod autem sic asseruit Rabbi Moyſes, vt dictum est, patet per ea, quæ ait tertio libro de expositione legis, cap.32.

11. Errant circa humanos actus ponens simplicem fornicatione nullo modo esse peccatum in iure naturali, sed solum in iure peccatum ratione prohibitionis, quod falsum est, cum matrimonium sit de iure naturale: Vnde ante legem datam, vt ait, licitum erat fornicari, propter quod dicit, Iudam non peccasse cum Thamar, qui fuit ante tempus legis. Hæc autem omnia patent ex tertio lib. de expositione legis, cap.49.

De Theophrasto, Plinio, Athenæo, Aeliano, & alijs, qui de rebus scripsere Naturalibus. Cap. XXX.

**I**nter eos, qui Aristotelem secuti, atque adeo primarij eius discipuli fuerunt, principem obtinet locum Tyrtamus, quem ob singularem dicendi facultatem, & eloquentiam Aristoteles nominauit Theophrastum. Hic inter alia, quæ habemus, sex libros de causis plantarum scripsit, quorum materia, siue synopsis hæc est.

Primo libro principia generationis tractat, & quid cuique speciei debeatur, deducit ad causas vsque. Sementiferis autem omnibus communem esse naturam, inquit, vt è semine proueniant, Tum explicat, vnde sumenta sint argumenta, & inuestigationis, & cognitionis naturæ plantarum, in ijs ne, quæ sponte proueniunt, an in ijs, quæ ab arte.

Secundi libri priore parte docet, quibus rebus naturalibus plantæ bene habeant, quæ illis conferant, & incommodent: inde ad earum officia, quippe fructificandi. Postea tam ipsæ habitudines, quàm earum officia, quibus de causis mutantur, scilicet ad fecunditatem, aut sterilitatem. Deinceps de natura feminum, ac de fructuum mutationibus. Altera vero parte, quæ fiant ab arte mutationes, ab his

his regreditur ad naturas, & agit de accidentibus, nempe de odorum causis. Tum de specierum mutatione. Inde quam ob causam, in alijs quædam innascantur: in terra vero factæ non item. Hinc de mutuis inter plantas officijs, aut noxis. Postremo de mutatione foliorum.

Culturæ opus non omnibus Plantis est aptum, aut vile.

Ac cum duplicem plantarum naturam posuisset, agrestem, & mitem, deq. agrestium causis egisset, nempe quod mites fiant per artis accessionem: Tertio libro disquirat an sint agrestes omnes aptæ ad recipiendum hoc artis beneficium. Ait vero non omnes vel opus habere, vel appetere finem hunc: sed quædam à natura, quemadmodum habent principium, ita quoque nactas esse finem. Postmodum ostendit culturæ opus, atque utilitatem quibusdam, alijs damnum adferre. Postremo offert exempla multa huius exceptionis, & quæ abhorreant à cultu; quæq. sibi deposcant manus hominum. Partitur autem in duas hæc omnia tractationes: in prima de arborum cultu, in secunda de aruis, & segetibus. Inter vtranque naturam per huius initia consulit oliforibus. In vtraque autem & terras eligit, & tempora designat, & operarum modos explicat, & morborum causas narrat. Plenissimis autem commentationibus præcepta statuit, quibus vineæ curentur.

Post duplicem cognitionem, vnam simplicem ipsius naturæ plantarum, alteram, quæ cum arte coniungitur, agit quarto libro de feminum degeneratione, de rubigine, ac de temporibus sationum, deq. leguminum floribus: & quibus iuuentur fruges. Pergit porrò ad longè diuersum argumentum, nempe de feminum duratione, & plantarum fructificatione, quarum finem partitur, tum ad ipsam generis propagationem, tum ad vsum nostrum.

Instauratio naturæ præter Naturæ leges, quod è lignis cæcis prodeant gemina.

Pertractatis, quæ pertinent ad naturam quandam ordinariam, aggreditur quinto libro ea, quibus cognoscatur in plâis aliquid, quod communibus legibus nequiquam comprehendatur. Id cum esse possit vel à natura, vel ab arte; priorem partem explicat primis septem capitibus: artis vim duobus sequentibus. Post hæc de affectu plantæ simili post mortem, nempe, quod è lignis cæcis prodeat germina, vt præter naturæ leges, instauratio naturæ appareat. Inde declarat quibus modis fructuum mutantur partes: eorumq. colores quemadmodum mutantur. Altera libri parte narrat plantarum morbos: quorum quidam habet principia interna, vt vermiculatio: quidam externa; eaq. duplicia, vel à cælo, vel à casu: à cælo, vt sideratio, rubigo: à casu, vt si vulneretur arbor, aut à capra mordeatur.

Sexto libro, saporis, & odoris ostendit asinitatem: deinde, quibus in mixtis insint naturalibus, quorum modos ponit, & à fine metitur naturam. Saporum causas, & affectus

A dat, ac mutationum modos: quædam fieri per separationem partium, alias per coactionem: alias à calore fieri, alias à frigore. Porro docet vsum medicamentorum à plantis. Inde odorum principia, priuatim de florum odoribus, tum lyuueitrium odores variari, secundum anni, & dicit partes, ac repetit à locis odorum varietates.

In hos igitur libros cum Theodorus Gaza, laborasset, subiecutus est Iulius Cæsar Scaliger, qui Theophrastum cum aptiore genere interpretandi methodum simul meliorem, quàm Theophrastus fecerat, se ostendisse professus est. Id quod initio scribit, antequam primi libri primum caput exponendum aggrediatur. Porro cum hoc Theophrasti opere ea ratio naturalis historiarum tradatur, quæ nobilissima omnium est; difficillimam, & nobilissimam omnium sibi proposuit, quæ conquirat causas substantiarum, a quibus elicit affectuum productiones naturalium, atque ea principia, quibus omnia naturæ opera finem suum consequuntur. Cum autem vniuersus hic Theophrasti labor maxime conducatur ad Philosophiæ cognitionem, tum etiã ad vsum agrorum magnopere confert, & certe ad tot rerum, & scientiarum notitiam, vt omnibus libris, Græcæque, & Latine linguæ, ac Medicinæ futurus sit utilissimus, additis Scaligeri commentarijs, si hi expurgati fuerint.

Utilissimus liber Theophrasti.

Extant præterea eiusdem Iulij Cæsaris Scaligeri in duos libros de Plantis falso Aristotelis inscriptos, Commentarij editi Lugduni eodem anno, & apud eundem Typographum, quo alter de quo diximus.

DE C. PLINII SECUNDI HISTORIAE MVNDI LIBRIS XXXVII.



Vod fecit inter Græcos Athenæus, qui plurimam rerum antiquarum supellectilem nobis reliquit, quæ alij vel non attigerant, vel non collegerant in vnum; id inter Latinos præstitit C. Plinius Secundus triginta septem Historiæ Mundi libris: spisso sanè opere, vniuersaq. Historiæ Naturali, ac verò ipsi Medicinæ, perutili. At cum cadente iam Latine lingue nitore, obſcurius multa scripsisset, desiderataq. à Leonticeno sit in eo Græcæ lingue notitia maior, quæ lingua tot rerum vocibus inde petitis iunget necessaria; procedente verò tempore, plurimi in eum irrepserunt errores; hoc seculo laborarunt, vt Scholijs, vel Obſervationibus illustraretur, & emaculatus cuderetur, Hermolaus Barbarus Italus, Pincianus Hispanus, Gelenius Germanus, Gulielmus Budæus, Stephanus Aquæus vir Equestris ante quinquaginta penè annos, Adrianus Turnebus, & nouissimè la-

Scriptores in Pliniũ.



1587

me Iacobus Dalechampius, Galli. Hic de centum impendit collationi codicum man-  
scriptorum, castigati, & Adnotationi-  
bus, deinde item copiosi Indici, quibus  
integritatem & splendorem huic operi resti-  
tuit, cui & Gelenium adiecit: sicq. primò edi-  
tus est Lugduni apud Bartholomæum Hono-  
ratum, anno M. D. LXXXVII. Ac tamen ab-  
hoc etiam prætermissa est, quæ summopere  
expetenda erat, cautio; cum ipso in Pliniani  
operis limine legentium mentibus impium  
dogma obijciatur de Mundi æternitate, nu-  
mineque; cum, quasi non esset Deus, Deum  
ipse Plinius constituat Mundum. Quem vi-  
delicet nimis admiratus, dum in effectum, re-  
lictâ causa, & opifice, acutus inspicit, eua-  
nuit in cogitationibus suis, ac cæcus factus  
est: quem vero Natura & Pythagoras aureo  
verbo conclamant esse  $\mu\upsilon\chi\alpha\sigma\tau\eta\nu\ \tau\omicron\upsilon\tau\ \pi\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$ ; illè  
excusso Creatore, creaturam ipsam sui ipsius  
causam, & totum esse, insipienter statuit. Ita-  
que summa cum Dei, atque adeo Sapientum  
quorumcunque philosophorum indignitate,  
qui quidem alteram fecere de Natura, alte-  
ram de Deo scientiam; eiusdem Plinij, eò no-  
centioris, quò videtur in Historia Naturali  
eruditior, verba illa, anathemate quocunque  
ferenda, leguntur de Mundo. Sacer est; æter-  
nus; immensus; immò verò ipse totum; fini-  
tus, & infinito similis; omnium rerum certus  
& similis incerto, extra, intra, cuncta com-  
plexus in se; idemq. rerum Naturæ opus, &  
rerum ipsa Natura. Sic ille. Et non nihil sa-  
nè attigit hoc loco Aquæus; sed potius ex  
Aristotele, Platoneve, quam vt inde occasio-  
nem caperet interiori Christianæ veritatis  
pietatem infillandi, quemadmodum par es-  
set, nobis, qui præter veræ philosophiæ diui-  
tias, Diuina sumus ( in baptisate ) luce  
perfusi. Atqui & ex ipso Plinio poterat eius  
error euinci: Nam potius veritate victus,  
quàm suæ oblitus sententiæ, idem; In plenum,  
inquit, cuncto mortalium generi, minorem  
in dies fieri mensuram, propemodum obser-  
uatum, raroq. patribus proceriores, tan-  
quam consumente vbertatem seminum ex-  
stione, in cuius vices nunc vergat ænum. Hæc  
ille: Quo argumento conuincebatur, Mun-  
dum, neque fuisse ex infinito tempore, nec ad  
infinitum tempus permaniturum. Cum verò  
Plinius tam multa de celo, sideribus, elemē-  
tis, rebusq. penè omnibus scripserit, quæ se-  
quenti eius operum Elencho patebunt; qualis  
eius apud nos vsus debeat esse, Ludouicus  
Granata, præter antiquiores Theologos om-  
nes, præclare ostendit in lib. Introductionis  
in Symbolum: cum in rebus creatis, mini-  
misq. rebus, qualis est formica, & reliqua, Di-  
uinam Prouidentiam venetur. Sed & multa  
huc accersenda sunt, quæ diximus, cum de  
Philosophia generatim egimus ac de Aris-  
tototele; sextumq. hinc primi libri caput eò  
diligentius declarandum, quòd Humana cæ-

Cap. 26. lib. 7.

citâ monstruosam in plerisque Atheismi fo-  
 bolem concepit, ac peperit; Liber autem de  
 vtilitate credendi a D. Augustino concris-  
 ptus, & perlectus ante huius lectionem maxi-  
 mè commodabit: cum interim quæ Plinius  
 afferat libro secundo, de fulminibus Ioui as-  
 signatis, de iisdem euocandis, de prodigijs, de  
 Antipodibus, de portentis, de miraculis Ter-  
 rarum, & maris, ignis, aquarum, fontium, flu-  
 minum; & vero consequentibus libris, de mi-  
 raculis rerum aliarum creaturarum, de In-  
 sulis fluctuantibus, de Terræ vniuersæ men-  
 sura, de Harmonica Mundi ratione, alijsq. ob-  
 seruationibus, materiam vberem præbeat ex-  
 plicandi Dei vim, ac Sapientiam: angustissi-  
 mam verò hominis a fide, veraq. Philosophia  
 alieni prodat angustiam; qui nec tanti Thea-  
 tri, quantus est Mundus, Architectum agno-  
 uerit; ac cum ex vno Molis Pentateucho, vel  
 libris Iob, penitissimâ, & verissima potuisset  
 haurire, cænum tam loco aquæ limpide hau-  
 sit ex errantibus, & in errore mittentibus  
 Auctoribus illis suis, M. Varrone, Sulpitio  
 Gallo, Tiberio Cæsare Imperatore, Q. Tuberone,  
 Iulio Tirone, L. Pifone, T. Liuio, Corn. Nepote,  
 Statio, Sebofo, Cælio Antipatro, Fabiano,  
 Antiato, Mutiano, Cecina, qui de He-  
 trusca disciplina scripsit, Tarquitiu, L. Aquila,  
 Sergio Paulo, Italio. Platone, Hipparcho,  
 Timæo, Sosigene, Petofiri, Necepho, Pythagorico,  
 Posidonio, Anaximandro, Epigene, Gnomonico,  
 Euclide, Cerano, Philosopho, Eudoxo, Democrito,  
 Critodemo, Thrasyllo, Serapione, Dicæarcho, Archimede,  
 Onesicrito, Eratofthene, Pythea, Herodoto,  
 Aristotele, Ctesia, Artemidoro, Ephesio, Isidoro  
 Characeno, Theopompo. Hosce igitur cum ipso  
 Plinio, vnus D. Augustinus, libris de Ciuitate Dei,  
 confutat & euincit: vt proinde optimâ in Plinium  
 adnotationes ex eo promendæ fuissent; multò  
 verò magis ex hoc seculo, cui relictis Indijs, Mun-  
 diq. statu, & conuersione siderum liquidius  
 agnitis, Plinij errores animaduerti possint:  
 vt, cum ille in rebus Terrestribus cæcuterit,  
 mirum non sit, si cælestium orbium conuersiones  
 ac positiones, Diuinamq. illâ immensam  
 penû ignorauerit, ignoratam blasphemauerit:  
 cum etiam, quæ Vespasiani ( cui opus hoc  
 dicauit ) tempore contigerunt in Hierosoly-  
 mis euerfis, ceterisque, à Christo Dei Filio  
 vt predictis, ita completis, gustasset, optima,  
 altissima, & digna eo, qui ad imaginem Dei  
 conditus, Mundo dominatur, potuisset effari.  
 Iam quæ ad reliquas cautiones pertinent,  
 quæ in eo legendo adhibendæ sunt, quum præ-  
 sertim agit de Cosmographia, de Medicina,  
 deq. origine artis Magicæ, vbi Neronem &  
 Magos detestatur, ac de Sortilegijs, & alijs  
 huiusmodi, è suis locis ex petetur; quibus de  
 iisdem vel differimus, vel item differemus.

Lib. 30. c. 1. & superius lib. 28. An sit in medio aliqua vis verborum, et remedia. Lib. 28. cap. 40.

Quæ

Quæ summam insunt in C. Plinij Secundi Historia Mundi singulis libris.

- Primo, Prefatio Operis ad Titum Vespasianum Cæsarem. Item Auctorum nomina, ex quibus desumpsit ea, quæ persequitur libris sex & triginta, capita rerum singularum attingens.
- Secundo, de Mundo, & Elementis, & sideribus.
- Tertio, primus & secundus Europæ finis.
- Quarto, tertius Europæ finis.
- Quinto, describitur Africa.
- Sexto, Asia descriptio continetur.
- Septimo, de Homine & rebus ab homine inuentis.
- Octauo, Terrestrium Animalium genera.
- Nono, Aquatilia.
- Decimo, volucrum genera.
- Vndecimo, in secta animalia.
- Duodecimo, plantæ odoratorum.
- Decimotertio, plantæ arborum peregrinarum.
- Decimoquarto, plantæ arborum frugiferarum.
- Decimosexto, plantæ arborum Syluestrium.
- Decimoseptimo, plantæ satiuarum.
- Decimooctauo, natura frugum, & cerealium, ac studia agricultoris.
- Decimonono, linum, spartum, & hortensia.
- Vigesimo, quæ cibus & Medicinæ in plantis satiuis conueniant.
- Vigesimo primo, flores, & coronamenta.
- Vigesimo secundo, coronæ, & medicinæ ex herbis.
- Vigesimo tertio, medicinæ ex vino, & arboribus vrbanis.
- Vigesimo quarto, medicinæ ex arboribus syluestribus.
- Vigesimo quinto, medicinæ herbarum sponte nascentium.
- Vigesimo sexto, noui morbi & medicinæ quarundam herbarum per morbos.
- Vigesimo septimo, herbæ aliæ quædam, & medicinæ.
- Vigesimo octauo, medicinæ ex homine & animalibus magnis.
- Vigesimo nono, de Medicinæ Auctoribus, & medicinæ ex reliquis animalibus.
- Trigesimo, Magia, & medicinæ quædam per membra.
- Trigesimo primo, medicinæ ex Aquatilibus.
- Trigesimo secundo, reliqua ex Aquatilibus.

- A Trigesimotertio, metalla auri & argenti.
- Trigesimo quarto, metalla aris, & plumbi artifices ararij.
- Trigesimo quinto, pictura, coloresque, & pigmentores.
- Trigesimo sexto, marmora, & lapides.
- Trigesimo septimo, gemmæ.

Alij qui de Piscibus scripserunt.

**A**elianus de animalibus libris xvii. Græcè, Latinèq. egit. Quos quidem Conradus Gesnerius scribit se auctiores, & emendatiores emisisse, quàm Petrus Gillius verterat: verum enim verò cauendum est, nequid in Præfationibus, aut alibi admixtū sit, quod expurgatione egeat, ac facultate legendi obtenta ab ijs, ad quos pertinet. Nam & idem Conradus Gesnerus prohibitus est ab Ecclesia, eadem lege.

Agathocles Atracius de piscibus soluta oratione. Suidas in Cicilio Halieutorum scriptores enumerans.

Apicius de piscibus, quem Halieusim nominat Hermolaus. Extant verò Cælij Apicij de obsonijs, & condimentis, libri decem, quorum nonus Ithassa, id est, Mare: decimus  $\alpha\lambda\epsilon\upsilon\varsigma$ , id est, Piscator inscribitur. Ab hoc Cælio Apicio alius fuit Romanus ille, qui a Plinio Marci prænomine indicatur, & cuius tanquam ventri participati, Latini meminere Scriptores.

Apuleius. quare inferius in voce, Lucius Apuleius.

Aristotelis  $\zeta\omega\iota\kappa\omicron\nu\ \eta\ \pi\epsilon\iota\ \iota\chi\theta\upsilon\omicron\nu\ \beta\iota\omicron\lambda\iota\omicron\nu$ , citat Athenæus: peculiaremne aliquem eius librū, an historiæ animalium partem intelligat, dubitari potest: aliqua enim quæ citat his titulis, in libris de historia reperiuntur; aliqua non: vt librum aliquem Aristotelis, siue genuinum, siue  $\zeta\epsilon\upsilon\delta\epsilon\pi\iota\gamma\alpha\phi\omicron\varsigma$ , intercidisse sit dubitandum. Et quidem Athenæus Aristotelis librum  $\zeta\omega\iota\kappa\omicron\nu\ \eta\ \pi\epsilon\iota\ \iota\chi\theta\upsilon\omicron\nu$  alicubi citat, nimirum partem historiæ animalium, in qua de piscibus tractatur. Nam & libro septimo, Aristotelis verba de pisce Anthia citat ex libro  $\pi\epsilon\iota\ \zeta\omega\omicron\nu\ \eta\ \delta\omega\omicron\nu$ , quæ tamen apud Aristotelem leguntur historiæ animalium lib. 9. c. 37. quod caput Gaza, aut alius Latinè inscripsit, de ingenio marinorum & fluuiatilium piscium pro ratione commodioris vitæ.

Iam ad calcem libri septimi, Athenæus ex Aristotelis libro quinto historiæ animalium verba hæc recitat,  $\theta\upsilon\alpha\lambda\omicron\varsigma\ \delta\epsilon\ \kappa\alpha\iota\ \eta\ \iota\chi\theta\upsilon\omicron\nu\ \alpha\iota\ \pi\lambda\epsilon\iota\sigma\tau\omicron\iota\ \alpha\pi\alpha\epsilon\ \tau\iota\kappa\tau\omicron\upsilon\sigma\iota\ \nu\ \alpha\iota\ \delta\iota\ \chi\upsilon\tau\alpha\iota, \omicron\iota\ \tau\omicron\upsilon\ \delta\iota\ \nu\tau\iota\alpha\ \alpha\pi\epsilon\chi\theta\epsilon\mu\epsilon\upsilon\iota\ \chi\omicron\theta\omicron\mu\iota\varsigma, \mu\eta\ \tau\eta\ \delta\iota\ \nu\theta\iota\mu\iota\varsigma$ . Quæ verba eo in libro, capite nono sunt apud Aristotelem. Alibi tamen eodem in libro Athenæus citat Aristotelis verba, qua legatur  $\epsilon\upsilon\ \pi\epsilon\iota\ \zeta\omega\omicron\nu$ . Alphestem piscem esse  $\mu\omicron\upsilon\alpha\lambda\epsilon\upsilon\theta\omicron\nu, \kappa\alpha\iota\ \mu\epsilon\lambda\omicron\upsilon\ \kappa\epsilon$  que apud.

Cælius Apicius alius ab hoc.

Marcus Apicius.

De ingenio marinorum & fluuiatilium piscium.

apud Aristotelem non inveniuntur. Plinius A libro 8. Aristotelem quinquaginta præclara volumina de animalibus condidisse affirmat, atque Theodorus Gaza libros de animalibus octodecim esse ait, nouem scilicet de historia animalium, quattuor de partibus, quinque de generatione. His Plinium libros etiam de de Anima, & parua naturalia, vt vocant, adnumerasse apparet. Sic enim omnes erunt quinquaginta.

Benedictus Iouius Pauli frater, Larium la cum, & eius pisces carmine descripsit. Cælius vide infra Cicilius.

Cælius Apicius vide supra in Apicio. Callimachus Poeta Cyrenæus de piscibus Mossellanis ab Ausonio celebratis.

Cicilius *κικίλιος* Argiuis Poeta Halientica cõposuit. Suidas. Apud Athenæum lib. 1. legitur Cælius *κικίλιος*, at vtro legatur modo, à Cicilio nomen fluxisse videtur.

Elearchi Solensis Peripatetici liber de Torpedine, citatur ab Athenæo. Et alibi de aquatilibus simpliciter *αἰετῶν ἐνυδριῶν*, alias *αἰετῶν ἐν τῷ ὑγρῷ*.

Demostratus historicus Halientica condidit libris xx. Suidas. Aelianus item de Animalibus lib. 13. eisdem Demostrati libros citat.

Dæcius Ausonius Mosellam flumen cum suis piscibus decantauit.

Dorionis volumen de piscibus non semel Athenæus citat.

Dumbraniij cuiusdam de piscinis liber manuscriptus Vuratislaui visus est.

Edouardus Vuottonus de differentiis animalium, libros x. emisit Lutetia apud Vascosanum anno 1552. in folio: pleraque autem veterum de animalibus scripta ita digessit, ac inter se conciliauit, vt ab vno ferè auctore profecta videantur omnia; scholijs etiam emendationibus in varios Auctorum locos adiectis: Priusquam autem ad explicandos singulorum naturas accedat, quæ communia, & in genere dici poterant, exposuit. Peruidendum est tamen, nequid in eo sit, quod expurgatione egeat, cum Anglus sit.

Ennius, quæ in voce Q. Ennius.

Epæneti de piscibus librum Athenæus citat lib. 7. & eundem librum alibi Opfartyticum nominat, iisdem ex eo verbis recitatis.

Epicharmus, non quidem de piscibus aliquid, vt quidam putauit, sed inter alias comædias vnam titulo *ἡ ἐν τῷ θαλάσσῃ*, id est, terra, & mare scripsit.

Epiphaniij Episcopi Cypri Græcus libellus de animalium natura Physiologi titulo, editus est Romæ non ita pridem, & in Latinum versus à Viro illustri Leone de Ponce cum doctis scholijs: in quo explicat animalium quorundam naturas, & eas ad animum, mores, religionem accommodat, pauca verò de aquatilibus infunt.

Eudemij qui de piscibus scripserit, meminit Apuleius Apologia prima.

Franciscus Massarius Venetus in nonum Plinij librum, qui est de Aquatiliu natura, castigationes & annotationes scripsit.

Gulielmi Rõndeletij libri de aquatilibus Lugduni impressi.

Hicesius in libro *περὶ ἰσχυρῶν* multa de nutrimento è piscibus, ab Athenæo citata tradit.

Hippolyti Saluiani Romani de aquatilibus liber.

Iulius Cæsar Scaliger in libris de subtilitate contra Hieronymum Cardanum, multa passim etiam de aquatiliu natura prodiit; sed legendus non est, nisi qui fuerit purgatus, & approbatus.

Kiranida cuiusdam obscuri auctoris libri quattuor, de remedijs, & miris effectibus ex animalium omni genere, & plantarum, lapidumq. extant.

Leonides Byzantius de piscibus egit soluta oratione, vt inquit Suidas.

Lucius Apuleius in Apologia prima meminit se libros de piscibus Græce scripsisse, & alios Latine, in quibus (inquit) animaduertes cum alia cognita rara, tñ nomina etiam Romanis inusitata, & in hodiernum (quod sciam) infecta (fortè indicta) ea tamen nomina labore meo, & studio ita de Græcis prouenere, vt tamen Latina monumenta percussa sint. Et mox conqueritur se reprehendi, quòd res paucissimis cognitas Græcè, Latine, proprijs, & elegantibus vocabulis conscribat. Et rursus ait, scribere se de particulis omnium animalium, deq. situ earum, numero, & causis.

Lycenen quendam de piscibus scripsisse Apuleius memorat, nomine forsan deprauato.

Marcus Antonius Cæsar, & Philosophus nonnihil scripsit, cuius etiam quedam extant adhuc: Lilius Greg. Gyraldus. Alij nihil putant extare aliud, quam libros 12. *περὶ ἰσχυρῶν ἐαυτῶν*, vel, vt Suidas citat, *τοῦ ἰσχυρῶν ἐαυτῶν ἐν βέλους* lib. qui & Romæ in Vaticana Bibliotheca seruantur.

Mithæcus, alias, Mythæcus, vide mox inter Opfartyticorum scriptores.

Numenius Heracleota poema halienticum, siue de piscibus scripsit, Suidas. Versus autem eius sepe ab Athenæo recitantur.

Olympius Nemesianus scripsit carmen de piscibus, Lilius Gyraldus.

Oppiani halientica, quæ innominatus quidam Græcus scholijs explicauit, ad verborum cognitionem aliquid fortè fecerint: ad res verò noscendas aut minimum. Ea scholia sunt in Bibliotheca Serenissimi Bauariæ Ducis Monachij. Ceterum si quis legere cupiat Ioannem Bodinum Andegauensem, qui carmine Latino Oppianum interpretatus est, & commentarium varium ac multiplicem ei adiecit: quæ quidem Vascofanus excudit Lutetiæ anno 1555. videndum est, ne quid

Albertus Magnus, de lapidum virtutibus, & de rebus metallicis.

Antonius Brasauola in examine simplicium.

Auicennæ liber fossilium, siue (vt vocant) mineralium.

Benedictus Arias Mótanus de lapidibus vestium sacrarum, tempore veteris Testamenti, in Apparatu ad sacras litteras.

Camilli Leonardi Pisarenis de gemmis, siue speculum lapidum.

Cælius Rhodiginus de annulorū vi, & lapillorū potestate mirabili lib. 6. cap. 1. 1. & cur in Oriente nascantur gemmæ, lib. 1. cap. 10. de falis laude lib. 27. cap. 21. & alibi de plantis, & arboribus.

Dioscorides, qui, in eum scripsere, præsertim Matthiolus.

Erasmus Stella de gemmis.

Euax Rex Indiae de gemmis.

Galenus lib. 9. de simpliciu facultate.

Georgius Agricola lib. 6. de profluentibus ex terra, & de lapidibus intra terram: Vbi plurima de fossilibus, & de metallis.

Ioannes Monhemius de gemmis & lapidibus.

Ioannes Scotus, vel Chrysofomus de naturis omnium rerum.

Iosephus Acosta de natura noui orbis.

Isidorus de varijs fossilibus, siue mineralibus, lib. 16. Etymolog. Idem de gemmis lib. 37. Etymolog.

Iulius Cæsar Scaliger aduersus Cardanum de subtilitate passim.

Leonardus Garfonius de magnete, Italice, extat apud nos manuscriptus.

Leoniceus de Polycratis gemmis, lib. 1. cap. 63.

Marbodeus, alias Merboldus de gemmis, in quem cum Ianus Cornariu scripserit, sciendum est, hunc Ianu esse in numero librorum prohibi-

torum primæ classis: Quare Indicis eiusdè regulæ obseruandè sunt.

Orpheus de gemmis: Græcis versibus heroicis.

Plinius de lapidibus, & gemmis lib. 37. per totum, & alijs in libris.

Polydorus de primo gemmarum vsu lib. 2. cap. 21.

Polyphilus in Hipnerotomachia, de varijs gemmis cum ipsarū natura, audio scripsisse, at quoniã nō legi, idcirco nō audeo dicere: præmonitos tamè cupio eius Lectores, vt primò dispici eurent, qualis sit, nū ve aliqua cõtineat, quæ labe essent aspersa.

Raphael Volateranus de gemmis & lapidibus lib. 27.

Solinus in Polihyftore.

Theophrastus de lapidibus.

Tzetzes de sulphure lib. 12.

Vincentius Bellouacensis de lapidibus, lib. 9. speculi naturalis.

Albertus Magnus, de lapidum virtutibus, & de rebus metallicis.

Antonius Brasauola in examine simplicium.

Auicennæ liber fossilium, siue (vt vocant) mineralium.

Benedictus Arias Mótanus de lapidibus vestium sacrarum, tempore veteris Testamenti, in Apparatu ad sacras litteras.

Camilli Leonardi Pisarenis de gemmis, siue speculum lapidum.

Cælius Rhodiginus de annulorū vi, & lapillorū potestate mirabili lib. 6. cap. 1. 1. & cur in Oriente nascantur gemmæ, lib. 1. cap. 10. de falis laude lib. 27. cap. 21. & alibi de plantis, & arboribus.

Dioscorides, qui, in eum scripsere, præsertim Matthiolus.

Erasmus Stella de gemmis.

Euax Rex Indiae de gemmis.

quid sit, vnde labe aliqua aspersi possit. Nos enim non vidimus, sed vt alij eiusdem libri legendi nō sunt, nisi fuerint expurgati: ita cautionem in reliquis adhibenda esse credimus.

Extat manuscriptus libellus Græcus Auctoris incerti, veluti Paraphrasis in Oppiani Halientica: in quo tamen parum utilitatis reperitur, nisi hoc fortè verum est, quod scribit, pisciculum Ceti Ducein, mastelam esse.

Quidius Halienticon scripsit, quod opus hæcenus *αἰετῶν* nec nisi quadam fragmenta extiterit: cum tandem Sertorius Quadrimanus vir doctus, & sedulus antiquitatis inuestigator, ex vetustissimo codice, Hieronymo Columnæ initium eius operis descriprum tradidit, quod ille, inuenit suo labore, quem eruditum edidit anno huius sæculi nonagesimo, Neapoli, in fragmenta Ennij: Qui Ennius cum Phagetica scripsisset, nec verò præter minimum fragmentum, extet, multa quidem in id eruditè affert idem Hieronymus initio secundæ Tomi.

Pæcrates. Areas in libro inscripto *ἐπερὶ θαλάσσης*, id est opera marina, multa de piscibus prodidit carmine; Suidas, & Athenæus: apud hunc quidè lib. 1. nō rectè Pæcratius scribitur.

Paulus Iouius Nouocomensis Episcopus Nucerinus piscium historiã illustrare cepit: quod liber eius de Romanis piscibus publicatus Romæ primum anno 1529. testatur.

Petri Bellonij Cenomani de Aquatilibus libri duo cum iconibus editi sunt Parisijs anno 1553. in 8. apud Carolum Stephanum. Et eiusdem liber Gallicus de piscibus marinis peregrinis, deq. Delphino, ibidem impressus apud Calderium in 4. anno 1551.

Petrus Gillius Gallus post Paulum Ionium pisciū historiã excoluit: libello de Gallicis & Latinis nominibus piscium Massiliensium edito: vix Aeliani de animalibus libris magna ex parte translatis, & accessionibus auctis: quos Sebastianus Gryphius excudit Lugduni in 4.

Auctorum aliquot nomina, qui de fossilibus, & alijs rebus naturalibus scripsere.

Nam postea Elenchus vberior, & selectus edetur.

Albertus Magnus, de lapidum virtutibus, & de rebus metallicis.

Antonius Brasauola in examine simplicium.

Auicennæ liber fossilium, siue (vt vocant) mineralium.

Benedictus Arias Mótanus de lapidibus vestium sacrarum, tempore veteris Testamenti, in Apparatu ad sacras litteras.

Camilli Leonardi Pisarenis de gemmis, siue speculum lapidum.

Cælius Rhodiginus de annulorū vi, & lapillorū potestate mirabili lib. 6. cap. 1. 1. & cur in Oriente nascantur gemmæ, lib. 1. cap. 10. de falis laude lib. 27. cap. 21. & alibi de plantis, & arboribus.

Dioscorides, qui, in eum scripsere, præsertim Matthiolus.

Erasmus Stella de gemmis.

Euax Rex Indiae de gemmis.

Galenus lib. 9. de simpliciu facultate.

Georgius Agricola lib. 6. de profluentibus ex terra, & de lapidibus intra terram: Vbi plurima de fossilibus, & de metallis.

Ioannes Monhemius de gemmis & lapidibus.

Ioannes Scotus, vel Chrysofomus de naturis omnium rerum.

Ioannes Acosta de natura noui orbis.

Isidorus de varijs fossilibus, siue mineralibus, lib. 16. Etymolog. Idem de gemmis lib. 37. Etymolog.

Iulius Cæsar Scaliger aduersus Cardanum de subtilitate passim.

Leonardus Garfonius de magnete, Italice, extat apud nos manuscriptus.

Leoniceus de Polycratis gemmis, lib. 1. cap. 63.

Marbodeus, alias Merboldus de gemmis, in quem cum Ianus Cornariu scripserit, sciendum est, hunc Ianu esse in numero librorum prohibi-

torum primæ classis: Quare Indicis eiusdè regulæ obseruandè sunt.

Orpheus de gemmis: Græcis versibus heroicis.

Plinius de lapidibus, & gemmis lib. 37. per totum, & alijs in libris.

Polydorus de primo gemmarum vsu lib. 2. cap. 21.

Polyphilus in Hipnerotomachia, de varijs gemmis cum ipsarū natura, audio scripsisse, at quoniã nō legi, idcirco nō audeo dicere: præmonitos tamè cupio eius Lectores, vt primò dispici eurent, qualis sit, nū ve aliqua cõtineat, quæ labe essent aspersa.

Raphael Volateranus de gemmis & lapidibus lib. 27.

Solinus in Polihyftore.

Theophrastus de lapidibus.

Tzetzes de sulphure lib. 12.

Vincentius Bellouacensis de lapidibus, lib. 9. speculi naturalis.

Albertus Magnus, de lapidum virtutibus, & de rebus metallicis.

Antonius Brasauola in examine simplicium.

Auicennæ liber fossilium, siue (vt vocant) mineralium.

Benedictus Arias Mótanus de lapidibus vestium sacrarum, tempore veteris Testamenti, in Apparatu ad sacras litteras.


Camilli Leonardi Pisarenis de gemmis, siue speculum lapidum.

Cælius Rhodiginus de annulorū vi, & lapillorū potestate mirabili lib. 6. cap. 1. 1. & cur in Oriente nascantur gemmæ, lib. 1. cap. 10. de falis laude lib. 27. cap. 21. & alibi de plantis, & arboribus.



ARGUMENTVM  
LIBRI DECIMIQUARTI

**Q**UAM In tradenda Philosophiæ Methodo rationem secuti sumus, eadem in Medicinæ Origine, Partitione, Cautiõibus, Ducibus ipsius, et breuius tenenda est; quod superioris libri materia planiorem viam ad eandem Medicinam strauit. De ratione autem consultandi vberius aliqua interfecimus, quæ nondum in lucem edita, ex viri eximij laboribus ad nostras manus venerunt. Quæ vero ad pietatem spectabant, ea libentissimè adicimus, quod Medicinæ, etsi corporis sanitatem spectat, plurimas tamen occasiones præbet viris in ea præstantibus non solum de Republica, verum etiam de Deo bene merendi. Elenchum Auctorum, qui de Medicâ facultate scripsere, sat fuit modo innuere, vndenam esset petendus. Nam omnium, qui vel Græcè, vel Latine, vel Arabice, vel Patria lingua scripserunt, is numerus est, vt bonam huius voluminis partem solus occupasset: quem tamen iustis de causis in aliud tempus reiecimus. Interim viri aliquot præstantissimi indicantur; qui si serio, ac sedulo legentur, pro alijs multis plusquam suffecerint.



CAPITA LIBRI DECIMIQUARTI.

- |   |  |
|---|--|
| 1 Origo, Partitio, Necessitas, Utilitas, & Dignitas Medicinæ.               | phia, quam ratione Christiana, & solida loci aliquot Hippocratis, atque aliorum Medicorum sint expendendi.               |
| 2 Methodus Medicinæ.  | 8 De Galeno Pergameno.   |
| 3 Methodus Consulendi.  | 9 Capita magni momenti de Christiana, & tuta medendi ratione.  |
| 4 Methodus Christianè adhibendi Medicinam.                                  | 10 Deum placari, & ad misericordiam allici visendis valétudinarijs, & ægrotis. Ex Auctoris libello de Pietatis operibus. |
| 5 Tractatio de Medicinâ Hippocratis Cui.                                    |  |
| 6 Methodus librorum Hippocratis allata à Francisco Vallesio insigni Medico. |  |
| 7 Ex locis Francisci Vallesii de sacra Philoso-                             |  |



ANTO.



ANTONII POSSEVINI  
SOCIETATIS IESV  
Liber Decimus quartus  
BIBLIOTHECAE SELECTAE,  
Qui est de Medicina.

GENERALIS DE MEDICINA  
CONSIDERATIO, ET CAVTIO.



**D** ORIGO, PARTITIO, NECESSITAS, UTILITAS,  
Nobilitas Medicinæ. Caput Primum.



**Q**UANDO vbi definit Physicus, ibi incipit Medicus, appositè huc, quæ ad Medicinæ considerationem & cautiones attinent, adijcienda sunt. Ac Medicinæ primò originem, mox partitionem, deinde necessitatem, vtilitatem ac methodum, sic generatim attingam, vt hæc postea liquidius innotescant, cum ad Hippocratem Comum, & Galenum Pergamenum, qui & ipsi duo Medicinæ lumi-

**E**na fuere, accessero. Iam de **ORIGINE** nota sunt, quæ viri præstantes scripta reliquere. Sic enim aiunt. Artis medicæ inuentionem Græci ferè vniuersi in Deos ipsos atque illorum amicos referunt. Tradunt quippe, Aesculapium ab Apolline patre institutum, filios suos postea Medicinam docuisse: atq; in hunc modum artem ipsam cœptam Diuinis auspicijs, successione quadam hereditaria, à parentibus propagatam semper in liberos, ad Hippocratem vsque (qui & ipse ex Aesculapio oriundus fuit) peruenisse. Caurum siquidem erat in illa Asclepiadarum familia, ne quis artem & industriam medendi, possessionem sane Diuinam, à Deoque (vt dicebant) solis ipsis concessam, cuiquam communem faceret, qui ab eodem non esset genere exortus: id quod fuisse in causa videtur, vt peritos artis illius

lius πέντε εν πρώτῳ, hoc est, filios Medicorum, Græci semper vocarint. Hæc il- li. Sed & Clemens Alexandrinus, primo Stromatum libro, assertor eorum sententiam, qui dicerent, Medicinæ inuentorem fuisse Apim Aegyptium indigenam, priusquam Io veniret in Aegyptum; postea vero Aesculapium artem amplifi- casse.

Verumenimvero, quod dixi de Philosophia, idem de Medicina dicendum est. Huius nempe originem ex ipsis primis parentibus à Deo extitisse, quibus rerum om- nium vires sic innotuerant, vt conuenientia quibusq. nomina inderent. Obscu- ratam deinde peccatis humanam mentem, dum orbitam rectissimæ istius faculta- tis amisisset, deflexisse in pleraque deuia: plane vt neque vna iam Medicina habere- tur ab omnibus, sibiq. originem istius varij variâ adscriberent. Rationalis alij, Em- piricæ reliqui, Methodicæ nonnulli, quemadmodum mox attingendum erit. Cum

Eccles. 38.

igitur potiora disciplinarum semina apud Hebræos seruata essent, ortum quoque istius, qua de agimus, Diuinis litteris consignatum agnoscimus à Deo. Creauit enim (inquit) Medicum Altissimus. Et, à Deo ex omnis Medela. Et, Altissimus, creauit de Terra Medicinam. Nonne à ligno (ait) indulcata est aqua amara? ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus scientiam Altissimus ho- norari in mirabilibus suis. Atqui ab lignis Libani vsque ad Hyssofum disputauit Salomon: Ac cum trigessimum nonum Iobi caput brutis animantibus insitas à Deo vires innuat, easque nos in ipsis quoque cernamus, in vulneribus sanandis, in sa- gittis expellendis, in noxijs humoribus egerendis: ecquis dubitet, hæc Deo pro- fecta, qui bruta creauit? Certe vero CHRISTVS Dominus, eiusque item ferui, quibus dona curationum impertita sunt, sapissime remedia corporibus ad-

Vide Au- gu. de Ciu. Dei, lib. 3. c. 12. & 17. & lib. 3. c. 26.

hibuerunt, supra, contraq. omnem Naturæ modum, vt se omnis Medicinæ fon- tem ostenderet. Itaque rectissimè Augustinus, cum de animi, corporisque me- dicina loqueretur, sic ait. Sunt vero alia, quibus multi modi, varique morbi ani- morum, magna quadam & prorsus ineffabili ratione sanantur: quæ medicina ni- si Diuinitus populis mitteretur, nulla spes salutis esset, tam immoderata progres- sione peccantibus: Quamquam & illa corporis medicina, si altius rerum origi- nem repetas, non inuenitur, vnde ad homines manare potuerit, nisi à Deo cui re- rum omnium status, salusq. tribuenda est. Hæc Augustinus: qui non vno loco in libris de Ciuitate Dei, cum scriberet aduersus Hermetem Trismegistum, qui se nepotem Aesculapij scripserat, ostendit, quam falso Deo Medicinæ niterentur Romani, quem & præter constitutionem Numæ adiecerant ceteris Diis vna cum aliorum numerositate Deorum, & ab Epidauo educus, minime opitulari potuit mulieribus, quæ ex pestilentia inferbant; nimirum (inquit) se excusans, quod *επιχαρτυσε*, non obstetricem, profitebatur. Ceterum Clemens Alexandrinus Oratione ad Gentes; cum ex ipsis Græcis Poetis Pindaro & Euripide ostendisset, Aesculapium istum fulmine iacere in sinibus Cynosuridis, idque ob auaritiam ei tributum: Cum beneficio (inquit) afficientem Deum non intelligerent, effinxe- runt quosdam Seruatores, Castorem, & Pollucem, & Herculem *ἀλεξίμικρον*, id est in malis adiutorem, & Medicum Aesculapium. Hæc quidem (subdit) sunt lubri- cæ & exitiosæ à veritate digressiones, quæ hominem à Cælo detrahunt, & in Ba- rathrum pessundant.

Partitio.

Neque vero eadem omnibus fuit Partitio Medicinæ: quod qui in ratione eius tradendæ variarunt, varia quoq. ipsius principia, partesq. constituerunt: Nam Me- thodici, quorum princeps fuit Themison, Trallianus autem absolutor; cum parti- culares omnes affectus redegerunt ad generales duos, Astrictum, & laxum; curatio- nes quoque adhibebant vniuersas ad astrictiorem eorum, quæ essent laxa, & laxa- tionem astrictorum. Hi proinde cum abditas morborum causas, quas Rationales in- dagabant in primis, & experimenta respicissent, quæ Empirici potissimè spectabāt, diuersam ab vtriusque Sectam instituerunt; quemadmodum Galenus libro de Se- ctis, Isagogico præcipue, & Sextus Pyrrhonius, qui & Empirica scripsit, tradi- derunt:

derunt: cum & hic eos cum Scepticis inquit conuenire plurimum. At Empirici sub Philino Coo, inter quos primarij fuere, Creon sive Acron, Serapion, & qui hanc secuti sunt, Glaucias, Heraclides Tarentinus, & duo Apollonij, Menodo- rus, & Sextus Afer; vsu contenti eorum, quæ alias obseruassent, Medicinam ab Methodicis, Rationalibusque diremerunt. Quæ res fecit, vt lacera & tamquam rimas agens Medicina, pluribus sæculis nutauerit: sicut Plinius præter alios scrip- sit vigesimi octauo libri secundo & tercio capite: & vigesimi noni primo; atque trigelimi capite primo & secundo. Hippocrates igitur dispersam cum collegis- set, ac methodo rationali condidisset vniuersalia præcepta, habuit fere insignio- res omnes, qui Rationalem Medicinam coluere, Dioclem Carystium, Praxago- ram, Chrysippum Sophistam, Erasistratum ex Aristotelis filia genitum, & reli- quos: donec post sexcentos propemodum annos Hippocraticam doctrinam, ac methodum iterum iacentes, Galenus excitauit.

Ex his igitur potissimum partitio promenda est, qui ratione, vsuque valentes, rectissimam posteris viam complanarunt. Cum autem vniuersa Medicina in tres partes distributa sit, Quæ victu, Quæ medicamentis, Quæ manu curat corpora, ideo illa Diætica, sequens Pharmaceutica, tertia Chirurgica à Græcis vocata est. Vniuersæ porro qui principia perpendunt, hæc referunt ad essentiam, quæ sub considerationem generalem ac singularem cadit, & ad accidentia, vnde Fortu- nata, Difficilis, Molesta, Iucunda, Celebris, Admiranda, Contempta, dici so- let. At cum ea cogitant, quæ ab ipsdem principiis fluunt, Medicinæ differentias sumunt à subiecta materia, hoc est à salubribus causis, signis, corporibus, quo- rum ambitu omnia artis Theoremata comprehenduntur; quæ tamen ipsa rursus distinguenda sunt secundum causas, in Theoremata alia spectantia ad Medicinæ materiam, ad corpus videlicet humanum; quæ dicuntur Physiologica; Ad for- mam, hoc est, ad salubritatem & insalubritatem, quæ Græce nominant, *Παθολογι- κή*; Ad efficientem, nempe ad instrumenta salubritatis & insalubritatis, quæ Græ- cis *Αιτιολογική*. Ad finem, positum partim in cognitione per Signa, quæ ideo *Σημειωτική*, partim in operatione, quæ *Θεραπευτική* vocarunt. Sed & differentias alias sumunt à Forma: Quapropter secundum Arabes partiuntur Medicinam in Theoricam Vniuersalem, & Praxin particularium.

NECESSITAS  
VTILITAS  
NOBILITAS.

Iam verò ex his omnibus Necessitas, & Vtilitas, addo item Nobilitas, patet ingens, quæ non tantum ad curanda corpora, verum etiam ad sanandas & exco- lendas mentes summopere pertinent. Extat initio sextæ Iuntarum editionis viri Galeni, ex Iulio Alexandrino, alijsque collecta, quæ vtilissimam Medicinam Philologis, Philosophis, Theologis, accurate, quisquis ille fuit demonstrat. Plura etiam Andreas Tiraquellus, Regius in Curia Parisiensi Senator, Commen- tarij de Nobilitate, & iure Primigentorum, differit capite trigesimo primo. Et vero hi Commentarij postrema editione ab Auctore diligenter recogniti, & ter- tia amplius parte locupletati, Venetijs excusi sunt anno huius seculi septuagesi- mo quarto, Dominici Nicolini sumptibus, & Lugduni octuagesimo quarto à Gui- lelmo Rouillio. Porrò toto eo capite cum sibi proposuisset tractandum, An Ars Medicinæ nobilitati derogeret, plurimus est in congerendis testimonijs ex vniuer- sa antiquitate profana Poetarum, Historicorum, Philosophorum, & sacra, qui-

bus originem, propagationem, difficultatem, præstantiam huius facultatis ostendat. Præterea quo eam magis reddat illustrem, enumerat Sanctos Angelos, & Reges, atque Cæsares & Summos Pontifices, ac Poetas & Philosophos, qui Me- dici vel fuerunt, vel alijs eam adhibuerunt. Mox varia à Medicis excogitata medicamenta per Alphabeti seriem attexit; cui & Catalogum adiicit eorum, qui Græce, Arabice, Latine de Medicina scripserunt. Ergo qui in Artem hanc serio incumbit, novos semper Diuinæ sapientiæ thesauros eruit, Philo- sophiæq. ipsi magnum è Medicina præsidium accersit. Nam & Philosophis plus ab



Medicis notitiæ rerum & caussarum, quam istis accessisse ab Philosophis, Galenus A  
 satis indicat, cum ostendit Aristotelem ab Hippocrate plura esse mutuatum. Sane in Diuino hoc organo oculorum quo Coelum illico, quæue ipsius ambitu continentur, omnia cernimus: siue nervos, humores varios, temperiem, positionem, numerum; siue actionem primariam, quæ in chrystallino residet, contemlemur: quantum, optime IESV, lucis elicimus, ad Platonis, Aristotelis, Stoicorum, & Epicuri, & Empedoclis, Alhazen, Vitellionis, & aliorum Opticorum de modo visionis, sententias expendendas; vel quæ inter Aristotelem & Platonem haud cohærent, aliquatenus conciliandas; quin etiam ad pernoscendas ipsas animi & Intellectus actiones ac vires; qui vt in auribus audit, mouet in musculis, sic per oculos & in oculis cernit, ad seseque hinc phantasmata per sensus illos interiores, quasi per gradus sic admittit, vt functiones illas edat in semirabiles concipiendi, intelligendi, ac promendi quæcumque percepit? At etiam hinc ad lucem illam æternam, cuius hæc caligo pene densissima & mera vmbra est, magnum affertur momentum, vt deinceps anima meditetur, & cœlestium rerum species liquidissimo quasi animi diaphano concipiat & seruet. Ceterum in animi sedandis perturbationibus, quæ res ad Ethicem spectat, & in imagine recte constituta, & æquabiliter administrata reip. dum corporis membrorum principatum, famularum, & mutuum ministerium aliquis intuetur, & equantiam haurit lucem, qui positiones & vsum reliquarum corporis partium ex Anatome acutius inspexerit? Fateri equidem hic, ad vnam CHRISTI Domini gloriam, cogor, nihil vnquam præter Diuinæ literas tam meo hæsisse animo; quam quæ Patavij, dum Philosophiæ operam dabam, ex Fracantiano, qui tum Galenum de vfu partium interpretabatur, pene casu audiui, sæpe vero animaduerti in Humanis, & Brutorum corporibus, quæ viri præstantissimi dissecabant, Cæsar Pendasus Mantuæ, Riarius Romæ, Fallopius Patavij, & Cananus Ferrariæ. Quoties autem postea vel adolescentis hæc subibat mentem cogitatio? Ego ne corpus, animæ domicilium illustrissimum, in cuius opificio tam mirabilem Deum cerno, fœdabo maculis, quod æterna vestiendum est gloria? At vbi iam senescenti obrigit, vt quadriennium Patavij agerem, nactus eximios alios Medicos, anatomen autem aliquarum insigniorum corporis partium, ex Hieronymo Fabricio cernens; cum item doctissima eius scripta legissem; non miratus sum, Ciceronem altero libro de natura Deorum, & Lactantium de opificio Dei, præclare hac de re scripsisse; Galenum autem quamquam ethnicum in eas, quæ satis notæ sunt, erupisse sententias, cum inquit: At vero si de huiusmodi pecudibus plura verba fecero, melioris mentis homines merito mihi forte succenseant, dicantque me polluere sacrum sermonem, quem ego conditoris nostri verum hymnum compono: existimoque in eo veram esse pietatem, non tauro- rum hæc atombas ei plurimas sacrificari, & castias, aliaque sexcenta odoramenta ac vnguenta suffumigari; sed si nouerim ipse primus, deinde & alij exposuerim, quænam sit ipsius sapiëntia, quæ virtus, quæ bonitas. Quod enim cultu conueniente exornare omnia, nihil suis beneficijs priuatum esse voluerit, id perfectissimæ bonitatis specimen esse statuo; & hac quidem ratione eius bonitas hymnis nobis est celebranda. Hoc autem omne inuenisse, quo pacto omnia potissimum adornarentur, summæ sapientiæ est: effecisse autem omnino quæ voluit, virtutis est inuictæ ac insuperabilis. Et hæc quidem Galenus paucissimis verbis, Diuina Sanctissimæ Trinitatis attributa, nesciens quid diceret, quasi aram ignoto Deo excitans, designauit. Porro mirifice profecto illud etiam mirandum est, in hoc corpore, quanto laboratum est magis à viris præstantissimis; cum omnia secando, partiendo, tangendo per tot sæcula tractauerint attentissime, reperiri tamen indices noua, recessusque alios ex alijs aperiri, quos ignorauit Antiquitas: vt quemadmodum in hoc maiore Mundo subinde deteximus, & motus varios, & diuersas

Hieronymus Fabricius ab Aquapendente Primarius Professor in Chirurgia, & Anatome Patavij.  
 Gale. 3. de vfu part. c. 10.

A fas Insulas, & novos penè orbes; sic in hoc altero Microscopio exerant sese, quæ hætenus haud cernebantur. Nimirum immensi sunt (vt diximus) Diuinæ potentia thesauri, qui in minimis quibusque corporis particulis latent. Ei honor & gloria, Amen.

METHODUS MEDICINÆ.

Caput I.

B **A** quoniam in tanta naturæ, hoc est, Dei, qui naturam condidit, penu, torque variis morbis, quibus oppugnantur corpora, Methodus esse debet rectissima, quæ sine ambagibus scientiam ipsam rerum explicet, & solidam in hac vita breuissima exercitationem suggerat, eadem omnino Methodus in primis noscenda est: Quæ licet sumi possit ex partitione, quam attulimus, Medicinæ, quoniam tamen latius adhuc patet, non vnam hic statuemus. Pertinet enim ad studendi, Ad medendi, Ad Medicamenta componendi, Ad consultandi, Ad Christianè Medicinam tractandi, rationem.

Iam prior, quæ spectat studium & doctrinam, ex Hippocratis, Galeni, & Vesalij libris petenda est, de quibus non ita multo post agemus.

Secundam de medendis humani corporis morbis Galenus quidem, vt reliqua, sapienter ac docte attigit. Verum tamen quoniam sequentia secula, quibus tam multa Deus aperuit, neminem habuerunt, qui hanc Methodum redderent aut vberior, aut faciliorem: idcirco Donatus Antonius ab Altomarij, iustum hac de re voluminem, magno studentium commodò, hac ætate conscripsit. Viderat quippe vir eruditus, & prudens, verissimum esse id, quod non vno loco scriptum reliquit Galenus, Vniuersalem Methodum, quæ versatur circa vniuersalia quædam theoremata, bonum efficere non posse artificem, absque multa in particularibus exercitatione. Qua ergo via (inquit) ac ratione valeat quispiam affectam sedem omnem, ac quemuis præter naturam affectum, eiusque causam dignoscere, & eis cognitis, quid deinde futurum sit præsentire, & prædicere, ac demum si affectus is curari valeat, curare, iuxta Hippocratis, & Galeni monumenta potissimum, hoc loco scribere aggrediar. In his namque tribus continentur omnia, quæ ad artem medicam spectant: nam comoda ea sunt vel ad dignotionem, vel curationem, vel prognosticum. Curatio autem per se à Medicis exercetur; prænotio vero & dignotio propter curationem, vt Galenus inquit primo de ratione victus in morbis acutis, commen. tertio. & proinde in tres primarias partes artē medicam diuidi afferere, melius erit, quam in quinque, vt quibusdam visum fuit, ex eiusdem Galeni sententia. Sub eandem deinceps viam, & rationem particulares omnes affectus, & eorum causas proprias docere conabor, prout in singulis his patebit: cum non satis sit methodum nouisse; sed multifaria insuper exercitatione in his, quæ particulatim occurrunt, opus est, vt liquet primo de causis symptomatum, capite tertio: propterea quod pro locorum differentia, ac affectuum præter naturam, curationem quoque variari contingit. Quamuis oportet, vt Erasistrato placuit, hominem exercitatissimæ considerationis esse, qui voluerit non solum ipsius affectus qualitatem, sed affectum quoque locum probe dignoscere; præsertim si in imo corporis lateant. nam quæ in superficie sunt constituta partes, vna cum affectuum suorum specie facile sensibus deprehenduntur. Sūt vero morbi nõ in manifesto loco hæretes multi, atque hi, qui ad interna vertuntur, vt Hippocrates inquit libro de arte, quorum nullus est, quæ oculis conspiciendi videre ac cognoscere contingit, & ab arte quoque obscuri esse iudicati sunt, & proinde obscuri morbi appellati sunt, qui cum oculorum conspectum effugiant, mentis rationem

METHODVS

Gal. 2. lib. de loc. aff. cap. 9. Lib. 9. Meth. med. ca. 6. Lib. 9. c. 2. de Hipp. & Platonis Decretis.

Vide 1. de loc. aff. c. 2.

Paullo post medium.

men oculis obtinentur, & superantur, vt ipse refert. Hæc ille. Cuius opera cum antea essent sparsa, collecta tandem in vnum & recognita, & aucta ab Auctore, Gulielmus Rouillius anno huius sæculi sexagesimo quinto, Lugduni euulgauit.

1565. At methodum medicamenta componendi ex simplicibus iudicio summo delectis, & arte certa paratis, quattuor libris distributam, Iacobus Syluius Medicus Gallus, præter alios scripsit; quam & idem edidit Gulielmus Rouillius ante quadraginta propemodum annos, quamuis postea sæpius è prælis aliorum typographorum prodijt. Et Methodum quidem hanc ille sic confecit, vt Medicamenta sumeret.

Plantis, & harum partibus similaribus, & dissimilaribus	} Radice Floribus Stipite Ramis	} Surculis Foliis Fructibus Seminibus	} Corticibus Succis Liquoribus Resinis, Gummis.	B	
					Animalibus totis.
A	} Partibus animalium	} Organicis, vt Capite Mænidum, Hepate Lupi, Testibus Fibri, Renibus Stincorum; Corpore toto Viperæ, excepta cauda, & capite, pelle, interaneis.			C
		} Similaribus, vt Pinguedine, Adipe, Cerebro Leporis, Medulla, Osse, Dente, Coagulo, Lacte & eius partibus, Sanguine, Tunica interna ventriculi: Vnguibus Caprarum, Afinorum, Cornu Cerui, Vnicornis: Glutino Tauri, Senecta Serpentis.			
Animalium Excrementis	} Stercore Vrina Sorde, Pilis, Sudore, Saliua, Lana succida.	} Canum Luporum Puerorum	} Bubulo Caprino Columbino		
					} Ceu excrementis, vt Ouis, Melle, Cera, Lacte.
Terreis corporib.					


Ex quibus omnibus equis Medicinæ aut Doctor, aut studiosus, non incenditur ad Hymnos laudum Diuinæ bonitati ex animo concinendos, cum quæcunque condita sunt, ad vsum hominis creata videat, & quidem ita condita, vt crescant, viuant, intereant, dissecantur, pinfantur, torreatur, & quasi suo Domino sacrificentur indies: vt tandem aliquando tarda nostra hæc mens exciteretur ad seipsam in eius tradendam obsequium, in cuius gloriam immensa charitate creati, in hac beneficiorum omnium Academia excoli debemus, & erudiri.

Porro consultandi Methodus, quamuis non incommodè percipi possit ex iis, quæ de Medici officio disseruere Hippocrates, Galenus, & qui horum fuerunt interpretes, à nemine tamen ante hoc sæculum, quod sciam, tractata est ita, vt proprius

A prius hac de Methodo liber exierit. Et Argentarius tamen aliquid edidit, fudatq; sub prælo nunc Hieronymi Mercurialis, Secundus liber Consiliorum, in quo vir ille (quo de multa nobis postea dicenda sunt) hoc quoque non reliquit intactum. Sed & dum nouissime Parauij essemus, insignè iudicij & pietatis exemplum, quod ad hoc attinet, vidimus in Alexandro Massaria primario Medicinæ Lectore. Hic proximum domi suæ, ciuitatis illius ingens Nosodochium cum habeat visitabat pene diebus singulis, à Medicinæ Cædidatis multarum Nationum circumseptus: Et vt in eo loco omnium generum morbi sunt frequentes, rem spectatam, & ægrotorum statum, ceteraq; vtilia, ad diem certam hebdomadis referebat in domestica Academia, cui dederant nomina insigniores; vt de ea singuli, quæ cogitassent, expenderent, & disquirent: Tum ipse omnibus auditis, suam sententiam promebat; sicq; praxin, & methodum consultandi vir prudens factò potius quàm scripto deriuabat ad posteros; cui benedicat Deus. Atqui & ad nostras manus peruenit, nõ editus quidem, sed qui pietatem atque eruditionem sapiat, Nicolai Curtij Methodus consultandi, qui asseruatus est ex doctissimis alijs scriptis, quæ supina aliorum negligentia perièrunt. Ea igitur ne pereat, & vero Medicis iunioribus, & ægrotis commodet, charitas CHRISTI vrget nos, vt huc, tanquam in proprium locum, conijciamus.

### METHODUS CONSULENDI.

#### Caput III.

C  VM de methodo consulendi pro salute ægrotantium mihi sit propositum agere, ad quam omnes fere medicinæ partes facile possunt trahi: reliquis omissis, illud vnum præcipue mihi explicandum sumam, quod video à studiosis medicinæ maxime desiderari; quodq; à nullo, quod sciam, hæctenus explicatum fuisse intelligo: nempe quo ordine medicus in consultatione vti possit, aut debeat. Nam quæ postea sint ab ipso, dum consulit, explicanda, ea omnia longe melius ex proprijs locis possunt desumi, quàm à me hic explicari: ne dum methodum breuem cupio tradere, totam artem medicam simul tradere voluisse videar. Ordo autem est veluti anima consultationis, sine quo tota consultatio iacere videtur: hic etiam vnus, & rerum cognoscendarum, & faciendarum atque ipsius medicæ integram, atque excellentem formam, & perfectionem facile declarat. Vt igitur hæc recta consulendi teneatur pro ægrotantis salute: nam ad ægrotantes præcipue methodum hanc referre mihi est in præsentia propositum: quæ tamen & ad alios facile ab vnoquoque poterit referri. In primis tota natura morbi, vnde præcipue consilij ratio proficiscitur, exquisitissime cognoscenda est: deinde ea, quæ naturæ ipsius sunt annexa: ex quibus reliqua omnia pendent. Cognoscitur autem natura morbi, si genus ipsius cum suis differentiis vsque ad maxime particulare differentiam cognoscatur. manifestior adhuc fit, si causæ omnes morbi, siue ad sint, siue non ad sint, rectè percipiuntur. ad hæc si locus ipsius, si quantitas, si mores, si tempus, si longitudo, si exitus, siue terminus, & termini ratio cognoscatur, & cum his ipsius etiam morbi symptomata probe cognoscantur. Cognoscenda præterea sunt omnia, & quæ naturalia vocantur, & quæ non naturalia ex 3.9. meth. 14. & alibi: ex quibus omnibus tota ratio consulendi, atque curandi sumitur integra ex omnibus naturis absoluta. Ex his autè apparet, quæ sit materia consultationis: quæ sint eius partes, & partium ordo: quiq; ipsius finis. Materia etenim in summa est ratio ipsa curandi ægrotantem, aut relinquendi ipsum prognosticis, aut multa, hæc vero suas habet partes ordine positas: prima enim est inuestigatio recta, & ex methodo, & suis rationibus comprobata naturæ morbi, aut vnus plurium: si plures fuerint, & eorum, quæ morbo sunt annexa, & quæ præter naturam sunt, vt causæ, & symptoma & quæ naturalia sunt, vt status naturalis ægrotantis, & quæ non naturalia

NICOLAI  
Curtij me-  
thodus con-  
sulendi.



alia sunt, vt quæcunque possunt aliquando prodesse, aliquando obesse: secunda pars est explicatio breuis, & necessaria pro occasione proposita eorū, quæ sunt inuēta: tertia est ratio operādi ex indicationib. methodo & dogmaticè inuentis: quarta est præcognitio, & prædictio eorum, quæ futura sunt, quæq. præstari, aut non præstari possunt: quinta est vsus instrumentorum opportunus ex indicationibus inuentus: finis vero est salus ægrotantis, vt arte comparari potest: sed iam de prima parte dicendum est.

Natura itaq; morbi cum sæpius lateat, ex ijs, quæ apparent, artificiose inuestiganda est. Hipp. & libro de veteri medicina, & de prognosticis & de perihitic. & multis alijs in locis. Gal. in libro de arte medendi, & in libris de locis affect. Arist. etiā in proëmio physicorum: vnde in his consultationibus, quæ à pluribus simul medicis solent haberi, recte fuisse institutum arbitror; vt primum veluti pro historia ea proponantur ordinate ac distincte, de quibus ægrotans conqueritur, quæq. magis sunt cōspicua, vt ex his deinde natura morbi, & causæ, & reliqua omnia, quæ latent, ex arte colligantur, & quæ præsentia, & quæ futura sunt: & nonnulla ex ijs, quæ præteriere, vt Hipp. primo prognostic. docet. Ex his postea ratio curandi, & prognosticum, & curatio desumantur. hoc autem videtur esse præcipue munus eius, qui primo loco dicit: reliqui vero, qui secundo vel tertio vel alio etiam loco dicturi sunt, eundem ordinem summam repetendo historiam, possunt obseruare, vel alium à primo diuersum: nam ab alijs alia seruat ratio, cumq. ex ratione recta consulendi tota fere salus ægrotantis pendere videatur, apparet medico maxime vtilem, maximeq. necessariam esse consulendi methodum: sed hanc inuenire, & rectam tradere difficillimum est, cum & totam fere medicam artem paucis completatur, atque experientia ipsa testetur eum optimum esse medicum, & haberi, qui optime consulere potest. Ego igitur vt studiosis in re tam necessaria, tamq. ardua aliquam opem feram, conabor methodum quandam, si non perfectam, at certe inchoatam tradere, vt temporis occasio, & angustia postulat: atque vt saltem alijs occasionem perficiendi præbeam, quando inuentis addere facile fuit iudicium: atque primum de eo, qui primo loco dicturus est, agam.

Cum igitur ea, de quibus conqueritur æger, fere symptomata sint, quæ in triplici sunt differentia ex Gal. libro de distinctione symptomatum aut certe ad triplicem differentiam redigi possunt. Nam de dolore aliqua est controuersia: aut enim sunt actiones læsæ, aut exeuntia mutata, aut qualitates mutatae, & hæc symptomata possunt ad vniuersum corpus spectare, vel ad vnā, vel ad plures corporis partes, aut etiā ad vnā vel ad plures facultates pertinere, nempe vel ad facultatē naturalem, vel ad vitalem, vel ad ipsam animalem, & in qualibet facultate ad diuersas potentias ac veluti facultatis particulas: nam facultas naturalis ex Gal. lib. de fac. nat. quatuor habet facultates ministras, scilicet attractricem, retentricē, alteratricē, & expultricē. ex his oritur & nutritio, & augmentū in adolescentia: Ex his etiā propensio in Venere, in ætate præcipue perfecta, atque demum generatio. Arist. sect. 2. problematum problemate 7. Vitalis vero habet facultatem vitæ, ac caloris productricem, & pulsatricem, vnde animositas, & ad iram procliuitas, Gal. in libris de plac. Hipp. & Plat. animalis autem habetur facultates & internas, & externas: internas vero tum cognoscitiuas, tum non cognoscitiuas: cognoscitiuæ sunt, imaginatrix, cogitatrix, memoratrix: hinc reminiscencia: hinc bona voluntas: hinc dispositio ad virtutes, atque ad sapientiam: mentem consulto prætermitto: quoniam vt diuina, vt immortalis nulli corporis parti est dicata, quamuis Hipp. vt medicus, eam in sinistro cordis ventriculo, in libello de corde collocauerit. Facultas vero non cognoscitiua est, quæ motrix vocatur voluntatis ministra, quæ ad ipsius imperium etiam latens corpus, & eius partes mouet: & varie pro varia voluntatis instructione, & pro vario ipsius facultatis robore, & partium corporis dispositione: hæc eadem facit respirationem variam pro vario etiam ipsius robore, pro varia necessitate, & pectoris dispositione.

Est

A Est & cognoscitiua facultas, ex qua quæ ab vno sensu communi, veluti centro, in quinque sensus externos, & particulares distribuitur, veluti in circuli circumferentiam; omnes hæc tres facultates in proprijs locis suam quæque habent sedem, naturalis in hepate, vitalis in corde, animalis in corde: habent & partes sibi inseruientes; quibus toti cōmunicant: vitalis arterias; animalis neruos; naturalis venas: habent etiam suas quæq. operationes: cumque operationes sint nobis notiores, atq; inter ipsas, & facultates & partes ordo necessarius intercedat: hinc verè pulcherrima inuestigationis existit origo: quoniam ex operationibus, vt ducibus fidis, in cognitionem & facultatum & partium, & earum affectionum certa manu ducimur: & ex tali operationum læsione talis & facultatum & partium læsio certò deprehenditur: operationes autem singulæ possunt lædi triplici modo: aut enim operatio omnino tollitur, aut hebetatur, aut deprauatur: quod ex èplo visionis facile potest declarari, quæ vbi omnino tollitur, cæcitas vocatur: vbi debilior fit, tunc visus debilis dicitur: Vbi vero res alio modo atque sint iudicantur, vt cæcitas ante oculos, muscæ aut simile quid videtur obuersari, aut cum res videntur alterius coloris atque sint, tunc visus dicitur deprauatus: vt autem genus symptomatum quod in operatione existit, multiplex est, ita & reliqua duo genera, & quæ in exeuntibus mutatis existit, & quæ in qualitatibus mutatis multas & varias habent species, quæ à me breuitatis causa in præsentia omittuntur: tum quia ex Gal. de differentiis symptomatum omnia facile possent deprimi: tum quia mihi sat est rerum ordinem nõ res ipsas explicare: In tanta igitur varietate symptomatum exponenda, si modo ea varia affuerint, ordo quidam certus, & rectus omnino obseruandus est: hic autem erit meo iudicio, si medicus initiū sumat ab eo symptomate quod maxime vrget: quodq. magis conspicuū esse videtur; vt sit veluti ianua totius cognitionis ampla, & manifesta: hinc deinde ad alia eodem ordine quo vrget, & conspicua sunt, procedendum est. hoc autem primum symptoma quale sit, & quantum, & quomodo se habeat, & quodnam habuerit initium, & à qua causa, & quomodo progressum, & quem ordinem vsque ad tempus præsens seruauerit in quo quæritur consilium, accurate patefaciendum est: illud idem in reliquis symptomatis explicandis est obseruandum: atque hic ordo maxime respicit rationem illam, quam Arist. primo phys. secundo vocat viam nobiscum natam, vt à notioribus nobis ad notiora naturæ accedamus. Est & alius ordo, qui similiter incipit ab ijs, quæ nobis sunt notiora. Verum cum ex his alia minus sint inter se affinia, quæ tamen omnia suo loco sunt in explicatione collocanda: secundus hic ordo non rationem conspiciuitatis, sed affinitatis naturam sequitur. Vnde primus ordo maxime conuenit ei, qui primo loco dicit: secundus vero ijs, qui posterius dicunt, videtur magis idoneus: nam si primum symptoma alia habeat annexa symptomata, quæ ad eandē spectent facultatē vel ad eandem partem, vel ad eundem modum læsionis, vt scilicet per hæc ad eundem morbum, vel ad eandem partem læsam, vel ad eandem, aut similem causam possint referri, omnia hæc ex secundo ordine sunt cum primo symptomate cōiungenda: & de vnoquoque eorum symptomatum eadem omnia, quæ de primo, erunt patefacienda: vt si primū symptoma sit actio læsa facultatis naturalis, statim alia, quæ in actione læsa eiusdem facultatis existunt, coniungenda erunt: similis ratio de alijs facultatibus: similis etiam ratio obseruanda de parte affecta: vt si primum symptoma fuerit in capite; alia etiā eiusdem partis symptomata adnectenda erunt: idem de alijs partibus faciendum: similis quoque ratio obseruanda est de modis læsionis, vt si primum fuerit opera omnino deperdita, alia etiam adnumeranda sunt, quæ in actione deperdita existunt; quæ tres rationes quandoq. simul omnes possunt seruari, quandoque non possunt: sed ea est eligenda, quæ commodior videbitur: Absolutis autem symptomatis quæ cum primo symptomate aliquā habent affinitatem, veniendum ad symptoma alterius aut facultatis, aut partis, aut modi læsionis: atque ex his illud anteponendum, quod magis vrget, quodq. magis notum est; & de vnoquoque eorum seruanda erit eadem ratio, quæ in primo seruata fuit: nempe vt primum

primum quodq. ipsorum per se optime explicetur, deinde quæ illi sunt aliqua ratione affinia statim addantur. Post explicationem symptomatum quæ in actione existunt; veniendum ad alia duo symptomatum genera: & primum ad exeuntia mutata: quæ in corpore nostro magnam vim habent, maximeq. videntur, & ideo grauiora iudicantur; & in his eadem adhibenda est diligentia, quæ in primo symptomatum genere fuit adhibita, quod attigisse mihi sat erit: deinde ad illud genus symptomatum quod in qualitatibus mutatis existit, accedendum: quod ut minus nocet, ita etiam lenius putatur: In his autem duobus symptomatum genus explicandis idem ordo & artificium proportionem, ut licet, seruandum erit, quod in primo genere seruari diximus; atque hac ratione historia ordinata efficietur: distincta vero & plana erit, si vnumquodq. symptoma ita accurate describatur, & veluti depictum ob oculos proponatur; ut nihil pro ipsius cognitione desiderari possit; atque in summa de vnoquoque genere ea omnia sunt explicanda, quæ latissime traduntur à Gal. in libris de differentiis & libris de causis symptomatum. nam satis est mihi formulam quandam explicare; vnde recta consulendi ratio sumatur, quæ cuique morbo facile accommodari possit. ut autem formula hæc clarior reddatur, non grauabor illam vnicuique exemplo explicare. exempli gratia, si fuerit dolor symptoma illud propositum, quod maxime videtur, quodq. maxime conspicuum est: atque hac de causa primum sit explicandum; de hoc declarandum erit primum quæ sit ipsius natura, ut quod sit tristitia quædam proxime sequens solutionem continui ex Gal. 4. de simpl. med. facultate: secundo deinde quærenda sunt ipsius differentia: Nam ineptum esset, si de natura doloris medicus dum consulit, longam texeret disputationem, nisi forte auditores medicinæ studiosi id postularent. Quærenda igitur differentia sunt doloris, ut an sit pungitius etc. quales multas proponit Gal. lib. 2. de lo. affect. fere toto. Et considerandum ex præcepto Hip. 6. apho. 5. numquid grauius pungat, an leniter? num in superficie, an in profundo? & nunquid vnum feruet modum, an diuersum? & si diuersum, num in hac diuersitate aliquem, seu nullum prorsus feruet ordinem? & nunquid fixus sit, an mobilis? & si mobilis, ad quas partes vergat, & quomodo mobilis sit. Ad hæc declarandum quale fuerit principium, quando, ex qua causa, quale augmentum, quantum, qualis progressus vsque ad præsenrem diem; & cuiusque temporis morbi (quæ tempora quarto ponuntur) natura, grauitas, duratio, motus, modus, ordo optime explicetur. Illud etiam addendum, quibus rebus tollatur, vel mitigetur; & quibus excitetur, vel augeatur, & num facile, aut difficulter tollatur, vel mitigetur. Ex his enim veluti demonstratiua ratio de causa colligitur ex Gal. primo de loc. aff. 4. Ad hæc accedat inuestigatio, num sit familiaris ægroti aut non, aut certe alicui ex familia, aut parentibus, vel auis, aut etiam toti familiæ.

Lectio 3.

Explicata distincte quantum fieri potest natura symptomatis, & ijs, quæ illi sunt annexa, eadem postea comparanda est cum ijs, quæ in corpore præcedunt, aut simul sunt, aut sequuntur. Ut si fuerit dolor capitis de quo sermo sit institutus, explicandum erit, an hunc dolorem præcelsit affectio aliqua, verbi gratia ventriculi, vel alterius partis, & cum illa dolor inceperit simul, intendatur, vigeat, remittatur, & tollatur. An sine aliqua prorsus alterius partis affectione vigeat capitis dolor? An quod & tertium est, per se vigeat dolor, & cum alterius etiam partis affectione simul intendatur, & remittatur? Ex illis enim colligitur, quando hic dolor sit ex propria capitis affectione, & quando ex consensu, & quando ex vtraque causa nascatur? Si ex propria cap. affectione fuerit, quæ sint consideranda iam superius à nobis dictum est, cum declarauimus, quæ sint de vnoquoque morbo cognoscenda. Si vero per consensum fuerit, videndum, an consensus sit cum vna parte, an cum pluribus? Cumque pars cum alia parte multis modis consentiat, ut Gal. docet primo de loc. aff. 6. Item 2. de lo. aff. item de lo. aff. 10. item 3. de lo. aff. primo & quinto, explicandum qualis sit consensus, & quantus, & quomodo? De affectu vero primario, illo scilicet vnde oritur consensus, siue vnus sit, siue plures sunt

A sunt declaranda, quæ superius de affectu proprio fuerunt proposita: si vero ex vtraque causa, de vtraque etiam causa explicanda erunt, quæ superius fuerunt exposita.

Explicata natura symptomatis, & quando ab affectu partis proprio, & quando ab affectu alterius partis per consensum proficitur, illud tertium addendum, an perpetuo affigat, an per interualla: si perpetuo, num sit in habitu, an in dispositione, de quo dictum est satis. Si vero per interualla fiat, ut sit periodum symptomata declarandum erit, num periodus sit certa, an incerta: nam certa fit à certis causis; incerta vero ab incertis: declaranda sunt etiam interualla, num longa sint, an breuia, & occasiones quibus accessiones soleant accedere. hæc symptomatis explicatio distincta, & artificiosa latissime patefacit viam pro inueniendo morbo, vnde

B symptoma ipsum proficitur & morbi causa, & eis adnexis omnibus. ex methodo quam accuratè tradit Gal. in libris tribus de symptomatis causis, & in libris de locis affectis, sed actiones omnium facultatum & qualitates, & exeuntia ex quacunque parte semper sunt consideranda in morbo non leui, primo prohit. quarto, & si non sint mutata, ut hinc cognoscatur, & quæ sint mutata, & quæ non sint mutata: & recessus à statu naturali quantus sit cognoscatur: Verum quæ sunt mutata, singula sunt proponenda, sed tantum admonendum, reliqua omnia præter ea, quæ fuerint, explicata in suo naturali statu adhuc etiam constituta. Cognoscendus præterea est locus affectus in morbo particulari, siue is sit cum morbo vniuersali coniunctus, siue seiunctus: quoniam pro loci affectu varietate varia etiam debetur curatio, ut constat ex libris omnibus de methodo med. vbi & de solutione continui tractat secundum

C se: deinde ut est in tali parte, idem seruat cum de intemperie tractat: idem etiam cum de morbis in corpore agit: ideo in ipsa historia locus, in quo symptoma existit, diligenter adscribendus erit: & si in superficie, & si in profundo corpore, & si in medio, & si aliquo sensu extrinsecus possit deprehendi: numeranda etiam erunt partes, ad eum locum attinentes, & cuiusque partis substantia, magnitudo, figura situs, constructio, connexus, sensus, actio, & vsus erunt explicanda, & illud in primis, quæ actio ex propria partis natura fiat, ut omnis naturalis actio, & quæ ab alio principio, ut actiones, quæ in sensatione, & motu existunt, ex Gal. primo de locis affectis septimo. hinc enim & proprius affectus colligitur, & qui per consensum. Ex horum autem explicatione facile apparebit illis præsertim, qui fuerint ipsius anatomes non prorsus ignari: quibus partibus ea, quæ de symptomate sunt dicta, possint conuenire, & quibus non possint: hinc necessario colligitur, qui sit, & qui non sit locus proprius affectus ex methodo diuina, quam tradit Gal. late in sex libris de locis affectis, & clare, & summatim secundo libro de locis affectis decimo. Historia symptomatum, & loci ipsorum ordinatè & distinctè explicata, fundamentum est rectè consulendi, propterea que ex his rectè cognitio facile morbus regitur, & morbi causa, & locus: hæc vero sunt tria maxima totius curationis fundamenta ex Gal. libro de constit. art. & decimo, & vltimo de methodo med. & alibi ab eodem fundamento capiuntur ea etiam omnia, quæ his tribus sunt annexa, quoniam non solum morbus simpliciter, sed & quantitas morbi: quæ tanti est momenti, ut Gal. dixerit tertio methodi septimo putare se fore alterum Aesculapium, si naturam propriam ægotantis, vnde capitur quantitas morbi, optime nosset: simile primo ad Glauc.

E primo, quarto methodi sexto & alibi. Cumque morbus sit recessus à statu naturali, quantitas morbi nil aliud erit, quam quantitas recessus à statu naturali: quantitas autem hæc non potest commodius mensurari, quam ex statu naturali, ut linea obliqua ex linea recta: quare ad historiam symptomatum adnectenda erit etiam historia de statu naturali. hic autem rursus colligitur ab actionibus omnium facultatum à qualitatibus, siue à perfectione totius corporis, & ab exeuntibus, quæcunque illa sint. Videtur autem hic status naturalis potissimum existere in temperatura, & constructione trium priorum scilicet cordis, cerebri, & hepatis, & totius corporis, & in sexu, ætate, habitu totius, & consuetudi-



suetudine, moribus proprietate. Et non prætermittendum, si quid fuerit, qui ab antiquioribus, veluti hereditate quadam sit perfectum; maxime vero status naturalis in viribus existit, quarum causa omnia, quæ ad statum naturalem pertinent, videntur præcipue considerari: sunt autem expendendæ vires, & quæ sint tempore sanitatis, & quæ in præsentè morbo. Eæ vero in tribus principijs præsertim existunt: quare in primis horum trium robur est cognoscendum. Considerandæ autem sunt vires primum per se, deinde comparandæ cum morbi magnitudine malignitate, longitudine, & cum causis internis, & cum symptomatis & præsentibus & quæ solent accidere; quorum omnium natura, & vis diligentissime expendenda est. Considerandum etiam, num vires langueant ex vi morbi, vel ex copia plenitudinis, quod ad vicium constituendum summam fere continet; comparandæ etiam sunt vires cum causis externis, vt varie possunt occurrere, quæ vires extinguunt, & cum remedijs adhibendis, & demum cum fortunis ægrotantis, & cum ijs qui assident, & familiares sunt, vt hæc omnia magis apta sunt inferuire, aut medico, aut viribus ægrotantis aut morbo; quæ antiquus Magister notauit primo apho. primo. Ratio vero compositionis potissimum seruetur ex consuetudine, vt scilicet ægrotans consuevit ex tali morbo, ex tali causa interna, vel externa magis vel minus opprimi: eadem ratio de remedijs, & de reliquis omnibus.

Hæc fere sunt, quæ sæpe morbum leuem non modo non permittunt sanari, sed augent, & faciunt mortalem, Regula etiam Hippocratis ex secundo aph. 34. poterit addi, vbi inquit in morbis minus periclitandū, & quæ sequuntur. Et ostēdit morbos, ex causis similibus ortos faciliores esse, contrarios vero difficiliore, eo quod ex habentibus symbolum, facile accēditur natura similis, cū autem morbus causas habet leuiore, leuior est, reliqua ad eiusmodi aphorismi interpretationē libenter reijciā. Ex ijs autem, quæ ad statum naturalem pertinent, quædam possunt esse medico satis conspicua, quædam ex interrogatione artificiosa, & resolutione sunt cognoscēda, quædam vero suis signis colligenda sunt, ea methodo quam docet Gal. in libris de temperamētis, præcipue primo & secundo, & in libris artis med. & in libro de cōstit. art. hæc autem maxime conferent ad cognitionem, ad prognosticum, atque ad curationem ipsam: at quantitas morbi non solum cognoscitur ex recessu à statu naturali, sed ex causarum natura: quoniam quo potentiores sunt, & plures, & diurniores, & magis impressæ, eo morbum faciunt & maiorem, & grauiorem: si vero contrario modo se habeant, & contrarium faciunt. Causæ vero hæc quandoque præfuerūt, neque amplius adsunt, sed tamen impressione suæ naturæ fecerunt, & eam reliquerunt, vt infecti peste, dum inficiunt alios, si recedant tamen, infectionem relinquunt: aliæ vero causæ adhuc adsunt, vt calor æstius in morbis æstius, & similia. Omnes autem hæc causæ, vel sunt internæ, vel externæ vel utroque modo: non quia eadem & internæ, & externæ possint dici, sed quia in eodem morbo quandoque & internæ & externæ causæ reperiuntur, & adsunt: internæ sunt non omnes, quæ intus existunt, sed illæ, quæ intus natæ sunt, vt obstructio & putredo: externæ vero vocantur non illæ solum, quæ extrinsecus existunt, sed illæ etiam, quæ intus existūt, sed extrinsecus aduenerunt. Causæ vero internæ, cum lateant, qua methodo sint inuestigandæ ex symptomatis iam dictum est: externæ vero vel sunt necessariæ, vel non necessariæ: necessariæ sunt illæ, sine quibus, vt sunt naturales, neque esse, neque viuere possumus: quæ tamen eadem vt particulares sunt, non sunt necessariæ; exempli gratia: sine aëre vniuersali nō possumus esse, & viuere. Eadem ratio sit de alijs: Causæ autem necessariæ in sex genera distribuuntur, nempe in cibum, & potum, inanitionem, & repletionem, somnum, & vigiliam, motum, & quietem, in accidentia animi & aërem: ad quæ & Venus refertur: Nam refertur & ad occasionem, & ad motum, & ad animi affectum de quibus Hippo. & in libro de aëre, aquis, etc. & in libris de diæta, de ratione vic. aë. & in Epid. sæpe disputat. Galenus etiam & alibi, & in arte medicinali. Causæ vero non necessariæ sunt, vt tale vitæ genus, vt quod aliquis sit piscator &c. aut quod aliquid extrinsecus ex tēpore occurrat, vt incendium,

acendum, & similia: quæ omnes causæ, vt variæ sunt, & corpus varie dispositum reperiunt, ita ipsum vario modo afficiunt, Gal. libro de ca. morb. c. 6. ex primo de diff. feb. c. 4. vnde hac historia, quæ de symptomatis est, & de statu naturali, & de causis externis (nam internas arte inuestigandas esse diximus) si omnia exquisitè cognoscantur, ratiocinatione ex arte, & methodo poterit colligi, & natura morbi distincta, siue vnus, siue plures sint, siue factus, siue in fieri, siue partim factus partim in fieri, & quantus sit, & reliqua ipsi annexa: poterit cognosci & natura causarum distincta, siue vna, siue plures sint causæ, & quæ, & quantæ sint cum reliquis conditionibus scitu dignis. poterit & cognosci locus, si vnus, si plures sint affecti, & modus loci affecti: nam exempli gratia, eadem causa in ventriculo aliter afficit, si fuerit in cavitare aliter si in meatibus, aliter si in substantia: postremo & admirabilis ille consensus poterit cognosci, quem habent inter se: & quæ naturalia, & quæ præter naturam, & quæ non naturalia vocantur, & singula inter se, & omnia ad inuicem collata simul. Ex hoc consensu admirabili, admirabilis quædam totius artis, veluti harmonia existit, & excellentia illa, quam Græci ἀρμονίαν vocant. Ab hac iudicium Medici oritur illud, vt ita dicam, harmonicum, & vnde cūq; sibi consonans, & perfectum, quo & præsentia, & futura, & quæ opportune agenda, & quæ opportune omittenda, rectissime iudicantur. Talem autem Medicū magnus Hippocrates libro de decenti ornatu vocat Deo æqualē. Hæc itaque fere videntur esse; quæ Medico de salute ægrotantis sermonem facturo sunt prius diligenter consideranda: vt ex his historia vnde quæque perfecta conferretur, quæ postea & doctè, & distinctè, & ornate in medium proponatur ab omnibus medicis consideranda. Inuestigatio autem eorum quæ latent ex historia, vt arte procedat, necesse est ordinem sibi certum assumat, aut resolutiuum, aut compositiuum, aut definitiuum: plures enim his non reperiuntur ex Gal. libro de arte medendi. Ordo itaque resolutiuus, qui maxime omnium nititur artificio, is erit, cum symptoma quodq; vt vltimus effectus in suum morbum, vel immediate vel per aliud symptoma resoluatur, vt proximam symptomatis causam: morbus rursus in suam proximam causam, cum adest. hæc autē omnia proprio aptanda sunt loco: illi scilicet in quo existunt: siue sit morbus particularis, siue vniuersalis nā & vniuersalis particulares habet locos præcipue affectos, vt ait Galenus primo ad Glau. 5. 1. 1. meth. 15. & 16. Raro autē fit, vt duæ partes æquæ debiles in corpore nostro reperiantur. Gal. 6. Epid. 2. 42. vt resolutio in vnum locū certior esse possit. locus autem eodem ordine inueniendus erit: vt enim morbus symptomata producit, ita in tali loco tale symptoma facit, & causa morbosa morbum facit, & hunc in talem causam, & talem locum resoluatur: rursus autem proxima causa in minus proximam & in remotam: remota in remotiorem, remotior tandem resoluatur in remotissimam, in quam tota desinet resolutio: hæc autem resolutio, vt maxime eget artificio, ita totum artificio planissimum reddetur, si per historiam, & symptomata & status vniuersus præter naturam, qui præfuit, quiq; præsens est, & apparet, & totus status naturalis, & causæ etiam externæ probe fuerint descriptæ: Quod artificium sumendum erit ex libris Galeni alias citatis, & de morborum, & de sympt. cau. & de loc. affectis, & de crisi bus.

Ordo vero compositiuus, resolutiuo tota diametro contrarius, initium sumit à causa remotissima: quoniam in morbi generatione ea prima est: ab hac procedit ad secundam & ad tertiam & ad proximam morbus causam, & tandem ad morbum ipsum eodem prorsus ordine, quo morbi fuit productus: & hæc omnia proprio accommodat loco: sed quæ latent, quæq; obscura sunt ex signis suis ab historia desumptis patefacienda, & declaranda sunt: ex morbo vero ad symptomata procedit, in quod vt vltimum effectum desinit: atque hoc ordine, morbi natura integra, & quæcumq; illi sunt annexa clarissime ob oculos veluti à Medico, formata, & effecta proponuntur. Est etiam ordo definitiuus, qui sumit initium à definitione morbi præsentis: quando prius ex historia factus est manifestus, atque ex definitis communis artificiosa

quando prius ex historia factus est manifestus, atq; ex definitionis communis arti-  
 A ficiosa diuisione, & reiectione eorum, quæ presentî morbo non conueniunt: quod  
 per historiam facillè colligi potest, & sumptione eorum, quæ conueniunt tota mor-  
 bi natura, & causa, & quæ sunt annexa optimè comprehenduntur, & cum his ratio  
 etiam symptomati manifesta apparet. Si vero morbus ex historia non erit notus,  
 tunc capietur definitio symptomatis; quod magis conspicuum est: quodq; in ordine  
 resolutiuo primum fuit propositum; unde resolutionis initium assumeretur: ex cu-  
 ius definitionis diuisione eadem ratione facta, & sumptione eorum, quæ conue-  
 niunt, & reiectione eorum, quæ non conueniunt, tota morbi natura patefit: & om-  
 nia, quæ illi sunt annexa: & hic ordo similis est ordini resolutiuo: differunt tamen,  
 quoniam resolutiuus effectum simpliciter in suas causas ordine positas resolu-  
 definitiuus uero à definitione incipit rei notæ, & per diuisionem, per sumptionem, &  
 B reiectionem reliqua omnia patefacit. Hos tres diuinos ordines si quis cupiat dili-  
 genter extollere, poterit eos accommodare Pleuritidi morbo apud Gal. & Hipp.  
 valde celebri: resolutum quidem, ut si dolorem, & alia symptomata pleuritidis in  
 in morbum resoluat; & talia in talem, & in tali loco existentem: Rursum morbum  
 in suas causas proximas, remotas, & remotissimas, & talem in tales; hinc tota mor-  
 bi natura, & quæ illi sunt annexa probè colligentur: compositiuum uero, ut si ex  
 causis remotissimis & externis talibus in tali corporis dispositione producat tales  
 causas internas minus proximas ex his talibus tales proximas, ex proximis tali-  
 bus talem morbum, & talè locum obsident: Ex tali morbo in tali loco talia tadem sym-  
 ptomata componat, quæ proposita pleuritidè sequuntur; ita omnia quæ sunt cognita  
 necessaria, erunt inuenta, ex splendore ordinis compositiuum maximè illustrata. Defini-  
 tiuum autem ordinè comodè pleuritidi accommodabit, ut ex historia manifestum sit mor-  
 bum esse pleuritidè, tunc capietur definitio pleuritidis illa quidè comunis, atq; ex  
 C ipsius diuisione, & sumptione eorum, quæ ex historia uidentur conuenire huic pleuriti-  
 di, & reiectione eorum, quæ non uidentur conuenire tota natura presentis pleuritidis col-  
 ligatur, & ex natura ipsius ratio symptomatum reddatur, ut nihil, quod ad ipsius cognitio-  
 nem pertineat relinquatur. hæc autè methodus uidetur ijs præcipue, qui primo loco di-  
 cunt, deinde & ijs qui secundo uel tertio sunt dicturi, facile posse accommodari; & quoniam  
 exigua est artis portio, arte ipsam calare; ideo non absurdum erit aliqui artificium propo-  
 situm accurate quidè obseruare, sed ita ut uideatur negligi, ut si quis omittat historiam, ab  
 eo qui priore loco dixerit explicatam: uel quæ latius in historia sunt explicata, & de  
 symptomatis, & de natura symptomatis, & de externis causis ea redigantur in capita  
 D pauciora, ut etiã si incipiat ab aliquo uel morbo, uel symptomate quod à prioribus ui-  
 deatur uel omissum, uel paruifacitum, & ostendat esse magnificandum: atque ad hoc  
 reliqua referat: quæ uero fuerunt optime explicata à priore, ea non sunt repetenda,  
 sed supponenda, ut et si uere adsit ex pluribus morbis vnus insignis, uel ex pluribus  
 symptomatis vnus excellens, & ostendat sermonem præcipue de hoc esse faciendum  
 reliqua quoque omnia ad hoc vnus referantur, ut etiam si ab aliquo incipiat, quod in  
 natura ægrotantis sit insigne, uel in eius moribus, uel consuetudine, uel familia, uel  
 re simili, atque ex hoc vno reliqua colligat; ut etiam si ab aliqua causa externa insi-  
 gni sumat exordium, ut ex tali aeris constitutione, quæ sit extrema in excessu vnus  
 uel plurium qualitarum, uel ab aliqua ipsius regionis natura admirabili, & singu-  
 lari, uel ex alia re simili: atque ex hoc principio in tali corpore ostendat reliqua  
 E omnia esse nata; ut etiam si ab admiratione alicuius ex dictis sumant initium, uel  
 alicuius effectus insignis; ut etiam si ab aliquo remedio præcipuo, uel proposito uel  
 quaesito, uel inuento exordiat, & eo uel nouo, uel magno, & ostendat in exposi-  
 tam esse curationem omnem: quod tamè remedium ab ijs, qui priori loco dixerint, non  
 propositum fuerit, ut si delectandi causa, aut etiã excitandi, ex epli gratia, à somno,  
 & recreandi defessos auditores ab aliqua metaphora iucunda, & accommodata in-  
 cipiatur, uel ab aliquo dicto illustri, uel ab aliquo paradoxo; quæ tamen omnia, quan-  
 tum fieri potest, rei propositæ sunt annexenda, ut ex eo principio concinne reliqua  
 sequan-


A sequantur, & quasi vnus corpus fiat: his igitur uel alijs similibus rationibus artifi-  
 cum propositum mira arte poterit occultari. Sed quomocumque natura morbi fuerit  
 inuenta, ea nobis rationem curandi patefaciet integram. Curatio enim est ipsius  
 morbi ablatio: ideo si morbus primarius est simplex, idest sine causa, tunc simpliciter  
 ut si partim sit factus, partim in fieri, quod sæpe euenit, non potest sic tolli, nisi causa  
 auferatur prius, ex Gal. lib. de constit. artis, & de arte medicinali & 11. meth. quod si  
 hæc quoque aliam habuerit priorè causam, ut in fluxionibus fieri solet: & hæc rursus  
 aliqua, à qua pendeat, necesse est; ut quæ priores sunt, eque prius etiam ordine tollatur;  
 deinde posteriores, donec ad morbi ablationem perueniatur, ut resolutio morbi in  
 suas omnes causas ordine positas, sit ipsamet curationis, & ordinis curandi inuentio:  
 B neque hic litigandum est de nominibus, ut num hæc ablatio causarum & morbi dicenda  
 sit magis præseruatio, quam curatio: an magis curatio, an potius operatio ex præfer-  
 uatione & curatione mixta, quæ tota & curatio solet appellari, Gal. 2. de nat. hu. hæc  
 enim quaestio de nominibus est, ut & illa de indicat. & c. & in maiori otio tractanda  
 præsertim, cum ex Plat. & Gal. sententia, qui nomina negligunt, magis diuites sunt  
 sapientia in senectute. si uero morbus fuerit per consensum, tunc ex morbi prima-  
 rij ablatione & ipse auferetur, 2. de loc. aff. 10. si uero utroque modo se habet, utraque  
 etiam methodo tollendus est, & quoniam morbus in aliquo loco existit, uel in toto,  
 uel in parte; si fuerit in toto, quoniam pro diuersa totius natura, ita etiam diuersa cu-  
 ratio debetur morbo; ideo, & à natura totius propriè indicationes: si uero in parte, &  
 C particularis sit, ut qui particularis dicitur, quoniam pars diuersa est, ita morbus diuer-  
 sus est, & diuersam curationem postulat: ideo & à parte affecta suæ sunt indicationes  
 sumendæ. Rursus quoniam pars est in toto: & pro diuersa totius natura, pars etiam  
 diuerso modo afficitur, & curanda est. Torum enim corpus mire consentit, ex Hipp.  
 in libro de loc. in homine, & lib. de alimento; ideo in morbo particulari indicatio-  
 nes non solum à parte affecta, uerum etiam à toto sumendæ erunt: simili ratione de  
 eo, qui in toto, quia sæpius à parte pendet, ideo & in ipso sæpius indicationes, & à  
 toto, & à parte sumentur secundum eas condiciones, quas pro partis, & totius sta-  
 tu naturali cognoscendo diximus esse considerandas. Indicationes autem hæc om-  
 nes tum à parte, tum à toto ratione status naturalis conseruationem postulant, ideo  
 & similia remedia indicant, præsertim si status utriusque naturalis optimus sit. Si  
 uero declinet ab optimo, in morbo quidem non est mutandus: sed in sanitate, &  
 D maiori commodo, ex Galeno 8. methodo 9. & 11. methodo 3. ratione uero eorum,  
 quæ sunt annexa, sunt etiã suæ indicationes sumendæ, ut patet ex locis citatis. Rur-  
 sus quando totum corpus in aëre ambiente necessario uersatur, & in alijs rebus, quæ  
 necessario occurrunt, pro quarum diuersitate diuersa quoque ratio curandi queritur,  
 Ideo & ab his suæ colligendæ erunt indicationes. ut autem naturalia semper indi-  
 cant secundum conseruationem, quæ per se fit à similibus, & ea quæ præter naturam sunt  
 semper indicant sui ablationem, quæ per se fit à contrarijs: nam si aliquando uidea-  
 tur fieri à similibus, ut uidetur uelle Hipp. 5. aph. 21. & in lib. de loc. Gal. tamen 6.  
 Epid. 2. 9. probat hoc esse per accidens: per se uero semper à contrario, ita ut hæc  
 externa, quæ necessario occurrunt, cum aliquando sanitati faueant, aliquando  
 morbo; ideo & varia indicant. Nam si fauent sanitati, ut causæ sanitatis conseruan-  
 E dæ erunt: si uero faueant morbo, correctionem sui indicabunt: In his autem, quæ  
 necessario occurrunt, tota ratio uictus existit, quæ ut dictum est, in 6. generibus di-  
 stribuitur ex Hipp. 2. de natura humana 2. & lib. de diæta: de cuius part. & condi-  
 tionibus non est presentis instituti agere; his autem rebus necessarijs addendæ, &  
 quæ non necessariæ sunt, ut fortuna ægroti, & uarietas affidentium, & alia id ge-  
 nus: & quæ casu eueniunt, & ab his tribus generibus indicationes diligenter su-  
 mendæ erunt ex arte tradita à Galeno libro de constitutione artis: & in arte med. &  
 in tota methodo medendi: quas rationes nostrum non est in presentia diligentius  
 persequi.



**Lectio 6.** Indicationibus inuentis, & ordine constitutis, illud sequitur considerandum, **A** num ipsis possit satisfieri, necne, & num eodem ordine quo sunt constituta, an alio satisfaciendum sit; quod declarat Gal. libro de const. art. medendi, & arte medicinali: Indicationibus enim propositis quandoq. non potest plene satisfieri, ita scilicet ut morbus profusus tollatur: & hoc aut quia morbus ita est progressus, ut naturam omnino vicerit, quae primus est Medicus 6. Epid. 5. prima, quae victa nullus amplius medico relinquatur locus. huiusmodi est hectica in tertio gradu, & quaelibet intemperies, quae in naturam iam sit conuersa, siue illa rationem morbi, siue rationem causae habeat, aut etiam hoc contingit, quia pars affecta non possit refarciri, ut siquid ossis fuerit abscissum, vel aliarum partium, quas nominat Galenus libro de const. artis: aut etiam quia vires curationem non ferant, aut natura aegrotantis non patitur, vel status ipsius, ut si mulier sit, quae uterum gerat, aut si mores ipsius repugnent, aut etiam quia remedia, vel non adsint, vel parari non possint, quacunque id de causa contingat; in primis autem vires, & quae pro viribus faciunt, cum morbo, & ijs, quae pro morbo faciunt, comparandae sunt, ex Gal. libro de constitutione artis, & secundo prognosticorum sexto. Quod si morbus non potest omnino tolli, videndum, an saltem primo possit cohiberi, ne ulterius procedat, aut certe quam minimum procedat: & in hoc statu praedicendum morbum non posse omnino tolli, sed posse remedia adhiberi, ne deterior fiat. Quod si neq. hoc praestari possit, tunc solis prognosticis aeger relinquendus erit, Hip. libro de arte, Gal. 1. meth. 9. aut Medicus non ut Medicus sed tanquam amicus accedat: quod si conspiciendum sit, salutem esse omnino desperatam, tunc neque indicationes sunt quaerendae, cum boni artificis non sit frustra laborare in re manifesta, unde nihil sperari possit: quandoq. vero indicationibus satisfieri quidem potest, sed ordo ipsarum mutandus est: ut scilicet alius sit ordo in opere perficiendo, atque fuerit in ipsarum indicationum inuentione, ut si vel symptoma vel morbus magis urgeat, quam causa, aut quia aegrotans cogit, idq. vel ob talem propriam naturam, vel ob talem voluntatem, tunc primum inseruendum est ei, quod magis urgeat pro ratione illius vehementiae, reliquis non neglectis: ita etiam inseruendum aegrotanti ex Hipp. 2. aph. 38. & 6. Epid. 4. 8. & 9. ut sanitas acquirenda detrimentum non patiat, aut etiam facilius comparetur, & hoc in loco spes facienda est aegrotanti, sed ratio mutati ordinis explicanda erit: quod si propositis indicationibus eodem ordine satisfieri possit, quo fuerunt propositae, tunc spes facienda est in prognostico addita conditione, si omnia quae imperantur, fuerint obseruata, & nihil praetermissum: & si nullum impedimentum extrinsecus occurrat: In iudicio enim pronuntiando de morbi exitu cautissime agendum est ob maximam rerum naturalium varietatem, quae adhuc maior esse solet, cum natura rerum vitata est, ut sit in quolibet morbo, & magis in maiori, & maligniori. Indicationibus itaque omnibus ordine positis, considerandum quibus remediorum generibus unicuique indicationi satisfieri possit. Tria autem sunt remediorum genera: de quibus tres sunt medicinae partes, scilicet & quae de dieta, & quae de Pharmacia, & quae de Chirurgia ex Hipp. & Gal. toto primo aph. libro & Auicenna 4. primi & in quolibet genere considerandum, quae species remediorum maxime sint opportunae, & in qualibet specie, quae particularia remedia huic particulari morbo, & huic aegrotanti individuo conueniant: hoc enim ex Hipp. libro de decenti ornatu est proprium medicinae medium, & finis. Ut autem remedium maxime particulare possit reperiri, considerandum in qualibet remedij specie, quid potissimum conueniat, quantum, quando, ubi, & quomodo, ut nihil praetermittatur, nihil super sit, nihil temere fiat: quod si morbi plures fuerint de vnoquoque, eadem erit seruanda ratio in sumendis indicationibus. Considerandum autem in primis non indicationes ab vnoquoque illorum separatim sumptae conueniant, an repugnent: an partim conueniant, partim repugnent: Eadem ratio & de causis & de symptomatis cum vrgent, seruanda est: Nam cum symptoma urgeat, ratione causae habet, quatenus igitur conueniunt indicationes, nihil mutandum est, quatenus autem pugnant ad in-

**A** ad inuicem, ea ratio seruanda erit, quae a Gal. ppter 3. meth. 9. 7. meth. 12. 8. meth. 9. & alibi; ut scilicet illi potissimum occurratur, quod maxime urgeat, reliquis non neglectis. Quod si nihil fuerit, quod valde urgeat, tunc illi maxime erit inseruendum, quod habet rationem causae, & hoc primum tollendum est. Si vero neque aliquid tale fuerit, sed aliud, quod curationem impediat, hoc primum auferendum erit. Illud tamen de hac methodo consulendi, est animaduertendum, quod si morbus, de quo habetur consultatio, conditiones, aut omnes, aut plures habuerit in methodo descripta, tunc poterit ad hanc methodum referri, unde ratio consulendi capietur. Quod si morbus conditiones eas non habuerit, tunc partes illae in consultatione erunt omittendae, quae conditionibus illis respondent: nam si notissima fuerit, frustra in historia ex symptomatis quaereretur: quare tunc historia de symptomatis poterit omitti, aut etiam ubi symptomata paruifacienda sunt. Omitteretur etiam status naturalis consideratio, ubi morbus leuis sit, & in parte viliori, & sine fluxu. In tali etiam morbo causae externae poterit praetermitti praesertim si morbus a causa conspicua sit factus, ut vulnus exiguum in parte carnosa, atque omnino in re manifesta, artificiosa illa inuestigatio superuacanea erit. quare ijs morbis methodus haec, ut regula lesbia, poterit accommodari, quae diuino Hippocratis oraculo optime claudetur libro de arte, quod ille solus bene curabit, qui rem bene cognoscet: & ex libro de loc. in homine, Medicus qui vere sciet, vere fortunatus erit. Haec autem omnia Gal. locis saepius citatis luculenter explicat exemplis suis allatis. Ex quibus locis optamus haec eadem confirmari, ne Galenum potius videamur voluisse transcribere, quam formulam consulendi quandam tradere; quod tamen fuit nostrum ab initio institutum, cui etiam pro temporis angustia, atque pro nostra tenuitate, non tamen omni ex parte satisfecisse arbitramur, si vnum illud addiderimus, omnia quae proposita sunt remediorum genera, summa arte, summo studio summa dextertate (quod ex libro de constitutione artis pars est artis praecipua) atque tandem cum Hippocrate in suo iureiurando pro vnica aegrotantis salute ad Dei opt. max. gloriam esse administranda. Haec satis.

METHODUS CHRISTIANE ADHIBENDI MEDICINAM. Caput IIII.

**D**  quoniam eruditior omnibus scholis est charitas, haecq. excellentior est alijs via, & methodus, restat haec, in qua erudiendus omnino is est, qui Medicinae dat operam: eo magis, quod pietas ad omnia valet, spemq. habet praesentis, & futurae vitae, ac praemium CHRISTVS Dominus certissimum spondit ijs, qui aegrotos inuifunt. Itaque non solum quae ad oeconomiam aegrotantis attinent, conferenda sunt in rem a Medico, cuiusmodi sunt, quae secunda, & quarta sectione libri sexti de popularibus morbis, ac libello Medico, Hippocrates & alii tradunt; verum etiam dispiciendum est, si cum ea declinauerit, quae fugienda sunt, temporis & aegroti status postulant, ut vel monstrato Duce salutis spirituali, vel alia ratione, quam subministrabit ipsa charitas, instillare possit aegroti sanitatem animi. Et mirum est autem, quantum Christianae reip. commodare queat Medicus, occasionem sedulo captans iuuandarum animarum. Neque vero tanti esset, si cum plura lucrentur Medici, hinc quasi tributum & ipsi rependant Deo, qui aegrotis iam conualescentibus, libros pro cuiusq. captu pios, Militi militares, Politicis politicos (sed ad pietatem conscriptos) dono det, aptos sanitati corporis & animi statuendae; ne videlicet amplius peccet, qui sanus factus est; ne (ut inquit Dominus) deterius illi contingat.

Porro non solum Medico declinanda sunt, quae ii tradunt, qui de officiis agunt, quae dicuntur casus conscientiae: verum etiam in primis Pontifices Maximi vel Consti-

VIDEBA-  
TUR  
Cofidon  
chium de  
Christiana  
& cura me-  
dendi ratio-  
ne.  
Editus est  
liber Ferrar-  
tiz an. 1591.

tutionibus vel anathemate sapienter cauerunt. Prioris generis, vt alij attigerunt, sic postremo Nauarrus, vigesimo quinto capite Enchiridij Confessariorum, & penitentium, numero sexagesimo, vsque ad quartum supra sexagesimū. Disserit enim, quanti momenti sint, quæ peccant Medici, & Chirugi Medicæ artis ignoratione, atque abiectione rationalis Methodi, & præceptorum, ex quibus remedia petenda sunt. Qui item fascino adhibent pro medicinis, vel morborum causas, & peristases ex approbatis Medicinæ Auctoribus accurate, ac vigili corde non perpendunt. Qui visere ægros negligunt. Qui primariam animæ salutis curam respicientes, neque eos hortantur, vt sacramentali peccatorum confessione coram Catholicis Sacerdotibus sese expient; & interdum curationem cum periculo differunt, seu deniq. illos deserunt: vel animis noxia contra Diuinam legem concedunt, aut consulunt, vt corpora valetudinem assequantur. Præterea qui moribundum haud in tempore præmonent, & adeo tunc plus æquo mercedis exprimunt, aut nimia inculcant medicamenta. Qui etiam pauperi, vel diuiti solutionem detrectanti, non medentur; aut Medicorum aliorum detrahunt famæ. Quæ sane omnia prælegisse Medicos, prestabit, ac identidem suos monuisse, in quos huius facultatis methodum deriuant.

Ceterum Pontifices Maximi Innocent. III. Paulus IV. Pius V. Gregorius XIII. constitutionibus præceperunt, non solum vt Medici inprimis monerent ægros, vt animarum medicos ad se accerterent, verum etiam, vt nisi hoc efficerent, tertio post die defererentur à Medicis: Quæ nisi hi executioni mandassent, præter penas in Constitutione Innocentij III. contentas, perpetuo essent infames, & gradu Medicinæ omnino priuarentur, atque eijcerentur à Collegio, siue Vniuersitate Medicorum: pena etiam pecuniaria, arbitrio Ordinariorum, vbi deliquissent, mulctarentur: qui vero gradus insignia suscepturi essent, ea ne assequerentur, quin prius publico iureiurando rite coram publico Scriba, & testibus id profiterentur: quo de iureiurando etiam in medendi aut priuilegio, aut permissu, mentio fieret. Huc spectant, quæ Paulus Quartus, & Pius Quintus cauerunt, ne quis Iudæorum Medicorum, licet vocarentur, & rogarentur, ad curam Christianorum accederet, vel illis interesset. Quas constitutiones deinceps Gregorius XIII. eminenti erga gregem sibi commissum pietate roboratas, planius adhuc, & fusius exposuit, his verbis.

*Gregorius Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.*

Alias piæ mem. Paulus Papa Quartus, prædecessor noster, edita perpetua constitutione, inter alia fanciuit, ne Medici Iudæi, etiam vocati, & rogati ad Christianorum ægrotantium curam accedere, aut illi interesse possent: Quam constitutionem postea Pius Papa Quintus, etiam prædecessor noster, per suas literas approbavit, innouauit, & confirmauit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decreuit: ac voluit, & sub intimatione Diuini Iudicij præcepit, & mandauit, omnia in eadem constitutione contenta in posterum firmiter obseruari, non solum in terris, & Dominijs Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectis, sed etiam vbiq. locorum. Quia tamen nobis, non sine magna animi nostri molestia, innotuit, ea minime obseruari, sed multos adhuc ex Christianis hominibus esse, qui dum suos corporum languores illicitis medijs, & præcipue Iudæorum ac aliorum infidelium opera sanari cupiunt, veræ salutis animarum suarum, & corporis simul immemores sunt, & (quod valde dolendum est) in damnationis æternæ maximum sæpe discrimen incidunt, Medicis Iudæis, & infidelibus huiusmodi ad ipsorum curationem vocatis, & adhibitis: vnde fit, vt & Iudæis, ac alijs infidelibus magna detur delinquendi occasio, & simul salutare præceptū negligatur, ab Innocentio Papa III. similiter prædecessore nostro in Concilio generali quondam emissum, & deinde à prædicto Pio Quinto innouatum, Quod omnes Medici, cum ad infirmos in lecto iacentes, vocati essent, ipsos ante omnia monerent, vt idoneo Confessori omnia peccata sua iuxta ritum Sanctæ Romanæ

manæ Ecclesiæ, confiterentur, neque tertio die ulterius eos visitarent, nisi longius tempus infirmo Confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscientia onerabatur, concessisset, & eis per fidem Confessoris in scriptis facta, constaret, quod infirmi peccata sua confessi fuissent. Idcirco nos, tam Iudæos, qui aduersus mandata huiusmodi Apostolica committere audent, quam Christianos, qui illos ad se accersunt, vel medendi licentiam concedunt, & viam ad delinquendum eisdem aperiunt, coercere volentes, supradictas prædecessorum nostrorum constitutiones, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus, ac inuolubiliter obseruari mandamus, atque hæc nostra in perpetuum valitura constitutione, eisdem constitutionibus, & præceptis, pro firmiori illorum obseruatione addentes, vniuersis vtriusque sexus Christi fidelibus districte inhibemus, & interdicens, ne posthac Iudæos, vel alios infideles, ad ipsorum Christianorum ægrotantium, & infirmorum curam vocent, seu admittant, aut vocari admitti ue faciant, concedant, vel permittant. Mandantes propterea omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, nec non dilectis filiis alijs locorum Ordinarijs, & quibusuis Parochis, alijsque ue animarum curam habentibus, & exercentibus, sub indignationis nostræ, ac alijs arbitrio nostro insignendis penis, vt præsentibus nostras literas in suis Ecclesijs, quæ in illis ciuitatibus vel diocesis constitutæ sunt, in quibus Hebræi vel alij infideles moram trahunt, quam primum ad eos perlatæ fuerint, & deinde singulis annis initio Quadragesimalis ieiunij publicent, ac publicari faciant, & quod si quis post eorum publicationem etiam quomodolibet exemptus, ac cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentie existens aduersus illa facere ausus fuerit, Sacramenta eis Ecclesiastica nullatenus ministrentur, nec etiam à regularibus exemptis; & sic decedens Ecclesiastica careat sepultura: Quæ quidem omnia Parochi ægrotantibus significare apto tempore non omittant, præsertim cum Iudæum vel infidelem Medicum ab eis admissum esse cognouerint, & alijs ipsi locorum Ordinarij contra huius mandati transgressores debita animaduersione procedant, Iudæosque ipsos nihilominus iuxta Pauli & Pij Pontificum prædictorum literas contra illos editas pro earum transgressione puniant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ iidem Paulus & Pius in suis literis prædictis voluerunt non obstare, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, quibusuis personis etiam regularibus, priuilegiatis, & exemptis, eorumque ordinibus, & congregationibus, sub quibuscumque tenoribus & formis, etiam Mari Magno, seu Bulla Aurea nuncupata, ac cum quibusuis clausulis & decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus & formis, specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque, seu si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod indici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret easdem præsentibus ad singula quæcumque loca deferri, volumus, & declaramus, quod eorum transumptis, etiam impressis, & manu alicuius Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbicunq. habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 30. Martii. 1581. Pontificatus Nostri Anno Nonno.

Atqui ad hæc omnia accedunt dignæ Christianis mentibus considerationes, & cautiones, quæ Catholici Medici quanto magis auctoritate valuerint, tanto altius imprimunt



imprint in suorum cordibus auditorum. Iam enim Europæ magna pars, peccatis A  
hominum, non solum fidei, verum etiam Medicinæ sanitatem abiecit. Passi autem  
hoc fidei naufragium, non desistunt tamen celebriores adire Catholicorum Aca-  
demias, vt arte Medicinæ exculti, insignibus quoque Doctoratus susceptis, professi  
item falso Catholicæ Religionis iurandum, ad suos redeant eo animo, vt opes,  
nomenq. sibi comparent. Redeuntibus, quanto doctiores facti sunt à nostris, tanto  
aditus latior patet ad Principes, & ad præcipuos omnis generis homines. Vt vero  
filii sæculi prudentiores sunt filiis lucis, nihil non attentant, quo per medendi oc-  
casione, hæreses, & Atheismum in animos ægrotantium infundant. Hi vero affe-  
cti morbis, non solum patientes aures adhibent, sed & arrigunt; atque tum opinio-  
ne doctrinæ, tum necessitate ac desiderio recuperandæ valetudinis, eequid non ad-  
mittunt? Sic igitur fouetur impietas, fitq. pererranti contagio via, vt hæretico Me- B  
dico nullum præsentius venenum sit, quo Christiana tabescat Ecclesia, & longissi-  
me ablegetur. Quamobrem quantopere initio sudandum sit Catholicis Medicinæ  
Tractatoribus, ne suis laboribus armentur infestissimi Catholicæ Religionis ho-  
stes, nemo non videt. Ac propterea, pijs, & fidei veritatem tutantibus libris, fre-  
quenti autem Catholicorum Concionarum auditione, vt eosdem externos alli-  
ciant, summo opere enitendum est Medicis Prælectoribus, si salui esse velint. Ne di-  
cam splendidissimam coronam adepturos, qui in hoc vigilauerint solertissime.  
Nam vbi inualuit abusus, vt vel eadem hora, qua Catholica habetur concio (die-  
bus etiam Quadragesimalibus) ipsi Medici publice prælegant, vel continenter cor-  
pora curantes, nihili animorum salutem ducant, is ipse abusus sane tollendus est,  
pro ea cura, quæ esse debet in corde vel Magistratum, vel Medicorum. C

## TRACTATIO DE MEDICINA HIPPOCRATIS COI.

Capitulum V.



T autem Græci Philosophiam & Medicinam ad sese deriuave-  
runt è fontibus Hebræorum, & Chaldæorum, Platoq. illam, & A-  
ristoteles, sic Hippocrates & Galenus hanc mirifice illustrarunt.  
At ante Hippocratem Auus eius Hippocrates, & Alcmeon Cro-  
niates extiterant insignes Medici; qui Alcmeon quum Pythagoræ  
fuisset auditor, primulq. feratur inuenisse dissectionem corporum, D  
intelligi etiam hinc potest, vnde hausta sunt Medicinæ principia, quemadmodum  
de Philosophia diximus, cum de Pythagora loqueremur. Iis ergo ducibus, compla-  
nata est Hippocrati via, qui deinceps ingenio, moribus honestis, grauitate scriptio-  
nis, peritia scientiarum interiorum, tantus euasit. Eius autem vitam qui legerint, an-  
tequam ipsum versare incipiant, Cautiones item in eius libris aliquas prægustave-  
rint, quas paullo post subiiciam, facile cernent, quæ dico. Porro vnum ipsum tem-  
pus, cuius filia est Veritas, quo per tot sæcula comprobata est vbique Hippocratis  
doctrina, satis esto depellendis odiosorum hominum criminationibus, qui ex alie-  
na ruina struere sibi nomen cogitarunt. Et veteres quidem eos, qui rationalem ac  
clinicam medendi Hippocratis rationem conuellebant, Galenus strenue, atque eru-  
ditissime confutauit. Qui vero nouas hoc sæculo commenti sunt opiniones aduersus E  
eiusdem Hippocratis & Galeni doctrinam, ab vno omnium celebriorum consensu  
Medicorum scriptis, reque ipsa exploduntur. Quod dictum velim, ne Iuuentus cu-  
riofior, specie atque illecebra nouæ cuiusdam medendi rationis, rapiatur in admi-  
rationem alicuius, quem secuta, eo denique præceps ruat, vbi naufragium etiam fi-  
dei Catholicæ faciat. Neque enim ita multos ante annos, vixit Theophrastus qui-  
dam Paracellus, qui cum plures libros de re Medica, Philosophia, Theologia edi-  
disset, aut solidioribus disciplinis, aut ipsi Catholicæ pietati tetendit insidias. Et  
vt mittam, quod Magicis dementationibus, & Geomantiæ esset addictus, Chymicâ  
supra

Theophras-  
tus Para-  
cellus nota-  
tus.

A supra modum exercuit, ex qua remedia sane validissima inuexit, in quibus sæpissi-  
mè tamen facilius est abusus atque pernicies, quam vsus & salus. Hic cum Mercu-  
rium, sulphur, & sal, deinceps autem spiritus constituisset suæ Medicinæ principia,  
Hippocratem atque Galenum deturbare è Scholis connixus est, quasi tria princi-  
pia, & quattuor elementa non extarent in Hippocratis, & Galeni scriptis, proprijs  
tamen appellata nominibus, vti viros cordatissimos decuit. Sed & liturgiam illam  
suam Mundanam inducens, fucum simplicibus fecit, quasi Hippocratem datuisset,  
hunc hominem esse *μικρόκομον*, hoc est paruum Mundum. Iam vero Anatomen  
corporum reiecit, quam neque cognorat, neque exercuerat, sicuti etiam non cen-  
suit, morbos ab humoribus gigni, sed ab elementis, tamquam elementa non conti-  
nerentur in humoribus, sicuti Hippocrates & Galenus manifestissime asseruerunt.  
B Quod vero Hippocratem reprehendit, temporum mutationes non obseruantem,  
mera est calumnia, dignaq. flagris potius quam calamo vindice. Extant apud Hip-  
pocratem & Galenum plures libri, quibus temporum obseruationes indicant accu-  
ratissime. In eo autem labitur, quo omnino negat, contraria contrarijs esse remedia.  
Nam vt aliquando ea, quæ similitudine, vel propria facultate, & specifica non om-  
nino contraria esse videntur, morbo tamen contraria sunt, id quod Hippocrates &  
Galenus non vno loco monstrarunt. Nec prisca artis Chæmicæ ignari fuere, cum  
tamen qui eius abusum fecernat à recto vsu, hic rebus Diuinæ sapientiæ contem-  
plandis, multisq. alijs rebus eruendis, vsui possit esse. Nos igitur, Theophrasto isto,  
& alijs eiusmodi reiectis, ad Hippocratem redeamus. In cuius senis sapientis labo-  
ribus, in primis laborauit pene ad miraculum Galenus; vt vere dictum sit, in hoc  
C Hippocratem non minus viuere, quam in Hippocrate Galenum. Qui vero postea  
sudarunt siue in vertendo, siue in interpretando Hippocrate, partim ex ijs, quæ di-  
ximus, partim ex ijs, quæ dicentur, vbi de Galeno mox loquemur; quantum satis  
fuerit, elici poterit. Primum autem se offert, quod cuiq. studiose curæ esse debet,  
vt quàm emendatissimum Græce Hippocratem habeat, si hanc linguam, Medicis  
summo opere necessariam, calluerit; Deinde legitimos à spurijs libros Hippocratis  
non ignoret; Latinam versionem optimam tractet; Phrases, & idiotismos  
Hippocratis genuinos prænotat; Methodum Hippocraticam tum Philosophiæ, tum  
Medicinæ, diligenter hauriat (Philosophia enim anima est Medicinæ.) Ac deni-  
que quæ contra pietatem Christianam faciant, sic intelligat, vt hac salua, erro-  
res viri ethnici præmonstret, ac sapienter, cum opus sit, refutet.  
D Iam emendati Græce & Latine Hippocratis libri, cum Hieronymus Mercurialis  
hanc sibi curam postremo sumpsisset, editi sunt ab Iuntis, anno huius sæculi octauo  
supra octogesimum, Itaque & inscriptio hæc est. HIPPOCRATIS COI Ope-  
ra, quæ extant Græce & Latine, Veterum Codicum collatione restituta, nouo or-  
dine in quattuor Classes digesta, Interpretationis Latinæ emendatione, & Scholijs  
illustrata à Hieronymo Mercuriali Foroliuensi. Addidit enim Notationes, & Scho-  
lia, quæ vt sensum, sic stylum Hippocratis illustrant. Quare & posteriorem Iani  
Cornarij versionem Hippocratis, accuratiorem ijs, quæ præcefferant, siue Marci Fa-  
bij Rauennatis, siue si quis alius hoc munere perfunctus sit, Mercurialis admodum  
iuuit; & vero Hippocratis voces, ex quibus eruendus est sensus, exposuit, vbi opor-  
tuit, non mediocri accessione lucis ad ea, quæ cum in hoc genere primum Gale-  
E nus, mox Erotianus collegissent, denique Eustachius Sanctoſeuerinas, non ita mul-  
tos ante annos auxit. Atqui ex ijs, qui scripserunt in Hippocratem, cum mul-  
ta huc facere possint, tum si quis Francisci Vallesij Commentaria in Aphorismos,  
In prognosticum, In libros de ratione victus in morbis acutis, In librum de Epide-  
micis, siue popularibus morbis, versauerit, Hippocratis orationem & sensum altius  
assequetur. Et hoc enim vltimo libro, qui vniuersam propriamq. ægrotantium hi-  
storiam complectitur, cum ea quoque tractentur, quæ ad hominem Medicum effor-  
mandum pertinent, magni momenti erit, si adhibito tanti commentatoris præsidio,  
perlegantur attente.

Principia  
Medicinæ  
Paracelsi.

Hippocra-  
tes vindica-  
tur à para-  
celsi calum-  
nijs.

Ars chemi-  
ca.

Hippocra-  
tes non mi-  
nus in Gale-  
no vixit,  
quàm Gale-  
nus in Hip-  
pocrate.

Obseruan-  
dum studiis  
Hippocra-  
tis.  
Philoso-  
phia animæ  
medicinæ.

Hierony-  
mi Mercu-  
rialis Hip-  
pocrates.

Iani Corna-  
rij versio  
Hippocra-  
tis.

Galenus.  
Erotianus.  
Eustachius  
Franciscus  
Vallesius.

De effor-  
mando Me-  
dico, quinâ  
scripsit.

At

Digestio  
librorum Hip-  
pocratis in  
propriis  
classis.

Theorica  
Practica.

At neque hic substitit utilisissimus labor Mercurialis: Libri enim, qui Hippocratis nomine circumferantur, cum neque eiusdem omnes fuissent, germanos à spuris secreuit, mox in proprias classes, magno studio forum commodo, digessit. Et hoc quidem, quod ad ordinem spectat (altero illo librorum examine per necessario omisso) Erotianus fecerat antiquitus, cum libros omnes Hippocratis nomine euulgatos, in significatiuos, naturales, siue causatiuos, curatiuos, & qui pertinerent ad artis præceptiones, distinxisset. Quæ distinctio dilucidior, uti fructuosior, & compendiosior reddita est à Mercuriali, cum sic Theorica (quantum huius generis extat Hippocratis) practicas præposuit, ut ea primo locarentur; deinde quæ rerum naturæ principia, & causas continent; tum morborum & signorum curationes; postremo ea, quæ siue victus ratione, siue medicamentorum usu, siue manuum operatione, curationem docent; Omnium autem siue Hippocratis, siue eius nomine editorum in vulgus librorum, quattuor Classes fecit, prænotatis rationibus, quibus ad hoc adactus est. Eæ autem Classes hæc sunt,

PRIMA CLASSIS.

- Hippocratis vita.
- Liber de natura Humana.
- Liber de aere, aquis, & locis.
- Aphorismi.
- Prognostica.
- De morbis popularibus.
- De morbis acutis, usque ad tractationem de balneis.
- De vulneribus capitis.
- Liber de fracturis.
- Liber de Articulis.
- De officina Medici.
- Mochlicum.
- Liber de alimento.
- De humoribus.
- De viceribus.

- De natura muliebri.
- De morbis muliebribus.
- De sterilibus.
- De sterilitate, & superfecundatione.
- De virginum morbis.
- De sacro morbo.
- De hæmorrhoidibus.
- De Fistulis.
- De salubri dieta.
- Libri tres de dieta.
- De usu liquorum.
- De Iudicationibus.
- De diebus indicatorijs.
- Prædictionum libri tres priores.
- Coacæ prænotiones.
- De Insomnijs.

SECUNDA CLASSIS.

- Liber de locis in Homine.
- Liber de flatibus.
- Liber de septimestri partu.
- Liber de octimestri partu.
- De ossibus.

QUARTA CLASSIS.

- Iusurandum.
- Præceptiones.
- De lege.
- De arte.
- De arte veteri.
- De Medico.
- De decenti ornatu.
- De exsecutione fetus.
- De resecutione corporum.
- De Corde.
- De Glandulis.
- De Visu.
- Epistola.
- De Medicamentis purgantibus. *Latine tantum*
- De Hominis structura.

TERTIA CLASSIS.

- Liber de carnibus, seu de principijs.
- De genitura.
- De natura pueri.
- Liber de affectionibus.
- Liber de affectionibus internis.
- Liber de morbis.


1518.  
Carolus  
Vittefeyn.  
Methodus  
Hippocratis,  
& Galeni ex  
Carolo Vittefeyno.

Hæc vero distinctio, cum Methodum ipsam Hippocratis quadantenus indicet, curarunt alij magna ex parte vel Tabulis methodicis, vel libris reddere clariorem. Et brevis nunc ex officina Christophori Plantini Antuerpiæ prodit Commentarius Caroli Vittefeyn, seu à Petra alba, Placentini, inscriptus, Vera totius Medicinæ forma; Quæ Hippocratis, & Galeni Methodum quanta potuit diligentia, & breuitate ponit ab oculos, olim per duodeuiginti annos Marri primum, deinde Filio

A Filio Alexandro Farnesio Duci Parmensi, operam præstans. Is igitur sane prælegi poterit; qui & eodem opere pollicetur maiore adhuc diligentia se editurum Usum & exercitium totius Medicinæ Formæ. Porrò huius, quam edidit FORMÆ, capita sunt hæc.

- Cap. 1. De Medicinæ inuentione, & constitutione.
- Cap. 2. De Elementis.
- Cap. 3. De temperamenti, & partibus.
- Cap. 4. De sanitate.
- Cap. 5. De auxiliorum usu.
- Cap. 6. De inuestiganda ratione Medicamentorum, & eorum temperamenti.
- Cap. 7. Methodi Therapeuticæ inuestigatio.
- Cap. 8. De febris.
- Cap. 9. De morbo instrumentali.
- Cap. 10. De unitatis solutione.
- Cap. 11. De morborum causis.
- Cap. 12. De symptomatibus.
- Cap. 13. De variis affectionibus.
- Cap. 14. De præsagijs.
- Cap. 15. De Medicinæ partibus, & earum usu.
- Cap. 16. De præceptis Artis Medicæ communibus.
- Cap. 17. De resumptiua, quam vocant, & Præseruatiua.
- Cap. 18. De causa vniuersali morbos efficiente.

METHODUS LIBRORUM HIPPOCRATIS allata à Francisco Vallejo insigni medico. Caput VI.



T etiam Hippocratis librorum methodum attigit breuissime idem, quem diximus, Franciscus Vallejo initio Commentariorum in libros de morbis populariter vagantibus, his verbis. Operum Hippocratis quædam præcepta continent, velut Libri Aphorismorum, & prædictionum, & de ratione victus, & quidam alij; Quædam solum obseruationes, velut hi libri, quorum enarrationem modo aggredimur: nulla enim præcepta continent, sed narrationem solum eorum, quæ Hippocrates fieri circa multos ægros obseruauit. Itaque hic Auctor historicus est, non præceptor. Nimirum cum Ars Medica ex Philosophia, & experimentis nascatur, perfectissime videtur mihi hanc Artem tradidisse, seorsum scribens de natura rerum omnium, præcipue vero Hominis, & de morbis; seorsum suas obseruationes, atque deinceps enucleatissimas sententias. Scripsit scilicet & Artis præcepta, & principia, ex quibus ea nata sunt. Verum quia præcepta non ex his, quæ cuidam homini, aut paucis quibusdam, sed multis euenerunt, capi debent, consentaneum fuit tempestatum insalubrium, in quibus fuerunt morbi communes multis hominibus, præcipue meminisse; vnde etiam acceperunt nomen libri Epidemicon, siue de morbis populariter vagantibus. Nam tempestatibus salubribus accidere solent morbi rari. Nulla enim salubris adeo est tempestas; ut nullos ægros habeat; sed quæ non est morbosa, habet raros; in insalubribus accidunt multi. Morborum quidam vocantur ab Hippocrate communes, quidam vocantur ab Hippocrate communes, quidam sparsum grassantes. Communes sunt, cum omnes, aut plerique, iisque omnis naturæ & sexus, eodem morbi genere capiuntur. Sparsi, cum varii homines variis morbis ægrotant. Atqui communes, aut regionis, vrbsive naturam sequuntur, vocanturq. ab Hippocrate Endimici, à nobis Patri, aut Vernaculi: aut non, sed aliam causam, & vocantur Epidemici, siue Populares. De morbis vernaculis, in libello de aere, locis, & aquis, videtur mihi satis scripsisse; De sparfis, in libris de morbis, in hoc opere de his omnibus agit, ut in ipsius operis decursu patebit, præcipue vero de Epidemicis, quos nasci ex causa communi in libris de natura Humana, & de flatu dicit Hippocrates; sparfos vero non ex causa communi, sed ex cuiusque victu. Hæc Vallejo.

Ceterum in libris Hippocratis, quædam aliquando quæ Diuinitatem designare videntur, sane accipiendæ sunt, Qualia illa, quæ sunt ad calcæ libri de aere, aquis, & locis. Amplius autem (inquit) plurimi Scythæ eunuchi sunt, & muliebria officia

Librorum Hippocratis methodus ex Francisco Vallejo.

Ars Medica ex philosophia, & experimentis.

Morbi communes vel sparsum grassantes.

Morbi endimici, à nobis dicuntur patrij, aut vernaculi.

Cautio in libris Hippocratis.



cia obeunt, instarq. foeminarum omnia faciunt, & loquuntur; vocanturq. hi effeminati. Et regionis quidem incolae causam ad Deum referunt, coluntque hos ipsos homines & adorant, sibiipsis timentes, ne quid tale accidat. Mihi verò hi affectus Diuini quidem videntur, sicut & reliqui omnes, neque vllum aliquem alio esse Diuinorem, aut Humaniorum, sed Diuinos omnes. Verum vnusquisque eorum suam propriam habet naturam; neque aliquis citra naturam accidit. Quare quomodo hic affectus contingat, vt mihi videre videor, narrabo, &c. Quod igitur ab Hippocrate omnes morbi Diuini vocentur, non est, cur magis pietatem, vel religionem aestimare debeamus: Si quidem Diuinitas penes ipsum nihil aliud notat, nisi secretam quandam, & homines latentem morborum rationem, quam etiam naturalem esse dicit: ita namque in Epidemicis, vagantes ægritudines quodammodo Diuinas esse tradidit, & initio Prognostici, in morbis, quod Diuinum est, diligenter spectandum præcipit.

Vide Ioan. Fernelium Ambianũ, de abditis reum causis initio primi libri & infra ex Francisci Vallesij c. 28. de sacra philosophia. Morbi Diuini quina apud Hippocratem, Cael. Aurelianus 1. de croa. pafion. 4. Cautio itẽ in Hippocrate, vbi Infomnijs.

Aristoteles

Minui sanguinem iussit ei, qui id somniauerat. Medici optimi quid reuocare debeant ad memoriam studiosorum, vt agnoscat Dæmonis astus. S. Antonius pulchre de infidijs Dæmonum.

MEDICIS quod iterum animaduertendum sit.

CVR DOMINVS prohibebat dæmones loqui.

Iam in libris de morbo sacro, ac de Infomnijs (Hippocratis ne quod Cælius putauit Aurelianus, nec dubitare visus est Scaliger, an Philotimi, vel alicuius alterius fuerint: id quod ex Græca censura præposita Codicibus Græcis, & ex ipsa scriptio- ne euincit Mercurialis) cum sint aliqua, quæ pietatem possint lædere, eadem præcauenda sunt. Nam quod ad infomnia generatim pertinet, videndum est, ne naturalia quæ sunt, cum Diuinis, aut Dæmoniis confundantur, sensimq. aliquos à veritate transfusos agat Satanas, omnis doli inuictor fallacissimus. Id non inficior, signa interdum apparere, per quæ notentur affectiones aliqua; ea vero tum existere potissimum ex motione humorum, quorum veluti signo, & in affectionibus, & in morbis corporum iudicandis, Medici prudentes vtantur: Abundantiam enim vel phlegmatis, vel cholerae, ex aquæ aspectu, vel gustatu, aut ex ignis imaginatione, perfensioneque caloris conici posse scimus. Quod & Aristotelem mouit, qui in libro de Diuinatione per somnum, inquit nocturnum aera percipiendis visis commodiorem, quod silentior sit, atque pacatior; & Galenum, cum sanguinem minui iussit ei, qui id somniauerat. Verum tamen quoniam & sortilegi, & alii Dæmonum ministri Accaronem potius & ipsi, quam Deum viuentem in sæcula, consulunt, permittuntur errare, & in errorem inducere, qui eiusmodi fascinationibus potiùs quam prognosticis credunt. Et erit igitur reuocandum ad memoriam studiosorum ab optimis Medicis, quæ Magnus ille Dei amicus Antonius Aegyptius de astu Dæmonum docuit, vt Diuus scripsit Athanasius. Nam cum rerum naturas Dæmones agnoscant, prænoscent quidem multa in suis causis priùsquam humano intellectu percipiantur, ac tamen neque in suis causis cuncta prænoscent, sed quæ tantum ex illis fluunt. Neque enim ea quæ non dum fieri cæpta sunt, referunt; quia Dominus solus est conscius futurorum; sed quorum conspiciunt in actu initium, eorum sibi tamquam fures apud ignaros vendicant notitiam. Norunt quoque & affectiones humanas, & propensiones, ex quibus sæpe coniectant, & tanto hominibus exactius, quanto sublimius eorum ingenium est. Experientissimi item sunt à primo æuo, & indicibili rerum memoria; quo fit, vt ex præteritis inuestigare & coniectare futura minime difficulter possint. Dolo etiam sæpenumero præoccupant, & quasi dixerim, anteuertunt hominum mentes, & quæ ipsi acturi sunt, prænunciant prius, quod prædictio videatur impleta: ea item, quæ iam facta sunt, cum subtilitate naturæ, perspicacitateq. intelligant priùsquam homines, quos & tempus & distantia impedit locorum, annunciant, tamquam futura, vt veridici appareant. præsentia enim ipsis sunt & iam facta; remota autem ab hominum cognitione, ideoq. futura existimata. Porro Medici quoq. meminerint, hunc in locum posse opportune cadere, quod ex Euangelio habemus de Christo Domino, Dæmonibus iubente, vt obmutescerent, à quibus neque volebat in sui laudem quidquam pronuncari: Quod Athanasius considerans scribit, Quamuis vera fateretur Dæmon, compescebat tamen Christus eius sermonem, ne simul cum veritate, suam etiam iniquitatem promulgaret; vt nos etiam assuesceret, ne talia curemus, licet vera videantur. Nefas enim

A Nefas enim est, vt cum nobis adsit Diuina scriptura, à Diabolo doceamur.

» Eodem autem libro de Infomnijs, hæc quoque sunt verba. De significationibus quidem igitur astrorum sic iudicare oportet, prouidereq. ac diætam statuere, & Dijs supplicare; in secundis quidem rebus, Soli, Ioui cælesti, Ioui possessori, Mineruæ opulentæ, Mercurio, Apollini: in contrarijs vero, Dijs malorum auersoribus, & terræ, & Heroibus, quò mala ac grauia omnia auertant. Hæc ille. Quibus verbis occasio capienda est, & confutandi, quæ de decretorijs diebus refutanda sunt (quod quidem ex iis, quæ de Astrologia locuti sumus, facile liquet) & verum sacrificium offerendi ei, cui vni debetur sacrificium verissimum, & vnicum CHRISTI Domini, & cordis nostri. Quo item loco patet campus, in quo Antiquitatis Ethnicæ error ostendatur, quo scelerata vota, & Tabulas Aesculapio, Isidi, & alijs falsis Dijs affigebat, & preciosissimas vestes Dianæ offerebat (vt extat in libro de morbis virginum, qui Hippocratis nomine circumfertur) iis curationem morborum tribuentes: Quo de errore cū egerimus alibi, dum historicos refellimus qui talia Imperatoribus quoque Gentilibus tribuebant, inde petenda sunt, quæ hic faciunt: Quæ item prænuire poterunt lectorem aduersus ea, quæ ex Maphæorum marmorea tabula, Hieronymus Mercurialis initio sui libri de Gymnastica adscripsit. Vt erudito illi labori si eadem, quæ ex Augustino, & ex alijs nostro huic libro inferuimus, adicerentur, magnum esset pietatis operæ prærium, Quod & eradendis ex eo libro, quæ nonnulli apposuerunt, obsænis versibus Martialis & imaginibus mulierum nudis; optandum esset: Sic enim Christianis mentibus, & Medicis, & Militibus, sine labe vsui esset: cum inde discatur, quid sit ipsa Gymnastica, quomodo, & quando inuenta, aucta, perfecta, quot eius species, quid exercitatio, quot genera, & quomodo ab antiquis adhibebantur ad vsum; demum quid sit illa quantitas, qualitas, & occasio, quibus hæc ars adeo recte valetudini conseruandæ conducatur.

Iam vero in libro de morbo sacro, eiusdem Hippocratis nomine edito, nepotis » forsan ex Dracone filio, hæc sunt. Quisquis lustrationibus & magicis incantationis talem affectionem abducere potens est, is etiam alijs artibus abduxerit, & ex hac ratione Diuinitatis opinio penitus pessum it. Talia itaque dicentes ac excogitantes, amplius quid se scire profitentur; & homines decipiunt, proponentes his lustrationes ac purificationes, quum verba ipsorum magna ex parte se ad Deum, ac Dæmonium extendant. Atqui mihi sane non de pietate verba facere videntur, velut ipsi putant; sed potius de impietate; & quod Dii non sunt, pietasq. ac Diuinitas ipsorum impia est, ac scelestæ, velut ego docebo. Sic enim & Lunam abolere, & Solem obscurare, tempestatemq. ac serenitatem facere, pluuias item ac siccitates, & mare sterile, itemq. terram, & alia huiusmodi omnia se scire profitentur; siue ex sacrorum mysteriis, siue ex alia quadam professione, aut meditatione, hanc potentiam iactent, qui talia studio habent; impii sane mihi esse videntur, & Deos non esse putare, neque si sint, aliquid posse, neque vllum aliquod etiam extremum malum prohibere. Hæc ille: In quibus etsi quædam sunt, quæ non videntur absõna, cauendum est tamen, ne id negetur, quod aperte Diuina scriptura, Patresq. & ipsa res sæpe monstrarunt. Deum enim suis vti creaturis, etiam Dæmonibus, ad opera suæ Iustitiæ, ac sapientiæ paranda, nemo est qui ignoret, cum reminiscetur quæ Iobo, & alijs, Deo vel iubente, vel permitte, euenerunt. Accipiunt sæpe Dæmones (ait S. Augustinus) potestatem morbos immittere, & aërem vitiando morbidum reddere. Infinita nimirum Diuina potestas est, quæ armat creaturam suam omnem aduersus insensatos. Huc illud spectat, Nullum malum est in Ciuitate, quod non faciat Dominus. Et quidem de ea Dæmonum potestate extat illud testimonium, quod sic habet. Multi non dubitant, magicis artibus elementa turbare, vitam infantium labefactare, & Manibus accitis audent ventilare, vt quisq. suos conficiat inimicos. Et illa altera. Qui fruges excatafsit, poenas dato. Et illa, Ne aliena segetem pellexeris incantando.

Hippocrates de Infomnijs.

Cautio de diebus decretorijs. Soli Deo sacrificio offerendum. Error gentiliu in offerendis vtiis Aesculapio & alijs falsis Dijs.

Quid è libro Gymnasticæ Hieronymi Mercurialis.

Quid cauendum in libro de morbo sacro, quod liber falso tribuitur Hippocrati.

Iob. 1. 3. August. de Diuinatione.

Libr. 4. de Malef. & Mathem.

Liber quin- que Inqui- sitorum. Paulus de Grilandis

tando. Et illa. Ne incantanto, neu quem defraudanto. Videant vero Medici librum A  
Quinque Inquisitorum, & Pauli de Grilandis tractatum de maleficis; cum cetera,  
quæ cauenda sunt, ad pietatem factam testam tuendam, ex iis, quæ de Galeno dic-  
tentur intelligi possint.

**E** LOCIS QUIBUSDAM FRANCISCI VALLESII  
de Sacra Philosophia, quanam Christiana, & solida ratione loci aliquot  
Hippocratis, atque aliorum Medicorum, sint expendendi.  
Capit. VII.

Franciscus Vallesius quæ de Saule confidit.

**P**RAESTAT vero huc adtexere, quæ capite vigesimo octauo de  
sacra philosophia, Franciscus Vallesius scripsit, quandoquidem  
quæ nam Christiana, & solida ratione philosophari possimus in  
Medicinæ facultate, is eo libro non vno in loco monstrauit. Ex oc-  
casione igitur loci illius, qui est in capite 16. primi libri Regum,  
de Saule. Ecce spiritus Dei malus exagitat te, iubeat Dominus

De Epilep- sia quid sen- ferit Au- ctor, qui no- mine Hip- pocratis circumfer- tur.

noster, & serui tui, qui coram te sunt, quærant hominem scientem psallere cytharæ; ut cum arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu sua, & leuius feras: Occa- sionem capit vir doctus, duplicem naturalem dubitationem expendendi. Primam: An Dæmones possint morborum, qui alioqui in succorum, & temperamentorum, aut etiam compositionis vitia referantur, esse causæ. Secundam: An eadem auxilia desiderent illi morbi, ac cū sine Dæmonis opera orti sunt. Et cū antiquissimas fuisse has dubitationes, neque ab Christianis solum, aut Iudæis, verum etiam ab Mahometanis, & Idololatriæ agitari solitas asseruisset, deinceps inquit. Primum quidem ex eo Auicennæ loco, quem produximus, cap. 18. sen. primæ, tract. 4. qui est de melancholia; deinde & ex libro de morbo sacro, qui nomine Hippocratis circumfertur: toto enim eo libro disputatur aduersus affirmantes Epilepsiam ad Dæmonem referri, & eos, qui eo malo teneantur, solere in domum fugere, aut aliter à multorum conspectu se subtrahere, præsentientes inuadi se à Dæmone, atque adeo contententes eiusmodi, non medicinalibus auxilijs, sed expiationibus esse curandos. Censet vero is auctor, eam opinionem non aliunde, quam ex ignorantia naturalis epilepsie causæ nasci: plausibile vero esse vulgo, eo quod morbus videatur esse mirabilis, & ab alijs diuersus: atque quod expiatio minus molesta curatio esse videatur, quam quæcumque medicinalis, aut chirurgicæ. Atqui profecto, ut qui philosophiæ sunt ignari, ob multarum rerum naturalium ignorantiam fieri solent creduli, & superstitiosi; ita qui physicæ plus satis sunt dediti, rebus omnibus, quæ corpora non sint, aut eorum morus periclitantur, diffidere. Nunc vero quum de Dæmonibus tam multa à Philosophis disputata sint, non video cur quispiam, quantumuis rigidus Philosophus esse velit, tollat è medio Dæmones, nullamque causæ rationem in morbis excitandis, & torquendis corporibus eos habere censeat. Nam hæc consequutio nihil valet; potest melancholia, & epilepsia, ut quiuis alius morbus, citra Dæmonem fieri ob succosita aut aliter motos, aut vitiatos, ergo non potest fieri per Dæmonem. At vero neque hæc. Quiuis morbus talis fit ab humore, & causa naturali, ergo nullus fit à Dæmone; quia is ipse morbus, qui fit à Dæmone, fit per causam naturalem, si Dæmon non aliter, quam per ipsos humores, infert tales morbos; habetque Dæmon vicem causæ externæ, ut dictum est, nisi vero negetur, Dæmonem posse mouere succos: at vero moueri corpora ab spiritalibus substantijs, neque Aristoteles quidem, qui minime de Dæmonibus est philosophatus, negauerit. Ille enim causas omnes corporum motrice s

philoso- phiæ igna- ri sunt in- terdum su- perstitiosi & creduli.

Qui vero ei plus satis sūt dediti i quibusnam peticlitentur.

Dæmones aliquando excitant morbos.

Corpora mouentur à spiritalib. substantijs.

**A** motrices reducit vsque ad inuisibilem, & incorpoream. Ita que posse fieri, ut Dæmonis præsentia morbos excitet, neque quippiam in hac assertione Philosophorum placitis esse repugnans, indicatum est. At vero esse re vera ita, superest, ut indicemus. Primum quidem literarum sacrarum testimonio, deinde & argumento ab ipsis rebus accepto. Diui Lucæ capite octauo, ita scriptum est. Occurrit illi vir quidam, qui habebat Dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis (& paucis interpositis) multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à Dæmone in Deserto. Ex hac narratione facile constabit cuius, qui vel summis labijs degustauerit medicinam, hunc hominem laborasse ea manie specie, quæ vocatur à Medicis Lycanthropia, seu lupina infania. His enim præcipue accidentibus definitur is morbus, quod ita affecti, domi contineri non possunt, sed circa sepulchra frequenter vagantur. Iam vero eum, cuius mentio fit nono capite Marci, constat fuisse epilepticum. ita enim dicitur. Et attulerunt eum, & cum vidisset eum, statim spiritus conturbauit illum, & elisus in terram volutabatur spumans. constat vero elidi in terram, ac volutari, & fieri spumam circa os, certissimas notas esse epilepsie. Quin etiam (quod aliquanto videtur rarius) constat decimo tertio capite Diui Lucæ, puellam quandam conuulsionem spinæ accepisse à Dæmone, qua laborauit decem & octo annos. Manifestum ergo est, quanto in errore sint, qui quod indicauerint, eum, qui defertur ad Exorcistas, tæneri epilepsia, aut catochos, aut melancholia (his enim morbis frequenter tenentur) aut alio quouis morbo, putant se iam indicasse, non esse id à Dæmone: cum his exemplis constet, eos morbos quandoque fieri à Dæmone. Neque vero cum Dæmonis noster inter mortales ageret, vexabant hominum corpora Dæmones, ac non etiam nunc vexant. Non enim sancta Ecclesia, quæ Diuino regitur spiritu, vteretur exorcismis, ac crearet quotidie exorcistas, nisi vexarentur nunc quoque hominum corpora à Dæmonibus. Sed ex his, quæ homines fide digni, & verbis, & scriptis testantur, facile indicatur esse etiam hoc tempore talium malorum causas immundos spiritus. Nam ferunt, horum multos respondere appositissime, loqui linguæ alioqui ignotissimis, ut rusticum, & ignorantissimum Latine, Græce, aut Chaldaice: præterea iussos, ac coactos ab exorcistis, significationes evidentes de se præbere immundos spiritus, & homines ab eis detentos multa diuinare, & narrare, quæ in remotissimis Mundi partibus agantur. quæ sane constat nullatenus habere posse physicam causam. Verissime enim dictum est illud ab Aristotele, si quid aliud: intellectum hominis non posse aliter intelligere, quam phantasmata intuentem; atque adeo nihil in eo esse posse, quod prius non fuerit in sensu. Cum igitur anima rustici nullum, nec minimum vnumquam conceperit Græci sermonis phantasma, vnde possit eius intellectus nunc abstrusissimas phrasas eius idiomatis haurire? Est certe intellectio, animæ rationalis actio propria, quamquæ citra organa corporea, potest exercere, vnde & separabilis esse cognoscitur. ea vero etsi per ipsissimam mentem citra organa agitur corporalia, non tamen dum anima in hoc corpore est, citra corporalia phantasmata. Illud enim intelligere, est de vniuersalibus, & à materia seiunctis cogitare: seiunguntur verò à corporalibus phantasmatis, vi intellectus agentis. Quorum ergo nulla vnumquam concepta sunt phantasmata, nulla potest esse intellectio. Iam vero ut intellectio esse non potest eorum; quorum nulla fuerunt phantasmata, ita neque recordatio; quorum non fuerit imaginatio, quorum non fuerit sensus. Ergo quæ alibi agantur, certo cognoscere nullus potest: per nullam enim internarum potentiarum; cum talium nullus antecesserit sensus. Dixi vero certo cognoscere, quia temere, casu quodam aliquid prædicere, aut præcogitare garrulis euenit, & ijs, qui varijs imaginationibus æstuant, ut mero; Scio, quosdam Philosophos minus exactos, & qui admirationi magis student, quam veritati, censuisse admirandas has vires esse humoris melancholici, fierique posse, atque adeo solere, ut quidam

Luc. 8. De homine demonium habente.

Manie species, que dicitur Lycanthropia.

Marci. 9.

Certissimæ notæ Epilepsie.

Luc. 13. Exorcistæ.

Vexantur corpora à Dæmonibus.

Exorcistæ.

Obsessi à Dæmone, quomodo indicantur

An intellectus sine phantasmatis possit intelligere intellectio.

Philosophorum quorundam error, qui diuinatione melancholice tribuitur.



Platonica  
assertio de  
anima in-  
telligente,  
entelechia.

Dæmo quo  
modocausa  
est exter-  
na morbo-  
rum.  
Causa pro  
cathartice.

Nō semper  
satis est fu-  
gasse dæmo-  
nē, ni mor-  
bus etiam  
curetur.  
Quid sit il-  
lud Hippo-  
cratis. In  
morbis esse  
aliquod Di-  
uinum.  
Ibid. ca. 87.  
Luc. 10.

Hippocra-  
tes libello  
de vlceri-  
bus.

dam ( in quibus scilicet is succus abundat ) loquantur linguis ignotis , diui- A  
nent , quin etiam extra contactum moueant aliena corpora , cogant pluuias , exci-  
tent procellas , atque adeo eo vsque procedunt quidam , vt in nescio qua naturali  
quarundam animarum præstantia , vim mirabilia opera efficiendi constituent. Ve-  
rum ex dictis constat , horum assertiones deuolui ad assertiones illas Platonicas , In-  
telligentem animam non esse corporis actum , & ( vt Aristoteles loquitur ) entelechiã  
fed assistere vt intelligentiam cælo : Nostrosq. animos sciuisse quidem antea omnia ;  
discere vero nihil aliud esse , quàm recordari . Ita enim , quandoquidem intelligens  
anima neque corpus naturale sit , neque naturalis corporis actus , non teneatur le-  
gibus causæ naturalis , sed possit mouere sine contactu , & quia prius omnia nouerat ,  
possit extra materiam diuagata , aut quietem agens per somnum , subtrahensq. sese  
a sensuum perturbationibus , vt illi philosophantur , per sese scire , quæ à nullo sensu  
acceperit . Verum dictas assertiones constat sapientium omnium consensu censer-  
iam absurdas , & esse dogmatibus Ecclesiasticis dissonas . Igitur qui vaticinantur , si-  
ue per ea insomnia , quæ vocantur Diuina , siue vigilantes , & qui ignotis antea lo-  
quuntur linguis , ope spiritus cuiuspiam id faciunt siue boni , siue mali . Cum vero  
torquere hominũ corpora , ad immũdos potius spiritus spectet , constat , eos , qui tor-  
quentur , simul & tale quippiã faciunt teneri ab spiritibus , immũdis , atq. spiritus immũ-  
dos talium morbũ causas esse . Sed quo pacto esse possint , dicamus . Dæmon causa est  
externa morborũ . Nō enim intra corpus ipsum latet nascitur , sed extrinsecus ac-  
cedit , morbos illaturus . Eos igitur , qui pendet ex materia , non aliter infert , quã aliã  
causã procatharticã , puta mouendo internas , vt melancholiã morbũ , augedo melan-  
cholicum succũ , & eum , qui inerat commouendo , deferendoq. in cerebrũ , & inter-  
norum sensuum sedes vapores nigros . Augere vero potest melancholiam eam , quæ  
naturaliter generatur , detinendo ne expurgetur ; aut quascumque exurentes cau-  
sas admouendo : Epilepsiam vero , Apoplexiam , Paralytim , aut Catochum , dese-  
rendo crassos succos , ac per eos , cerebri ventres , aut ipsas neruorum radices ob-  
struendo ; Cæcitatem , aut surditatem eodẽ modo , excrementa ad oculos , aut au-  
res aceruando , quãquam hæc duo malã sine interna causã facere per sese possit ,  
nervos visorios , aut auditorios comprimendo , quo minus per eos facultas sentiendi  
transmittatur ; aut cæcitatem quidem , humorem aquæ , qui chrySTALLINO oppositus  
est , agitando : surditatem , detinendo aërem congenitum ( hunc enim existimo pro-  
prium esse audiendi instrumentum , vt & Aristoteles ) quo minus moueatur . Vt enim  
nisi humor chrySTALLINUS colorum fulgoribus intingatur , agi non potest visio ; ita  
neque nisi internus aër externi excipiat motitationem , auditio . Itaq. aqueum hu-  
morem tranquillum esse expedit , vt recte agatur visio , & aërem internum agitari  
vt auditio . Multa alia mala sunt huiusmodi , quæ aut per seipsum possit Dæmon fa-  
cere , aut per internas causas . Quapropter ad tollendum ea mala quæ per se facit ,  
solis exorcismis sit satis vti : ad ea vero , quæ per internas causas , medicinalibus pa-  
riter auxilijs vtendum erit . Non ergo erit semper satis , fugasse Dæmonem , nisi  
morbum etiam cures ( vt neque satis semper sit ad tollendam febrem , quam pepe-  
rit ira , aut labor , mitescere , aut quietem agere ) neque vnquam satis sit , naturalibus  
instare remedijs , nisi Dæmonem fuges . quo fortasse respiciens Hippocrates , in Pro-  
gnostico dixit . Si quid etiam est in morbis Diuinum , illius quodq. oportet discere  
providentiam .

Præterea idem quoque Vallesius , cum id , quod capite decimo Lucæ , ait Domi-  
nus : Et appropians alligauit vulnera eius , infundens oleum & vinum : videret ,  
posse reprehendi ab ijs , qui in Hippocratis verba iuratur , apposite quæstioni  
occurrit , inquit , ipsius Domini verbis videri ad vulnera oleum , & vinum com-  
mendari , quod Græcis vocatur *ὀνόλεον* . At videtur ( ait ) ad id alia quidem ex  
parte Medicinæ placitis consonum , ex alia autem dissonum . Nam de VINO Hip-  
pocrates libello de vlceribus ita inquit . Vlcera vniuersa , nisi vino , humectari  
non oportet , nisi in articulo fuerit vlcus . His verbis Hippocrates commendat  
vinum

A vinum ad lauandum vlcera , vituperat vero omnem aliam humectationem ; quanto  
magis eam , quæ agitatur oleo ? De quo paulo infra idem Hippocrates dicit . At oleũ ,  
& quæcumque mollia , aut oleosa sunt medicamenta , talibus vlcibus non condu-  
cunt , si non valde iam ad sanitatem tendant . Neque vlcibus ex recenti vulnere  
oleum conducit , neque mollientia , neque adiposa medicamenta , tum alias , tum  
quod vlcus ampliore purgatione opus habet . Galenus quoq. tertio libro methodi  
commendat vinum , & vituperat oleum ad curanda vlcera . Nam capite quarto ita  
inquit . Vinum igitur omnis vlcis , qua vlcus est , optimum est medicamentum : ca-  
pite autem secundo eiusdem libri , inquit . Oleum namque cauo vlcis infusum ,  
verissimum omnium medicamentorum est , cum si ita mederi voles , ipso vsu in-  
telliges , sordidum , ac malè olens vlcus fieri . Videtur ergo id medicamen , quo in pa-  
rabola dicitur , vsus Samaritanus , partim fuisse vtile , partim verò etiam noxium .  
Neque sane ( vt hoc obiter dictum sit ) et si id medicamen fuisse ineptissimum quis  
existimet , quidquam detrahitur sacræ lectionis auctoritati . Nam illo in loco homi-  
nis charitas , non medicinæ peritia commendatur . Nihilominus mihi etiam sonat ,  
velut medicaminis ad eam rem idonei , facta mentio . Quare autem vino , & oleo vte-  
retur , duplex ratio est ; aut enim seorsum ; aut admixtis . Seorsum quidem , interius , &  
in ipso vlcere , vino ; exterius vero , & super circũstitis partibus , oleo haud dubie vti-  
lissime vteretur , nisi essent vlcera in articulis , aut penetrantia in capite . Nam vinum  
mundat , confortat , & siccat vlceratam partem ; oleum vero sanas circũ circa exi-  
stentes fouet , & si quæ est in illis doloris causa , mitigat . At vero an infusum Oino-  
leum , quod vino , & oleo constat , vtile esse potest , difficiliorem habet inquisitionẽ .  
Certe vlcus simplex , & quod prima ( vt dicunt ) intentione curandum sit , non indi-  
get oleo ; quia tale siccationem solum , & agglutinationem desiderat ; quorum neu-  
trum prestare potest oleum . Non læditur autem oleo magnopere , nisi quod sordi-  
dum est , & putredini valde opportunum , quia oleum hæc magnopere auget , est ni-  
hilominus aliquod vlcus , quod vsu olei multum iuuatur : in quo scilicet pus moueri  
est opus , vt quod cum confusione consistit . Sunt ergo quædam vlcera , quæ oleum  
amant , non solum partibus sanis , quæ circumstant , admotum : sed infusum etiam  
intro . Atqui neque ea , quæ oleum solum , purumque respuunt , vt quæ caua ; & for-  
dida , statim etiam læduntur omnibus , quæ partem aliquã eius recipiunt : nam ce-  
rato ex oleo , cera , & ærugine æris expurgantur , replentur carne , & sanescunt . Cum  
igitur sint vlcera , quæ solo oleo gaudent , & recentia omnia , quæ in carne confi-  
stunt , vino solo plurimum iuuentur , & ea etiam , quæ solo oleo læduntur , commixtum  
cum alijs amice recipiant , plus , aut minus , vt res exigit ; sint etiam haud dubie , qui-  
bus mixtura ex oleo , & vino sit accommodatissima ; quibus scilicet , vlcus sit crudiu-  
sculum in carne ( nam nerui neque vinum , neque oleum simplex amant ) & aspe-  
rum , & phlegmonis aliquid per partes habens . Ea enim solum oleum fecerit sordi-  
da , solum vinum irritauerit , & exasperauerit , oineleum vero mitigauerit ( anodinũ  
enim est ) emollierit , simulq. roborauerit particulam , ( constat vero id modice ca-  
lidum debere infundi ) fuerint vero talia haud dubie vlcera eius , qui à latronibus  
percussus , semiuiuus relictus est : Siue enim fustibus ictus sit , quod plagarum nomen  
sonat , siue ense vulneratus , oleo necessario indigebat . Nam si confusione erant in-  
fiicta vulnera , nihil potius : sin autem sola incisione , tamen destituta sine alligatione  
Erandi sub dio , ab aère haud dubie essent exasperata , & refrigerata partes , cui ma-  
lo , nulla re melius succurreretur , quam calente oineleo . Itaq. bonus ille Samarita-  
nus , non pie solum , sed prudenter etiam videtur succurrisse . Idem etiam medica-  
mentum vtile sit ad partes verberibus contusas , simul & dilaceratas . Quod innui-  
tur etiam illis verbis Isaïæ cap. primovulnus , & liuor , & plaga tumens , non est cir-  
cumligata , neque curata medicamine , neque fota oleo .

Lotio vlce-  
rum vino.

Galeni lib.  
3. methodi

Vinum op-  
timum me-  
dicamentũ  
vlcis qua  
vlcus est.

Samarita-  
no infusum  
oleum , & vi-  
num.

An chari-  
tas , non me-  
dicinæ peri-  
tia commẽ-  
datur in Sa-  
maritano .

Vinum in-  
tus .  
Oleum ex-  
tra apposi-  
tum .

An oino-  
leum vlcis  
vulneri esse  
potest .

Ita. c. i.

DE GALENO PERGAMENO. Caput VIII.



editio Galeni quæ hæcenus in regior.

Ioannes Costæus.

Braſauole indices auctus.

Synopſis Galeni à Lucio Scarano.

Delectus librorum Galeni.

Methodus.

Montanus quid de methodo Galeni, Auicennæ, & Aristotelis.

Auicenna in opere Canonum appellato.

In Principe quoque Medicorum Galeno, minus hic erit laborandum; quando quæ supra de Medicis generatim, ac de ipſo deinceps Hippocrate dicta sunt, viam videri poſſunt omnino ſtrauiſſe ad rationem Galenicæ diſciplinæ recte pertractandæ. Acceſſere etiam labores præſtantiffimorum in Arte Medica Virorum qui vix quidquam reliqui fecerunt alijs ingenijs, vt in hoc negotio defudarent. Quæ enim apud Iunſas, anno huius ſæculi octogefimo ſexto Venetijs edita ſunt editione ſexta Galeni habent non ſolum quæ legitima, & integra, & manca fuere, ad hoc uſque tempus euulgata; verum etiam Commentarij ſecundum Galeni in librum vulgarij morborum Hippocratis ſecundum nūquam alias vel Græcè, vel latine editum: Galeni in libros Hippocratis de humoribus commentarios tres, qui & in ipſorum quoque Iunſarum prioribus editionibus, deſiderabantur: ſingulæ autem Hippocratis ſententiæ à Galeno citatæ, & loca Auicennæ, quæ Galeni ſententijs reſpondent, ſuo, vt in ſuperioribus, quoque loco ſumma fide indicantur. Quæcumque etiam varijs temporibus ad hanc uſque diem varijs, & inſignes doctrinæ viri ad verum Galeni exprimendum ſenſum, margini adnotarunt, ea vt reliquerunt, ſic multis obſcuris locis claritati, & corruptis veritati reſtitutis, ex recognitione Ioannis Coſtæi, Medicinæ Præctiæ in Bononiienſi Academia ſupremo loco Profeſſoris, dederunt operam, vt auerentur. Nacti vero Indices à Braſauola alijs in Galeni opera conſtructi rationem, ea, quæ ſcitu, notatuque digna in libris poſterius adiectis videbantur, opportunis locis addi curarunt: Synopſim denique breuiter amplectentem quidquid vnoquoque libro, & cuiuſque libri ſingulis capitibus continetur, qui ad propoſitæ rei argumentum ſpectet, Lucij Scarani Medici Phyſici labore eodem anno primum elaboratum, emiſerunt in lucem. Sed quæ huic editioni præfixæ ſunt epistolæ Hieronymi Mercurialis de delectu librorum Galeni, & Ioannis Baſiſtæ Montani Phyſici Veronenſis de vera methodo ex Galeni libris eruenda, ſummam vtilitatem afferunt, quibus cordi ſit, ex tanta librorum mole, quid quoque loco, & ordine verſandum ſit, percipere. Eæ igitur omnino ſunt prælegendæ. Neque vero Mercurialis omiſit, quæ virum decebant vera eruditione ac pietate ornatum. Quod enim vix fortasſe earenius ab alijs profectum erat, id planius ſub aſpectum oculorum poſuit, ac Galeni doctrinam vindicans ab obſectatoribus (quod & Montanus ſapienter fecit,) Chriſtianaliberrate, non ſolum quid de libris moribusque Galeni ſentiendum eſſet, verum quibus in locis poſiſſimum pietatem offenderit, quaſi digito præmonſtrauit. Ad Montanum quod attinet, cum hic ante Mercurialem ſcripſiſſet, vidiffet autem Galenum potius de conſtitutione artis cogitaſſe, quam vt eam redegiſſet ad integram Methodi rationem, Auicennam autem inter Arabes acris ingenij collectionem: quidam compoſitio (vt ſcholæ vocant) ordine tentaſſe in vnum corpus omnium Galeni in Arte Medica monumentorum, quæ varijs in libris ſparſa ſunt, ſed & morte ſuperueniente, ſine tanto operi non potuiſſe imponere, & vero minimè eleganter, aut ad captum omnium expoſuiſſe, ſtatuit priuſquam libris Galeni omnes, in certas claſſes diſponeret, ex ipſiſmet Galeni medullis, placitiſque priuatis ratione explicare, qua is ordo ab ſe fuiſſet inſtitutus. Inquit autem, Artè, vel nouam conſtitui, vel conſtitutam doceri: conſtituitur reſolutione, quæ ſit à notione ſinis: conſtituta docetur vel componendo, quæ per reſolutionem inuenta ſunt, vel propoſita definitione per multiplicem eius ſectionem progrediendo. Docet quidem & qui conſtituit: cur enim non doceat, qui, quomodo inueniatur oſtendit: altior tamen eſt ille doctrinæ modus, qui, à felici aliquo ingenio & ab incunte ætate in diſciplinis exercitato legitime

A

B

C

D

E

gitime intelligatur: propterea oēs antiqui philoſophi, ac Medici, Ariſtoteleſque præcipue, quæ præ ceteris in docendo ordinem maxime affectaſſe videtur, ab eo docedi genere abſtinuerunt. Galenus autè cum ad ſuam uſque ætatè medicinæ Artem incertam, multèq. ſibi conſtantem conſpiceret, facturum ſe operæ prærium iudicauit, ſi à notione ſinis ſingula quæque uſque ad elementa reſoluendo artis inuentionem certiffimè demonſtraret: atque ita totam quidem artem in libro de conſtitutione Medicinæ breuiſſime inuentam tradidit: eius vero partes tum quæ ad ſeruandam ſanitatem, tum quæ ad morbos tollendos attinent, in libris de ſymptomatum & in Therapeutica Methodo explicuit. Hæc Montanus: qui mox reliquæ diſpoſitionis rationem doctiffime reddit.

At præter iſtos Viros, & alios, qui in Galenum ſcripſere, idem, de quo antea dixi, Franciſcus Valleſius, Galeni interpres fidus, breuis, & perſpicax eſt, quem omnino legere cum ijs Galeni libris, quos expoſuit, aut vbi de iſdem materijs egit, vtiliſſimum fuerit. Porro ex ijs, qui ad meam venere notitiam, ſcripſit hic in Galeni libros controuerſiarum, alterum Medicinalium, alterum Naturalium ad tyrones: libellum de locis manifeſte pugnantibus apud Galenum; Item de pulſibus, vrinis, & febris, ac ſcholias in libros Galeni de locis affectis: Explanations in libros eiusdem de differentia februm, & in artem medicinalem: In libellum de inæquali intemperie: in tertium de temperamentis, & quinque priores libros de ſimplicium medicamentorum facultate.

Cum autem huius, & ſimilium ductu in Galeni doctrina profici poſſit, tum duo præcauenda ſunt: Alterum, quod ad Anatomem ſectionemve corporum, alterum, quod ad pietatem pertinet. Quippe hominis auctoritati nimium tribuentes etiam viri antiquiores, ac celebres, Oribaſius, Theophilus, Arabes, & qui hac quoque vixerunt ætate nonnulli, cum nullum in anatomicis eius libris errorem deprehendiſſent (quamquã ipſe uſu edoctus sæpe ſeipſum corrigat, interdum autem ſibi non conſtet) in varios lapſus delapſi ſunt, magno Medicinæ, & ægrotorum damno. Falſus nimirum ſimiarum ſuarum ſectione Galenus, quas etiam diſſerre pene tantum putabat in digitis, ac poplitis flexu, ab humani corporis organo, à quibus tamen plurimis alijs partibus diſſerunt, minus hanc partem Medicinæ tractationis abſoluit: Quam poſtea Veſalius, & reliqui tractarunt hoc ſæculo accuratius: hi dum nona ſemper (quod ſupra innuimus) inueniunt in hoc Diuino corporis opificio: ille, cui deſertur palma Anatomicorum, dum plus ducenties erraſſe hoc in rerum genere

D Galenum, oſtendit. Quamobrem verfaſſe Veſalii Anatomem, magna cautio erit, ac vtilitas in Galeno, vel intelligendo, vel quantum fas ſit, æſtimando. Et Veſalius quidem (ne nihil de hominis vtiliſſimo labore dicamus) cum humani corporis particululas, numerum, ſitum, formam, ſubſtantiam, nexumque, inter ſeſe, ceteraque id genus attente inſpexiſſet, libros edidit eos, qui extant. Primum, quo omnium oſium, cartilaginumque natura exponitur: quæ, quod illis reliquæ partes ſuffulciantur, & ſecundum hæc deſcribantur, ab Anatomis ſtudioſis initio ſunt cognoscenda. Secundum, qui ligamenta continet, quorum beneficio oſſa, cartilagineſque inuicem cõnectunt ac deinde muſculos motus è noſtro arbitratu pendentis opifices. Tertium de venis, quæ muſculis, & oſibus, ceteriſque particulis familiarem, quo enutriantur, ſanguinem deſerunt, ac deinceps de arteriis inſti calor, ſpiritusque vitalis temperiem moderantibus. Quartum, quo neruorum, qui muſculis animale ſpiritu perferunt, ac reliquorum quoque omnium propagineſ edocet. Quintum, quo tradit & organorum nutritioni famulantium conſtructionem quæ potu, & cibo perficitur, ac quæ ob ſedis viciniam instrumenta ſunt ad ſpeciei ſucceſſionem à Deo fabricata. Sextum de corde vitalis facultatis fomite, ipſique ſubmiſtrantibus particulis. Septimum, quo de cerebro, & ſenſus organorum harmonia ſic agitur, vt ſimul neruorum à cerebro originem ducentium ſeries quarto libro expreſſa non repetatur. Quippe in horum librorum ordine digerendo Galeni ſententiã Veſalius inquit ſe eſſe ſecutum, qui poſt muſculorum hiftoriam, venarum arteriarum, neruorum,

Franciſcus Valleſius quædam opera ſcripſit in Galeni præter alia que ſcripſit in Hippocratem, ac de officio Medici: & in Ariſtotelem; ſiue item de philoſophicis quaſitionibus. Cautio in legendo Galeno. Oribaſius. Theophilus. Arabes. Galenus falſus eſt ex ſimiarum ſectione. Veſalius.

Veſalij libri vtilitas, & materia de Anatomie corporis humani.

Eximenda tamè eſſent quedam è Veſalio, & recuſantur: præſertim vbi de Religioſo viro minus digna commemorat.



Secunda cautio in Galeno. Nemesius Platonicus

Error Galeni de anima.

Galeni non latuit Christianae religionis fama.

Alter Galeni error de Dei potestate, quam non agnoscit super-naturale.

Epicuri error.

SAPIENTIAE Patris credendum.

Quomodo praemuniti sunt animi legentium Galeni libros.

Aug. lib. 1. coner. Manichaeos Tom. 1. CHRISTVS miraculis ostensus est Deus naturae.

Tertius error Galeni aduersus Scholas Moysis, & Domini IESV.

Vide 2. lib. huius Biblioth. ubi de Diuinae historiae praesentia.

uorum, ac deinceps viscerum Anatomem pertractandam duxit: Cui toti rei apte cum vaforum distributione, viscerum cognitionem in epitome proposuit.

Iam Ethnici quoque desiderarunt, quae pertinent ad pietatem in Galeno quasi immortalitatem animae negante, ipsamque animam nil aliud quam temperationem corporis esse, innuente. Nemesius enim Platonius libro de natura humana confutat istam, quae videbatur esse Galeni, sententiam: Quam tamen ab eo auertere conati sunt Viri, qui plus ex interiori pietate, qua ipsi erant imbuti, quam aliunde argumeta ducebant. Id certum est, ut & Plinium diximus, relicto vniuersi Opifice, nimis effecta contemplatum, ijs effectis honorem detulisse qui Deo debebatur: sic Galenum ex visibilibus, non ad inuisibilem, qua decebat fide se euexisse, sed ab inuisibili, quo non putabat praecipitio demisisse ad visibilia, ut quaecumque denique sub oculorum aspectum non caderent, ea saltem dubitaret, cum corporis interitu euanescere. At homini eo magis haec crimini danda sunt, quem non latebat Christianae Religionis fama, & Martyrum constantia, quae toto orbe percrebuerat. Quin etiam istius constantiae Christianorum ipsemet fecit mentionem libro tertio de pulsuum differentiis, cum scribit: Citius autem Moysis asseclae, & Christi sua deserant dogmata, quam qui Sectis addicti sunt tum Medici, tum Philosophi. Quibus sane verbis se quoque ipsum designare potuit aberrantem a scopo, & in errorem alios auctoritate sua trahentem.

Deum vero, & Naturam alibi distinguit; ac quae Natura facere nequit, materiae aut defectu, aut ineptitudine, haec eadem inquit Deum neque aggredi, ac ne posse quidem efficere. Qui sensus medius est inter Moysis fidem, & placitum Epicuri. Nam ille (quod verissimum est) Deum simpliciter omnia posse, ac facere, disertissime testatus est: Epicurus autem ociantem fecit Deum, & sapientiore quidem, at non Natura potentior. Ergo quicquid Galenus interdum in hac veritatis inscitia, ne dicam profunda impietatis infantia, balbutiebat, explodendus est, & semita est agnoscenda eius, qui neque fallit, nec fallitur, qui nobis mysteria non minus factis, quam verbo reuelauit, in sinu Patris existens, & naturae totius, ac materiae omnis Creator illa, ut organo, quotiescunque vult, utens; hanc informans, quaecumque placeat forma; miracula vero edens supra, contraque omnem naturam; ab artificibus, qui sine materia nequeunt agere quidquam, tanto distans intervallo, quanto ab im-potente distat omnipotens; excelsior videlicet caelis, & capto omnium mentium humanarum, & Angelicarum, quas e nihilo condidit. Et libros igitur Galeni verfantium, sic praemuniendi initio sunt animi, ut Deum sciant intercideri flammis ignis, qualitatesque ipsas, & ipsas, quae videntur esse elementorum naturas, quando-cunque vult, vnico nutu discernere: Quae voluntas (ut inquit Augustinus) est ipsissima omnium causa. Nempe igni insitum est, ut ardeat, & luceat: Verum tamen volente Deo non ardebat pueris, in fornacem ab Nabuchodonosore coniectis; neque in Inferno impiis lucet: quoniam ita Deo placet Omnipotenti. Eclypsim quoque praeter naturae ordinem, Filio patiente, effecit, ne homines inde naturae adscribe-rent Diuinitatem; sed altius esse validiusque natura, proprium in CHRISTO Domino Vniuersi agnosceretur: Quam ob causam excitati mortui, & desperatis restituta valerudo, ac potius impedimentis, quam remedijs ab acti morbi caecitatis, Deum nobis manifestarunt, non fratrem aut socium, sed Dominum esse naturae.

Denique quod Galenus lib. 2. de diff. puls. Moysis, ac Domini nostri IESV scholas repudiet, ceu nulla roboratas demonstratione, plenissimum temeritatis est, atque blasphemiae. Resellerunt autem ista aequales eius temporis Viri Sancti; qui postea secuti sunt Patres: quod supra interdum monstrauimus. Et vero modus quo introducta est in Orbem Christiana doctrina, probatam hanc esse Diuinitus declarauit aptissime. Domino enim cooperante, & sermonem paucissimorum pauperum indoctorum, inermium, nil carni, nil ambitioni, nil diuitijs dantium, admirabiliter confirmante, superatus est Mundus, & inde colla subdidere iugo CHRISTI, qui videbantur potentissimi, sapientissimi, eminentissimi, ipsasque in voluptatum delicias

delicias penitus immergi. Cuius argumenti vim maximam, ut indicarunt Iustinus Martyr, Chrysostomus, Augustinus, Damascenus, & alii plurimi, sic Apostolus intelligi a Corinthiis voluit, cum diuina illa verba pronunciauit. Videte (inquit) fratres vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potententes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt Mundi elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia Mundi; & contemptibilia elegit Deus, & ea, quae non sunt, ut ea, sunt destrueret. Ac rursus ad eosdem: Non secundum carnem militamus: nam arma militiae nostrae, non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitio-nium consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium CHRISTI. Itaque & antea dixerat. Sermo meus non in persuasibilibus sapientiae verbis, sed in ostensione Spiritus, & virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. At & (ut secundo libro copiose ostendimus, nunc autem in studiosorum Medicinae gratiam summam dicendum est) constantia Martyrum, qui innumera-biles omnis ordinis sexus, & aetatis homines Deo placendi cupidissimi, & vitae sanctitate conspicui, validissimum argumentum fuit ad eandem CHRISTI doctrinam comprobendam: quandoquidem Dei prouidentia, & bonitas, & eiusdem erga hominum genus multis modis testata Charitas, id certissimum reddunt. Accessit admirabilis quaedam mutatio animi eorum, qui CHRISTI Domini doctrinam complectuntur, & colunt, singulari videlicet animi robore concepto, quod peccata grauissima omnia contra legem naturae vitanda consequuntur. Erunt mihi (inquit Deus per Malachiam) in die, quam ego facio in peculium, & parcam eis, sicut par-cit Vir filio suo seruienti sibi. Et conuertimini, & videbitis, quid sit inter iustum, & impium, inter seruientem Deo, & non seruientem ei. Sic ab hac ipsa animi muta-tione duxerunt argumentum Petrus, & Paulus. Ille cum scripsit. Sufficit praeteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam his, qui ambulauerunt in luxurijs desiderijs, vinolentijs, commestationibus, potationibus, & illicitis idolorum culti-bus. In quo (inquit) admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriae con-fusionem. Paulus autem. Eratis enim (ait) aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino: ut filij lucis ambulate; fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Nihil autem hic dico de miraculis, de conuersione Mundi hoc ipso saeculo, de veritate impleta prophetiarum, quae tanquam argumenta validissima, & ex Diuinae sapientiae penu deprompta protulerunt quot quot istas Galeni, & simili-um errores euicerunt. Vtinam autem, qui Medicinae studijs sese addiduri sunt, ista percipiant futuri sic medendis corporibus, & animis non nomine tantum, sed re excellentissimi.

delicias penitus immergi. Cuius argumenti vim maximam, ut indicarunt Iustinus Martyr, Chrysostomus, Augustinus, Damascenus, & alii plurimi, sic Apostolus intelligi a Corinthiis voluit, cum diuina illa verba pronunciauit. Videte (inquit) fratres vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi po-tentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt Mundi elegit Deus, ut confundat for-tia; & ignobilia Mundi; & contemptibilia elegit Deus, & ea, quae non sunt, ut ea, sunt destrueret. Ac rursus ad eosdem: Non secundum carnem militamus: nam ar-ma militiae nostrae, non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitio-nium consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium CHRISTI. Itaque & antea dixerat. Sermo meus non in persuasibilibus sapientiae verbis, sed in ostensione Spiritus, & virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. At & (ut secundo libro copiose ostendimus, nunc autem in studiosorum Medicinae gratiam summam dicendum est) constantia Martyrum, qui innumera-biles omnis ordinis sexus, & aetatis homines Deo placendi cupidissimi, & vitae sanctitate conspicui, validissimum argumentum fuit ad eandem CHRISTI doctrinam comprobendam: quandoquidem Dei prouidentia, & bonitas, & eiusdem erga hominum genus multis modis testata Charitas, id certissimum reddunt. Accessit admirabilis quaedam mutatio animi eorum, qui CHRISTI Domini doctrinam complectuntur, & colunt, singulari videlicet animi robore concepto, quod peccata grauissima omnia contra legem naturae vitanda consequuntur. Erunt mihi (inquit Deus per Malachiam) in die, quam ego facio in peculium, & parcam eis, sicut par-cit Vir filio suo seruienti sibi. Et conuertimini, & videbitis, quid sit inter iustum, & impium, inter seruientem Deo, & non seruientem ei. Sic ab hac ipsa animi muta-tione duxerunt argumentum Petrus, & Paulus. Ille cum scripsit. Sufficit praeteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam his, qui ambulauerunt in luxurijs desiderijs, vinolentijs, commestationibus, potationibus, & illicitis idolorum culti-bus. In quo (inquit) admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriae con-fusionem. Paulus autem. Eratis enim (ait) aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino: ut filij lucis ambulate; fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Nihil autem hic dico de miraculis, de conuersione Mundi hoc ipso saeculo, de veritate impleta prophetiarum, quae tanquam argumenta validissima, & ex Diuinae sapientiae penu deprompta protulerunt quot quot istas Galeni, & simili-um errores euicerunt. Vtinam autem, qui Medicinae studijs sese addiduri sunt, ista percipiant futuri sic medendis corporibus, & animis non nomine tantum, sed re excellentissimi.

Iustinus Martyr Apolo-gia. 2. ad An-tonin. 1. it. Chryf. ho-mil. 34. in Marth. & hom. 4. & 5 in epist. ad Corinth. Aug. 1. 2. 2. de ciu. Dei. c. 5. & lib. de vera reli-g. cap. 5. Damasc. li. 4. fidei or-thod. c. 4. & alibi 3. 1. Cor. 1. 2. Cor. 10. 1. Cor. 2. Christianae fidei prae-git-tia.

Malach. 3.

1. Petr. 4.

Ephes. 5.

Vide Mi-chaelis Me-dinae opus de recta in Deum fide.

CAPITULA MAGNI MOMENTI de Christiana, & iuta medendi ratione. Caput IX.

VOD autem docti peroptabant, ut aliquis inter praestantes Medi-cos de Christiana, & iuta medendi ratione ageret, id a Baptista Codronchio plane consecutus; quae ille hac de re praecipua capita explicuit, ea nos huc necessario apponimus; ut inde quisque, & suae conscientiae, & saluti aegrotorum consulat. Editus autem li-ber est primo quidem Italice, deinde Latine Ferrariae; quem Hieronymus Mercurialis, vir tantus, praefixa epistola maxime commendat.

BAPTISTA CODRONCHIVS Philo-sophus & Medicus Im-molen-sis.

Medicum

**M**edicum grauius peccare sine sufficienti scientia ad medendum se exponemem excipit casibus non periculosis, & dummodo remedia periculosa non adhibeantur, vel scandalum & occasio alijs non praestetur idem agendi.

Medicus curando antequam morbum cognoscat, peccat, nec in quibusdam morbis solos Practicos excipiendos esse contra aliquorum opinionem, ex quo horum vitia & fraudes deteguntur, & in morbo difficilis cognitionis aliquod remedium leue adhiberi posse probatur.

Qui medicinae precepta negligit, vel studijs vacare, cum est opus, contemnit, experimento suo nimis fidens, ac proprio sensui nimis tribuens, peccat, & damna praestare debet.

Medicus valde negligens in studendo, visitando, morborum signa animaduertendo, vel in consulendo cum est opus, grauius peccat & aliquando ad damna tenetur.

Aegroti absentes num per nuncios, vel litteras iuro, ac rite curari possint, & quae remedia ipsi offerenda.

Dubia medicamenta praebens, ut experiat, vel quaestus causa, aut ne videatur imperitus, graue peccatum admittit, quod modo mortale, modo veniale esse poterit.

Aegrotum deserens non absoluta curatione peccat, & aliquando restitutioni tenetur, & quamuis in quibusdam casibus non peccet, tamen esse dicitur, si usque ad ultimum interitum vel completam sanitatem eum curat.

Deploratis cibos, vel potus morbo aduersantes non esse permittendos, & quodnam medicus hac in re peccatum committat.

Medicum habita medicamentorum scientia grauius peccare, si corrupta, ac vetusta & noxia permittat aegrotis dari, & recentiora ac meliora non eligat, & Medicos collegij, vel alterius officij, ac dignitatis in multis alijs peccare, ut plurimum mortaliter; & quando medici priuati medicamenta, vel aromatariam inspiciere teneantur.

Medicus lucri causa morbum protrahens, opportuna non adhibens, morbum augens, vel recidivam faciens, peccat, & ad restitutionem tenetur.

Qui medicamentum praescriptum, & deinde pro non conuenienti cognitum commutare cum graui damno infirmi renuit, peccat, & satisfacere tenetur.

Sententiam mutare erubescens in disputationibus, ac canonicam curationem ab alio medico aptius propositam in dubio reuocans grauius peccat, & satisfacere tenetur.

Medicamentis nec experimento, nec ratione comprobatis non esse utendum, & aliqua de medicamentis veterum, ac recentiorum dicuntur.

Peccat medicus si medicamento nimis purgante aegro dumnum aliquod inserat.

Multos infirmos eodem tempore curandos admittens, si sit cum damno alicuius, peccat, in aliquibus tamen casibus nihil peccat.

**A** Pro membro emortuo, vel tumore secundo ministrum idoneum non eligens, vel de sectione dubius secare iubens, & cui sanguinem mittere, vel incidere vicus ignorat, mittit & incidit, vel cum sit peritus, negligit, peccat.

Medicum teneri ante curationem in prima visitatione, & omnibus morbis, sub peccati mortalis, ac peritij poena, hortari infirmum ad Confessionem per se, & non per alios, & nolentem confiteri post triduum, deserere.

Medicum teneri absentes infirmos per nuncios, vel litteras ad confessionem suadere.

In quibus casibus teneatur medicus mortem nunciare infirmo, & quomodo omittendo id peccet.

De eo qui ob corporis salubritatem consilia contra salutem animae exhibet, ubi probatur Veneris usum esse nocivum corporis sanitati.

In matricis suffocatione ex redundanti, vel retento semine non licere medico seminis excretionem prouocare.

Abortum consulentes, procurantes, vel consentientes, siue fetus animatus sit, vel inanimatus, praeter peccatum, excommunicatur: ubi probatur, ab omni lege prohibitum esse abortum.

Venenum consulens, vel exhibens nocendi vel necandi causa, peccat.

Medicamenta narcotica sanis, vel lac exsiccantia in mulieribus mala intentione adhibens, vel consulens, peccat grauius.

Exhibens, vel consulens ad coitum stimulantia solutis matrimonio, vel illicitam Venerem, aut sterilitatem inducentia, quacunque ratione id faciat, peccatum graue committit.

Ieiunij corpora destrui tenens, vel sine causa legitima dās licentiam ieiunij frangendi, vel carnes vescendi peccat, & quantum obstit nimia indulgentia in huiusmodi concessionibus, ita ut qui eius solis, ac lactarijs vesci possunt, non habeant veniam carniuum.

Arcana grauia commissa, & morbos vel eorum causas letali peccato annexas, palam faciens medicus peccat, & sapissime mortaliter: qui per se non per alium ad correctionem fraternam tenetur.

Medicus non conductus à publico immodicum salarium petens, conductus aliquid notabile accipiens contra pactum, peccat, & ex quibus stipendium licitum metiri possit.

Nimium praemium timore mortis oblatum exigens potest peccare, & non peccare, si conuenientem mercedem semper accipiat.

In morbis non curabilibus medicum posse salarium recte dummodo non taceat morbum insanabilem esse, vel cum mendacio salutem non spondeat.

Certam mercedem pactus cum aegroto post curationem, si fiat recidiva ex medici culpa, de nouo curare tenetur. At si aegri causa, vel in dubio, non tenetur.

Prescribens maiorem copiam medicamentorum, ac maioris pretij ex iniusta causa, & cogens aegrotos

**A** aegrotos adire suam aromatariam aduersus leges & iuramentum peccat grauius.

Pauper etiā sine mercede curandus medico est, alioquin peccat saepe mortaliter, aequae si renuat medicum curare positum in extrema necessitate, & medicamentorum pro aegro pretij solvere, si potest.

Aegrotus diues mercedem medici, ac medicamentorum, & alia necessaria solvere nolens curandus tamen est, & quibus casibus à medico peccetur, sumptus vero & merces possunt exigi postea, & aegroti etiam inuiti sunt curandi.

Detrahens alijs peritis mala intentione, vel maledicentia graue damnus eis inferens, peccat grauius, damnusq. ac famam, si potest, restituere tenetur.

Aegrotantes libidinosae, ac malo consilio, aut mēte contrahens, peccat.

Medicus adhibens sibi socium in curationibus Iudaeum, vel alium ad medendum aduocans, vel medicamenta ab eis accipiens, exceptis quibusdam casibus peccat.

Medicus vel tonsor cum iuramento referēs falsum Iudici de aliquo morbo peccat.

Decreta medicorum iuramento firmata non seruans peccat, & de tribus conditionibus iuramenti.

**C** Septimonialium ingrediens medicus sine licentia vel cum licentia absque necessitate, aut alia causa non explicita, peccat & excommunicatur, cuius absolutio Papae reseruatur.

Anatomen exercens in corpore humano sine licentia peccat.

Qui optat vel gaudet multos esse aegros & morbos

protrahi, qui tristatur nullos sibi esse infirmos vel alium medicum plures habere, & qui mala consilia dat sanis, ut aegrotent, peccat.

De iustitia, charitate, & bonis moribus, & quomodo medicus in multis peccare possit, si valde sint contra iustitiam, vel charitatem, aut bonos mores.

## LIBRI SECVNDI.

An medicus sit necessarius, & vtrum sit ab aegris vocandus, An vita nostra ope artis medicae produci possit, persequitur, & aegrotantem in graui morbo medici auxilium spernentem, peccare.

Infirmus non obediens medico, & aliquid sumens cum graui damno vel periculo mortis peccat.

Non licet confugere ad sortilegos, vel Maleficos pro sanitate recipienda, & eorum remedijs vi.

Medicis conuenientem mercedem solvere nolens peccat.


Ministri dantes vel facientes aliquid cum graui damno aegri grauius peccant, & irregularitatem contrahunt, & ideo Medicos, qui velint ad sacros ordines promoueri, debere à Sede Apostolica dispensationem petere: ac quomodo Sacerdotibus ars Medica sit prohibita.

Sanitatem multis rebus praestare probatur, pro qua conseruanda vtrum sani arte medica egeant, disputatur, & pars affirmatiua probatur, concluditur sanos debere seruare mediocritatem in victus ratione, qui si aliquid edant vel bibant cum graui damno salutis corporis grauius peccant.

Vtrum in curatione infirmorum, melius sit plures vocare medicos, vel vnum tantum.

DEUM PLACARI, ET AD MISERICORDIAM  
allici visendis valetudinarijs & aegrotis. Ex Auctoris  
libello de Pietatis operibus. Caput X.

D



**VI** aegrotos inuisunt, ac de ijs bene mereri student, tam spirituali, quam corporali beneficio, Christiano munere funguntur, Deum quantumuis iratum, placatum efficiunt, & alliciunt ad misericordiam. Huc laus illa spectabat viri patientissimi: Ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meae egressa est mecum & c. Oculus fui caeco, & pes claudus, pater erā pauperū, & causam, quam nesciebam, diligentissime inuestigabam, cōterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam praedam. Exempla igitur mulierū & virorū, mox eius instituti rationē & causas afferam. Tertullianus nascenti vicinus Ecclesiae ad vxorē scripsit fuisse hoc Christianae consuetudinis, ut quae item essent coniugatae, vicatim aliena & pauperiora quaeq. tuguria circuirent, in carcerē ad osculāda vincula Mar tyrū reptarent, cibū, potum, & reliqua subministrarent pietatis subsidia. Placilla Theodosij Imperatoris vxor his à Deo spiritus sancti artibus obtinuit imperij firmitatem. Quae de ipsa scriptores memoriae mandarunt, Ecquem legere, aut Diuinā opem per misericordiae opera consecutā, imitari pigeat? Verba Theodoretī haec sunt: Habebat igitur Imperator & aliā vtilitatis occasionem, per quā de bonis operibus triumpharet; coniunx enim de Diuinis legibus eum saepius admonebat, seipsam tamen perfecte prius erudiens. Non enim Regni fastigijs elata est, sed potius Diuino Amore succensa. Beneficij namq; magnitudo maiorē ei amorem benefactoris

Iob 31.  
Iob 29.

2. II. ad vxorē  
rem.

Vid: Greg.  
Nisi, qui ser  
monem de  
eius morte  
habuit.



toris excitabat. Repente ergo ut venit ad purpuram, claudorū atq; debilium ma-  
ximā habebat curam; non seruis, non aliis ministris utens, sed per seipsam agens, &  
ad eorum habitacula veniens, & unicuique quod opus haberet, præbens; sic etiā per  
Ecclesiarum Xenodochia discurrens suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorū  
tergens, ius gustans, offerens cochlearia, panem frangens, cibosq; ministrans, cali-  
ces abluens, & alia cuncta faciens, quæ seruis & ancillis mos est sollempniter opera-  
ri. Illis autem qui ei tales res nitebantur prohibere, dicebat: Aurum distribuere  
opus Imperij est, ego autem pro ipso Imperio hoc opus offero bona omnia mihi cō-  
ferenti. Nam viro suo sæpe dicebat: Oportet te semper, marite, cogitare, quid pri-  
dem fueris, quid modo sis; Hæc si semper cogitaueris, ingratus benefactori non  
eris; sed Imperium, quod suscepisti legitime gubernabis, & harum rerum placabis  
auctorem. His ergo sermonibus semper vsa velut optimam quandam vtilitatem, vir-  
tutisq; abundantiam coniungi suo alioqui ad optima propenso offerebat. Hæc Theo-  
doretus. Secura porro sunt alia vel nobilissima, Elizabetha Regina Pannoniæ, S.  
item Ludouici Regis mater, & vxor, & pleræque eius generis, quas nec matrimonij  
vinculum, nec regnorum cura deiunxit à vinculo charitatis. Sanctæ item virgines  
Pulcheria Imperatoris Arcadij soror, & si fratris pueri moderabatur imperium,  
eumq; summa cura alebat, ceteraq; adeo eius sorores eadem studia erga templa,  
erga egenos, medicos, & aduenas libenter præstitere. Itaque factum est, ait Nice-  
phorus, ut domus eorum recte administraretur, atq; Imperatoris optata caperet  
incrementa. Et aduersariorum insidiæ, bellaq; orta omnia sua sponte soluerentur:  
Et Imperator ipse indices rebus bonis accumularus, laudatis sororis consilijs, velu-  
ti vera effigies, & statua in optimi Imperatoris formam expolita esset. Hæc ille, qui  
paulo ante sententiam auream his de rebus pronunciarat: Amorem inquitens Dei  
non consequi homines, nisi seipsos (Dei gratia) factis ipsis idoneos præbeant. Ste-  
tere igitur, & aucta sunt summa Mundi Imperia per hæc pietatis opera; & hære-  
ses ipsæ, bellaq; sua sponte ruerunt. Multa vero Hieronymus eiusmodi ad Salui-  
nam, ad Herontiam, ad Furiam viduas ea de re; multa reliqui fere omnes eius æqua-  
les Ambrosius, Augustinus scripserunt. Sed & Basilius leprosis, quos idem ipse cura-  
bat, Valerudinarium construxerat. Extat in illud Gregorij Nazianzeni Episcopi ser-  
mo vndique charitatem spirans, de pauperum amore, ac de valetudinarijs. Ad le-  
profos visendos & iuuandos, ut misericordia dignissimos, quibus, inquit, sem-  
per est maior morbi metus, quam spes sanitatis, Dei vir adhortatur. Et fan-  
ctum Ludouicum homini eo morbo laboranti inseruisse, cibumq; flexis  
genibus ministrasse à maioribus nostris accepimus. Sic Deo, mi-  
sericordiā misericordi Regi præstante, qui ab hominibus  
non vult vinci, Albigensum hæreses ad nihilum re-  
ciderunt, Regnum ad antiquam frugem,  
autamq; religionem redijt, ipseque  
Rex præclarissima pro Chri-  
sti fide itinera con-  
fecit.




FINIS DECIMIQUARTI LIBRI.




ARGUMENTVM  
LIBRI DECIMIQUINTI.



VAE me causa impulerit, ut Mathematicas disciplinas, quæ  
loco, ac dignitate pleræque superiorum præeunt, huc re-  
tulerim, ea potissimum fuit, quod eæ non solum reliquis  
scientijs, & Medicinæ, de quibus hucusque est actum, ve-  
rum etiam apprimè necessariæ sunt belli Ducibus, varijs  
Reipub. administrationibus, Geographiæ studijs, ac proinde item Huma-  
næ Historiæ, cuius siue seriem, siue Auctores meliores xvj. liber continebit.  
Porro de Arithmetica, Musica, Geometria, Astronomia, ac quidquid inde  
fluxit ad Architecturam, Picturam, & Plasticam, id mihi in scribendo præ-  
scripsi, ut methodum quidem aliquam, & insigniores Auctores, sed in pri-  
mis, quæ ad Pietatem facerent, attingerem: Syderalem scientiam à Diuina-  
trice, quam Iudiciariam vocant, abiungerem: Reliquas intetum eiusmodi,  
quæ summa Ecclesiæ erga filios suos charitate damnatæ sunt, indicarem:  
In Delectu Auctorum, quædam manuscripta Veterum commentaria non  
reticerem. Quam ad rem, præter alios, Christophori Clauij Mathematici  
Societatis nostræ, iudicium, & quæ verè dici potest, præstantia, magno  
mihi auxilio fuit: Quin & Musica, cum breuissimis illis præceptis, ac pro-  
positionibus indigeret, quæ semel quidem, sed mutilæ, Euclidis (rectius  
forfan Pappi Alexandrini) Lutetiæ olim prodierant in lucem: dedi, Deo iu-  
uante, operam, ut nunc primò integræ emitterentur è Græco Vatica-  
næ Bibliothecæ, & è libro Fuluij Ursini manuscripto diligenter collectæ:  
ac Latinæ factæ; editurus, Deo eodem adspirante, pleniorum Musices  
antiquæ tractationem, quam Hieronymus Meus vir eruditissimus, qui vi-  
tam ea in re iam vltra septuagesimum ætatis annum honestissimè impen-  
dit, mihi denique, quod nunquam alijs voluerat, concessit. Ceterum quæ  
vel cautiones, vel notæ interferendæ visæ sunt, eæ cum reliqua materia se-  
quentibus capitibus innuuntur: In qua nihil de Pictura, & Sculptura conie-  
cimur, quoniam pleræque ad Poesim pertinent: Quamobrem eas cum hac  
coniunximus, quemadmodum in decimo septimo libro videbitur.





CAPITA QVINTIDECIMI LIBRI.

- 1 Mathematica generatim . Vbi quanam eorum necessitas , vnde Dignitas , & vtilitas . Deinde origo & diuisio : vnde & scopus .
- 2. Origo , diuisio , occasio pietatis , & cautiones in Mathematicis .
- 3 Arithmetica princeps inter Mathematicas . Methodica eius expensio . Quinam contra illam , aut de illa viri celebres scripserunt .
- 4 Musica ordo inter Mathematicas disciplinas : Subiectum : Methodus . Auctores aliqui de Musica practica , & speculatiua .
- 5 Post Euclidem , siue Pappum , & Boetium , ac ceteros veteres : duos recentiores prater alios quosdam methodum Musices satis breuem scripsisse : Et quanam ex sexto Musices libro a S. Augustino conscripto , ad infinuandam , & Musica tractatione pietatem , elici possit occasio .
- 6 Euclidis Musica , que olim Græcè , & Latine mutila & multis in locis manca prodierat in lucem Parisijs per Io. Penam Regium Mathematicum , nunc ab Antonio Possseuino Societatis I E S V restituta & Vaticana Bibliotheca , ac Fuluij Ursini codicibus manuscriptoris , & illustrata Notis aliquibus ad marginem positis .
- 7 Euclidis sectio regulæ Harmonicæ cum viginti Theorematis .
- 8 Geometria , & Astronomia , quæ de ijs scripserunt .
- 9 Instrumenta rerum Mathematicarum .
- 10 Astrologia Iudiciaria refutatio .
- 11 Quinam præcipue ex Patribus aduersus Astrologiam Diuinatoriam scripserunt .
- 12 Quibusnam legibus prohibiti sunt Astrologi Diuinatores .
- 13 Præter sanctos Patres , atque Theologos penè omnes ; extitisse & ex eunte superiore , & hoc seculo , qui Iudiciarios istos Astrologos optime confutarunt .
- 14 Ex his omnibus effici , eos quoque sedè lapsos fuisse , qui Historiam cum Astrologia Iudiciaria conciliare voluerunt .
- 15 Quales habendi sint , qui hoc seculo scripsere pro Astrologia Iudiciaria aduersus Io. Picum Mirandulanum eam confutantem .
- 16 Architecturæ origo .
- 17 An edificandi ratio peti debeat ex vno vitruuio . Num item ex Salomonici Templi , quæ olim extabat ; structura .
- 18 Architecturæ partes , atque diuisio : Quanam spectanda prius quam edificia inchoentur .
- 19 Cosmographia , & Geographia vbi Methodus eas tradendi .
- 20 Auctores , qui de ijs scripserunt . Quæ Tabulas ære , vel alia materia & descriptiones expresserunt .



ANTO-



ANTONII  
 POSSEVINI  
 SOCIETATIS IESV  
 BIBLIOTHECÆ SELECTÆ

Liber Quintusdecimus.

QVI EST DE MATHEMATICIS.



MATHEMATICA GENERATIM.

Ubi quanam eorum Necessitas, vnde Dignitas, & vtilitas.  
 Deinde Origo & diuisio : vnde & scopus.  
 Caput Primum.



VOD Patribus Mathematicæ disciplinæ haud semper in pretio fuerint ; Quodq. Romani (vt inquit Cicero) non tanti eas æstimauerint , quanti apud Græcos fiebant . Quod denique plerique ad eas animum non applicent , non propterea spernendæ sunt : sed quorū illi ea dixerint primò perpendendum est : mox attingendæ Necessitas , Dignitas , Vtilitas , Origo , Diuisio , Scopus . Et quidem Hieronymus vir vt sanctus , ita doctus , Mathematicas pietatis non esse scientias dixit . At & Augustinus retractauit , quod liberalibus disciplinis , in quibus & Mathematicæ collocantur , multum tribuisset , quas ( inquit ) multi sancti nesciunt quidem ; & qui etiam sciunt eas , sancti non sunt . Ambrosius autem adhuc grauius in Geometras terræ ambitum metientes Diuinorum eloquiorum auctoritate inuehitur , cum perquisitas ymbrarum causas , & Ecclypsiū marcescentes sapientiæ vanitates vocat . Sanè hi Patres non tam disciplinas istas , quàm ijs abutentes increparunt : quodq. dum pluri faciem cæli dijudicant , terram metiuntur , & alia huiusmodi satagunt , relinquunt interim potiora , seq. ipsos à seipsis , plusquam res à materijs abstractant ; reliqui vero syderibus , aut casui tribuant , quæ bonis , & Christiano dignis operibus æterna præmia debentur . Iam ad Romanos quod attinet , quoniam in Imperij administrationem sedulo incumbabant , ex iisdem disciplinis , quæ negotijs explicandis necessaria videbantur , ea , ceteris omissis , vsurparunt .

Quamobrem Cicero inquit . In summo honore apud Græcos Geometria fuit : itaque nihil Mathematicis illustrius . At nos ( ait ) metiendi , ratiocinandiq. vilitate inspecta , huius artis terminauimus modum .

Aug. lib. de Ordine .

Ambros. lib. 6. in Hexameron .

Cic. in prima Tusculana .

q 2 Verum



Sextus Empiricus.  
Xenophon in lib. de dictis Socratis.

Euclidem a gyltro non licet maiorem esse discipulum.

NECESSITAS. DIGNITAS.

VUTILITAS Mathematicarum.

Timæus Platonis.

Aristotelis loci ubi agit de Mathematicis.  
Tetragonismus Antiphontis.  
Compositi gnomones.

Verumenimero fuere alij siue Antiqui ethnici, siue postea, vel certe Patrum nostrorum memoria, Philosophi, qui hypotheses Geometrarum, quæve ducuntur inde argumenta negantes, Mathematica penè omnia, sic vti & facultates alias, conati sunt euertere: Et hi non solum Sceptici, verum etiam nostri temporis Philosophi quidam fuere. De illis fusius agit Sextus Empiricus. De vtriusque autem pressius Io. Franciscus Picus Mirandulanus cap. 61. & sequentibus libri tertij de examine doctrinæ vanitatis Gentium. Socratem autem narrat Xenophon censuisse tantum operæ dandum esse Geometriæ, quantum agrorum mensurationi, ac distributioni esset satis. Neque enim ipsis probabantur, qui difficili figurarum cognitioni nimis inuigilarent, quamuis Mathematica nosset egregiè. Sed sapienter ille quidem pro hominis ethnici captu; quippe qui moralem philosophiam, tanquam Reipub. vtiliorem alijs quoque philosophiæ partibus præferat, quòd in his plures sint nodi, qui cum fatigent ingenia, ij neque animi tranquillitatem, nec felicitatem pariunt. De Aristotele quidem negandum non est, quin dixerit, Antiquos fuisse deceptos, quod cum naturalibus Mathematicas disciplinas commiscerent. Quare & Auerroes negabat eas ad felicitatem facere. Quod si verò aliquis perfectionem ijs arrogasset ex modo cognoscendi; respondit; perfectionem esse non posse ex parte cognitionis, vbi principia certa non essent: reuocantur enim in dubium diuisio continui infinita, & puncti, & lineæ, & alia per multa. Quin & alij illud attulerunt. Cum ad infinitum Geometricæ figuræ produci possint, demonstrari quicquam in eis per veras causas non posse. At omnes isti plus spectabant, quod habebant præ manibus, quam vt sibi proposuissent eas disciplinas profiteri; in quibus si magis profecissent, ea responderent quæ Mathematici præstantes aduersus illa solent afferre. Profectò non destitit Aristoteles, qualibet occasione à Mathematicis præsidium, aut exempla accersere ad id, quod in philosophis erat necesse, comprobandum. Ad extremum haud desunt qui superuacaneam inquit esse operam in Euclidis theorematibus omnibus percipiendis; quandoquidem eius propositiones reduci possint ad pauciores. Veruntamen neque id superuacaneum fuerit; sunt enim pauca quædam pro principijs: alia pro conclusionibus: plurimæ pro consequentibus; quæ vocant corollaria: nonnullæ conuersæ, quas Euclides suo diduxit arbitrato ad exercendam iuuentutem. Quo magistro non licet maiorem esse discipulum.

Hæc cum ita sint, necessitatem, dignitatem, atque vtilitatem disciplinarum Mathematicarum illa demonstrant, quod ad contemplandi, atque ad agendi rationem Plato, & Aristoteles eas asciuerunt. Vt plato totum Mathematicum ex Arithmeticis, & Geometricis genus à sensibus abductum, suis verbis appelleret *Ελαττινόν, ἀλογόν, ἀσπαραλληττινόν, ἐνεργηττινόν, μετασπρεπτινόν νοήσεως, δεινοίας, θείας, ἀληθές*: hoc est eiusmodi, vt alliciat, impellat, excitet, erigat, conuertat intelligentiam, ratiocinationem, contemplationem, & veritatem. Quibus verbis non sophisticas vmbras, sed logicam mentis actionem intelligit, qua veritatis demonstratio purius, & accuratius consideratur. Ac sanè Timæus Platonis, & Physica Aristotelis maximo sunt argumento, quantam præferant lucem philosophiæ ipsa Mathematica. Nam in Timæo Plato facit Deum componentem Mundi animam rationibus Arithmeticis, & proportionibus, deinde corpus Geometricis figuris. Quamobrem Physica Platonis, è numeris, & lineamentis, Arithmetica, & Geometrica est: quæ sanè ab Geometriæ ignaris intelligi nequeunt. Inde igitur factum, vt in Academia vestibulo præfixum esset à Platone tritum illud, *οὐδεις ἀγεωμέτρως εἰσείτω*. Nemo Geometriæ expers ingrediatur. Aristotelis verò vniuersa de motu & quiete, de tempore, cæloque, ac de animalium progressu historia, totaq. illa disputatio Physica non tam exemplis, quam etiam fundamentis Geometricis abundat. Primo enim libro in medium adducit tetragonismum Antiphontis, vt illum improbet. Secundo affert exempla de duobus rectis in triangulo, præter id quod in Posterioribus Analyticis egit. Tertio de compositis gnomonibus attingit quædam.

B  
C  
D  
E

Cut ab alijs quib, omitatur expo sitio aliorum librorum de Physico auditu.  
Plato in Epinomide.  
Alcinous - Carpentarius.  
Aristoteles 12. Metaph.  
Plato 6. & 7. de Rep.

Ad Theologiam noscendâ vti les Mathematicæ.

Medicinæ esse necessarias mathematicas.  
Agricolæ quid è Mathematicis.  
Architas.  
Eudoxus.

Mechanica.  
Volatus inditus lignæ columbæ ab Archita.  
Sphæra Archimedis.

Musca Norimbergæ.  
Anicula, Iris, Hydraulium Claudij Gallij in hortis Tyburtinis.

dam. Reliquis de infinitate magnitudinis motus, ac temporis: Vt in eam opinionem Viri docti venerint, eorum librorum integram à plerisque expositionem, omitti, quòd Mathematicas disciplinas altius non perceperint. Sed & in libris de Cælo Aristoteles non tacuit, quod diameter sit incòmensurabilis lateri: deq. triangulis, atque pyramide, deq. sphæra octo pyramidibus composita. In meteoris verò quàm multus est in Mathematicis adhibendis. Idem de Metaphysicis dicendum est; nam vt reliqua missa faciamus, siue quæ Plato in Epinomide ad eius dialogi calcem afferit, inter speculatrices scientias Arithmeticam adnumerans; siue quæ Alcinous Isagogen in doctrinam Platonis scribens, & Mathematicas disciplinas extollens: quæve Carpentarius in eundem Alcinoum tradit: Certè Aristoteles 12. Metaphysicæ illa tria considerat. An mathematica, & quo pacto sint. An sint ideæ, & specificus numerus. An numeri & ideæ entium principia sint. Quibus omnibus perneccessaria quædam Mathematicarum scientia est. Atqui cum Plato sexto & 7. de Repub. absolutam Philosophiæ distinctionem tradidisset: nimirum, vt Intellectualia Metaphysicæ constituerent, Sensibilia Physicæ, cogitabilia Mathematicæ: Aristoteles autem sexto Metaphysicæ per alia obiecta, concretionem vtiq. materiæ, & abstractionem secundum rationem, & secundum esse philosophiam speculatiuâ diuisisset: Siquis Mathematicas disciplinas ignorauerit, non solum quomodo in hac re inter se consentire possint Plato & Aristoteles, ignorabit, verum etiam haud assequetur, quomodo Aristoteles strictius illâ assumpserit, cum de parte tantum primæ Philosophiæ agit, quæ incorporeas substantias re à materia separatas rimatur: quo sanè pacto Aristotelis diuisio rectè defenditur. At Plato vniuersam Metaphysicam intellexit, qua in re ad diuersa obiecta necessario erat confugiendum. Iam ad ipsam quoque Theologiam noscendâ quantopere Mathematicæ pertineant, monstrarunt antiqua sæcula, & illud potissimum, quo Nicæna Synodus est habita: nouissima item, in qua, vt in Nicæna, de tempore Paschatis, ac de reliquorum, vt vocant, mobilium festorum celebratione agendum fuit: qua vna re totius Christianæ Reip. ordo, ac gubernatio continetur; ne modo digrediar ad ea, quæ passim in scripturis occurrunt de stellis, orbibus, mensura, & architectura templi Salomonis, & de alijs plusquam sexcentis. Sin Medicinam respicimus, adest Galenus medico negans corporum curationem esse committendam, qui temporum motus, & opportunitates ignoret: quibus ignoratis plerunque interitum afferat, à quo salus & sanitas expectatur. Agricolæ verò ipsi, dum in tempore non fiunt insitiones, plantationes, sementes penuriam & caritatem soliti sunt experiri. Architas quoque, & Eudoxus, vt refert in Marcelli vita Plutarchus, cum Geometricas contemplationes ab animo, & rebus in mentis tantum contemplationem cadentibus ad rerum sensibilibus, & corporearum exemplis traduxissent, Geometriam exornarunt non tam logicæ, quam practicæ demonstrationis varietate. Et Aristoteles Mechanica docuit, litterisq. prodita euulgauit. Neque verò ij tantum ex hac re percepti sunt fructus, quòd Architas lignæ columbæ volatum indiderit, quam ita libramentis suspenderat vt aura spiritus occulta concitaretur; vel quod Archimedes, & Possidonius sphæras eas fabricauerint, in quas, vt Cicero inquit, cum Solis & Lunæ, ac quinque errantium motus alligassent, effecerunt idem, quod ille, qui in Timæo mundum ædificauit Deus, vt tarditate, ac celeritate motus dissimillimos vna regeret conuersio: vel quod muscam, & Aquilam Geometricis pennis illatam Norimberga exhibuerit: vel quæ Claudius hiæce proximis annis Tybure in Atestini Cardinalis hortis visus sit penè noua naturæ miracula edidisse, cum effecisset, vt aquarum leni, ac placido illapsu æneæ auiculæ motu, voce, cantu ad noctuæ aduentum opportunè intermissio, ad eius discessum repetito opportunius, ita imitarentur veras, vt potius qui fictas assereret temerarij, quam qui veras æstimaret, nimis creduli nomen mereretur: (Adidit autem & hydraulium, è quo suauissimus & harmonicus sonus inaudiebatur) Quodque (quod sanè fuit adhuc magis admirandum) ad eius arbitrium cælestis

arcus, quem Latini Iridem dicunt, ita eleganter, ac verè circumduxerit; vt esset A  
laudandus Deus, qui tale, etiam in rebus huiusmodi, acumen humanis ingenijs de-  
disset. Non hi tantum inquam ex mathematicis percepti sunt fructus in rebus,  
quæ sub actionem cadunt: verum alij innumerati: vt in vna Geodæsia, qui primus  
Geometricæ exercitationis, & actionis est campus, vnicum radij instrumentum, li-  
neas, proindeq. superficies, & corpora metiatur. Geometra autem non modo  
ædificia quælibet, sed terras, maria, cæliq. meatus radio describant, & surgentia  
sydera dicant. Sic Geodæsius Geometriæ vsus latissimè per cælum, terraq. dif-  
fusus est: vt hominibus cæli cardines describeret, vagis autem ac fixis syderibus  
domicilia, & sedes notauerit, Europam, Africam, Asiam climatis distributam ad  
cæli speciem delineauerit, laboremq. illum Hipparchicum, vel Superis (inquit Pli-  
nius) improbum sustinuerit. Neque verò his finibus adhuc laudes tantæ disciplinæ  
circumscribuntur. Historici enim, & ante illos Plato scribunt, plurimum interesse  
Ducis exercitus, Geometricus sit, necne, ad castrametandum, ad locum anteu-  
tendum, ad contrahendam, & laxandam aciem: ad copias ceteris ordinandas mo-  
dis: ad ipsa quoque itinera, & prælia committenda. Enimverò vexillum à Cen-  
turione tanquam punctum statuitur, vnde vel circulus, si copias exiguas videre  
oporteat, vel quadratum, si magnas, circumquaque certo interuallo describitur,  
itinera in pontium, & nauium fabrica, in fluminum deriuatione, equitum hinc, &  
illhinc inter medios pedites collocatione, Geometrico artificio, conficiuntur. Lo-  
cus iisdem artibus oppugnatur, & propugnatur; hinc aggeres, vineæ, turres ambu-  
latoriæ, ceteraq. machinæ oriuntur. Ergo Geometria vtilitatem hanc militiæ  
attulit, eademq. suis figuris præliorum varietates admirabiles effecit. Cuneo fa- C  
cto pauci Cæsaris milites Sicamborum aliquot millia perruperunt, atque euasere  
incolumes. Orbe item facto trecenti Legionarij sex millia Morinorum amplius  
horis quattuor sustinuerunt. Syracusæ vero aduersus Marcellum ab Archimede-  
ita defensæ sunt; vt in illa oppugnatione Briareus, & Centimanus appellaretur à  
Romanis, tanquam pœticiis fabulis celebratos Gigantes, vel Iouem potius ipsum  
viribus æquaret. Proclus autem à Zonara memoratus, non solum Archimedis  
inuenta tenuit, sed ex sese noua quædã attulit, & adiecit; suis enim machinis apud  
Byzantium classem hostium deleuit: vrentia nempe specula ex ære fabricauerat,  
eaq. de muro è regione hostilium nauium suspenderat, in quæ cum solares radij  
incidissent, ignis fulminis instar erumpens classarios, classemq. combussit. Talis  
Geometra fuit, & Priscus ille apud Dionem in Seuero. Talis Drognetus apud Vi- D  
truuum, & alij permulti.

Et hæc sanè plusquam satis videri possent ad excitanda erga disciplinas istas in-  
genia, nisi quæ ad earum adhuc laudem pertinent duo alia huc faciant: Alterum  
quidem à Platone dictum, quod (vt inquit Plutarchus) Platonicum characterem  
sapit, licet in eius dialogis non extet, nempe τὸν Θεὸν μάλιστα πάντων γωμίζεῖν: al-  
terum, quod ad earum originem spectat, quæ ab antiquissimo Patriarcha Abra-  
hamo manarunt in alios. Sanè vero is, cuius Diuina mente ad omnium salutem,  
&ampamp conseruationem cuncta prouidè administrantur, vniuersitatem hanc Geome-  
trica proportione temperare, ac moderari à Platone dictus est; quippe qua omnis  
Dei functio contineatur; tam ea, quæ in contemplatione est posita, quam illa, quæ E  
Mundi fabricatione, atque administratione perficitur. Et vero Plutarchus Deum  
inquit in Mundi productione Geometram ita egisse, vt problema illud Geometri-  
cum confecerit. Datis duabus figuris tertiam construere, alteri quidem æqualem,  
alteri vero similem. Quod Plutarcho auctore celeberrimum illud fuit, quo inuento  
Pythagoras, siue Thales fertur sacrificasse: sed & alterum, quod Pythagoræ omni-  
no tribuitur à Proclo, & ab omnibus antiquis, illud est, quo in rectangulo triângulo  
lateri angulo recto oppositum, quadratum æquale probatur duobus reliquorum  
laterum quadratis. Sic igitur Deus ex Platonis sententia Mundum est fabricatus.  
Illa enim, è quibus prima Mundi origo constitit, Plato partitur in tria, Deum, Ma-  
teriam,

Geodæsia.  
Radius.

Geodæsi-  
cus Geo-  
metria v-  
sus.

Labor Hip-  
parchicus.

Ducibus  
Belli Ma-  
themati-  
cas prodes-  
se.

Geome-  
triæ vti-  
litas.  
Cunei vti-  
litas in ca-  
cie militi  
Cæsaris.  
Orbis vti-  
litas in a-  
cie.  
Archime-  
des Syra-  
cusas tura-  
tur.  
Proclus.  
Specula v-  
rentia ex  
ære cobu-  
runt clas-  
sem.  
Priscus.  
Drogn-  
etus.

Ab Abra-  
hamo ma-  
nasse ad a-  
lios Mathe-  
maticas.

Euclid. lib.  
1. propof.  
47.  
Euclid. lib.  
6. prop. 25.  
Athen. lib.  
10. Diog.  
Laert. in vi-  
ta Thales.  
Virtut. li.  
9. cap. 2.  
Proclus in  
47. propof.  
li. 1. Eucli.

A teriam, & Idæam, hoc est, Deum efficientium causarum præstantissimum. Mate-  
riam subiectum omnium maximè inordinatum. Idæam exemplarium omnium  
pulcherrimum. Quamobrem si quis animo concipiat Deum tanquam sapien-  
tissimum, atque omnium Geometricum Architectum, cui materia, atque idæa  
tanquam duæ inter se discrepantes figuræ sint propositæ, quiq. Mundum debeat,  
tanquam tertiam figuram aliquam ex duabus propositis similem alteri æqualem  
construere, is intelliget Mundum à Deo ex omnibus subiectis, atque ex vniuersa  
materia fuisse coagmentatum: Sed cum nihil vellet inconcinnum, atque inordi-  
natum relinquere, sed ratione, mensura, numero exornare, nihil enim futurum erat  
Mundo pulchrius, vel etiam ædificatore præstantius: Idcirco pulcherrimum, æter-  
numq. exemplar Mundi opifex est imitatus. Sic ergo Mundum formauit, vt æter-  
ni illius exemplaris, ac formæ, quam Idæam appellamus, fuerit simulachrum.  
Mundum igitur materiæ æqualem, quod ex omni materia illum composuerit:  
Idæa vero similem fecit, quod illius sit imago, & simulachrum. Duobus igitur,  
quæ (secundum Platonem) iam præerant, Materiæ scilicet, atque Idæa, tertium  
addidit Mundum, Idæa quidem similem, Materiæ vero æqualem.

ORIGO, DIVISIO, OCCASIO PIETATIS,  
& cautiones in Mathematicis. Caput II.

**A**M ad Mathematicarum originem quod attinet, si Græcos specte-  
mus, eam Thaleti tributam fuisse notum est, quod eas ex Ægypto  
transuectas primus docuit, Pythagoras excoluit diligentius, Aca-  
demia ad perfectum adduxit: Euclides potissimum, qui tempore  
primi Ptolemæi vixit, vt constat ex Proclo: Sed Abrahamum do-  
cuisse Ægyptios satis constat, vnde postea, tum illæ, tum reliquæ  
disciplinæ in orbem, vt supra diximus, emanarunt.

His cognitis, restat scientiarum Mathematicarum diuisio, quam si petamus à  
Pythagoreis, vniuersam ij Mathematicam quadrifariam distribuerunt. Vnam  
quidem illius partem Quoto; alteram Quanto attribuentes; harumq. partium  
vtranque duplicem ponentes: Quotum enim aut per se subsistere dixerunt, aut  
iuxta respectum ad aliud considerari: Quantum autem vel stare, vel moueri: &  
D Arithmeticam quidem, quod per se est, Quotum contèplari: Musicam vero quod  
ad aliud: Geometriam vero quantum, quatenus est immobile, & sphericum, quod  
per se mouetur. At hæc diuisio viris sapientibus non omnino probatur, quippe  
quæ Mathematicas alias, siue ex Mathematicis mixtas disciplinas excludat, Per-  
spectiuam, Geodæsiam, & similes. Rectius itaque aiunt, Geminum Mathemati-  
ces duas fecisse partes; quarum alteram in abstractis reposuit, alteram autem in  
sensibilibus: quam diuisionem Aristoteles amplexatus est; atque eius quidem, quæ  
in abstractis versatur, duas longe primas, præcipuasque posuit partes, Arithme-  
ticam nempe, & Geometriam: eius vero, quæ in sensibilibus officium, & opus suum  
exercet, explicat sex, Supputatricem, Musicam, Perspectiuam, Geodæsiam, Astro-  
logiam, & Mechanicam.

Militarem autem artem, quam nonnulli inter Mathematicas numerarunt: eam,  
inquam, quæ ad instruendas, coordinandasq. pertinet acies, ipse reiicit, siquidem  
ipsa modo est supputatrix, vt in recensendis legionibus, modo Geodæsia, vt in di-  
uidendis, dimetiendisq. castrorum metationis campi spatij.

Rursus, quod ad Mathematica percipienda, occasionemq. ex ijs quadantenus  
capiendam ad ea, quæ pietatis sunt, facere potest, id ex Boëtio, atque ex Hugone à  
S. Victore huc adtexendum est, quod quidem hic ex illo, vbi egit de ortu discipli-  
narum in suum Didascalicum inseruit. Boëtius enim cum Philosophiam diuississet  
in Theoricam, Practicam, Mechanicam, & Logicam; Theoricam autem in Theo-  
logiam,

ORIGO MATHEMATI-  
CARVM.

Euclides.  
Abrahamus.

DIUISIO  
Mathematicarum.

QUOTVM.

QUANTVM.

Arithmeti-  
ca an cõsi-  
derat quo-  
tum.

Geometria  
an quantã.  
Geminus,  
de quo vi-  
de Procli-  
cap. 13.  
2. Physic.  
cap. 19.  
Vera Ma-  
thematica  
rũ diuisio.

An Milita-  
ris inter  
Mathema-  
ticas nu-  
meranda.

Vndenam  
ocasio ca-  
pienda est  
pietatis in  
sinuanda  
Per Mathe-  
maticas.



logiam, Mathematicam, & Physicam, rursus ipsam Theoricen sequit in intellectuabilem, in intelligibilem, & naturalem: per intellectibilem significans Theologiam, per intelligibilem Mathematicam, per naturalem Physicam. Hinc igitur Hugo cum dixisset, Mathematica abstractam considerare quantitatem: hanc esse dicit, quam intellectu à materia separantes, vel ab alijs accidentibus, ut est par, impar, & huiusmodi, sola ratiocinatione tractamus: quod quidem doctrina facit, non natura.

Hugo de ortu disciplinarum in suo Didactico.

Intelligibile quid sit Boetio. Intellectibile quid.

Quomodo intellectus degenerat.

Porro intelligibile id Boetius dixit, quod similitudo quidem est sensibilem, nec tamen sensibile. Intellectibile autem, quod nec sensibile est, nec similitudo sensibile. Intelligibile igitur, licet solo percipiatur intellectu, non solus tamen intellectus id percipit: Hic enim imaginationem, vel sensum adsciscit, quo ea, quæ sub sensum cadunt, comprehendat. Quamobrem tangendo corpora degenerat, quia dum visibiles corporum formas per sensum passiones percurrit, easque attractas per imaginationem in se trahit, toties, a sua simplicitate scinditur, quoties aliquibus contrariæ passionis qualitatibus informatur. Cum vero ab hac distractione ad puram intelligentiam conscendens in vnum se colligit, fit beator intellectibilis substantiæ comparatione.

A

B

Quin etiam idem vir sapiens Hugo occasionem capiens, à Mathematicis, præfertim autem ex Arithmetica docendi simul, & animos ad pietatem ædificandi, sic agit, ut huius progressionis, regressionisque rationem ipso etiam numero nos doceri demonstret.

Dic (inquit Hugo) ter vnum, sunt tria: dic ter tria, sunt novem: dic ter novem, sunt viginti septem: dic ter viginti septem, sunt octoginta vnum. Ecce in quarto gradu tibi unitas prima occurrit, idemque euenire videbis, si vsque ad infinitum, duxeris multiplicationem, ut semper in quarto gradu unitas emineat. Rectissime, autem simplex animæ essentia unitate exprimitur, quæ ipsa quoque incorporea, est. Ternarius quoque propter indissolubile mediæ unitatis vinculum congruè animam refertur, sicut quaternarius, quia duo media habet, ideoque dissolubilis est, & proprie ad corpus pertinet. Prima igitur progressio animæ est, qua de simplici, essentia sua, quæ monade figuratur in virtutem ternarium se extendit, ubi iam per concupiscentiam aliud appetat, aliud per iram contemnat, per rationem inter vtrumque discernat. Et rectè à monade in triadem profluere dicitur, quia omnis essentia, naturaliter prior est potentia sua. Rursum quod eadem unitas in ternario multiplicante ter inuenitur, hoc significat, quod anima non per partes, sed tota in singulis suis potentijs consistat. Neque enim vel rationem solam, vel iram solam, vel concupiscentiam solam, tertiam partem animæ dicere possumus, cum nec aliud, nec minus sit in substantia ratio, quàm anima, nec aliud, nec minus ira, quàm anima, nec aliud, nec minus concupiscentia, quàm anima, sed vna, eademque substantia, secundum diuersas potentias suas diuersa fortitur vocabula. Deinde à virtuali ternario secunda progressio ad regendam humani corporis musicam descendit, quæ nouenario componitur, quibus quia novem sunt foramina in humano corpore, secundum temperantiam naturalem, in fluit, & effluit omne, quo idem corpus vegetatur, & regitur. Hic quoque ordo est, quia prius naturaliter anima potentias suas habet, quàm corpori commisceatur. Postea autem in tertia progressio per sensum iam extra se profusa, ad visibilia hæc, quæ per viginti septem, qui solidus numerus est, & trina dimensione ad similitudinem corporis extenditur, figurantur dispensanda per infinitas actiones. In quarta autem progressio, soluta à corpore ad puritatem simplicitatis suæ reuertitur: ideoque in quarta multiplicatione, ubi ter viginti septem in octoginta vnum excreuit, monas in summo apparet, ut euidenter clareat, quod anima post huius vitæ terminum, qui per octoginta designatur, ad unitatem suæ simplicitatis redeat, à qua prius discesserat, cum ad humanum corpus regendum descendebat. Quod autem in octoginta meta humanæ vitæ naturaliter consistat, Propheta declarat. Si, inquit, in valetudine octoginta anni, & amplius, corum

Hugo à s. Victor lib. 2. de studiis didactico. s. de quaternario animæ.

Quaternarius numerus. Ternarius.

Secunda progressio.

Anima naturaliter habet potentias suas priusquam corpori commisceatur.

Tertia animæ progressio.

Quarta animæ progressio.

Psalm. 89.

eorum labor, & dolor. Hanc quadruplam progressionem, illum quaternarium animæ, de quo supra locuti sumus, quidam intelligendum putant, eumque ad differentiam quaternarij corporis, quaternarium animæ appellarunt.

Ceterum hoc loco præmonendum est, eos, qui præmuniri velint aduersus seu nimiam curiositatem, siue penè ingenitam cupiditatem futura prænoscedi, siue adeo aduersus commenta eorum, qui per Geomantiam, Aeromantiam, siue Auguria, & Auspicia, Chiromantiam, Astrologiam Diuinatricem, & alia id genus profitentur sese futura posse prænoscere, aliqua sanè ex ijs, quæ sequuntur intellecturos, veritatem & vtiliter lecturos, præter alia, nouem libros Io. Francisci Pici de Prænotione. Primo enim libro, postquam egit de prænotionis nomine, essentia, causis interioribus, siue principijs; deinceps autem vndenam homini prænotio, & cuius gratia disquirenda sit; Mox secundo differit de vera, Diuinaque prænotione; Tertio eam, quæ secundum naturam est, adducit in mediū, & præscriptos ei limites ostendit. Quartus vero insequentes confutandis superstitionis prænotionibus addixit. At istorum primo, qui quartum tenet locum in ordine, præliatur aduersus aperta cum Dæmone pacta fœdera, è quibus ducuntur plurimæ diuinationum species. Tribus reliquis eliminantur, quæ de occulto prodeunt pacto. Quintus enim aduersus Astrologiam pugnat: Quo & libros duodecim Ioannis Pici patris sui contra eandem cõpendio clausit, nonnullisq. etiam adiectis omnium rationes dissoluit, & refutauit, quæ ad eam vsque diem aduersus illud Patris sui opus prodierant in lucem. Sextus agit contra Chiromantes, Geomantes, Augures, & reliquam superstitionis turbam. Septimus redarguit Magicas vanitates, & prophanas, quæ inde scaturiunt, præsentiones, cum alterutro fulciantur pacto, & ab utroque dependeant. Octauus prænoscedi cupiditati præscribit metam. Nonus dilucidè monstrat, quibus modis Diuinæ prænotiones à naturalibus, ac superstitionis, & curiosis dirimi queant.

Prænotio salutaris.

Ioannis Francisci Pici libri de prænotione, quæ docti, & vtilis.

ARITHMETICA PRINCEPS INTER MATHEMATICAS.

Methodica eius expensio. Quinam contra illam, aut de illa viri celebres scripserint. Caput III.



VI de Arithmetica scripserunt Antiquiores, ij sunt, quos huic capiti adscripsimus. Qui ex recentioribus methodū ipsius tradidere, fuere vel Catholici, vel qui, cum numeros subducere nouissent, fidei articulos aut ignorarunt, aut integrè credere noluerunt. Ex Catholicis autem suffecerint ad introductionem vel Christophorus Clavius de Arithmetica, ubi accuratissimè agit de supputatrice, vel (si summam capit tractationis Arithmetice aliquis nosse sat habeat) Petrus Gregorius lib. 15. de arte mirabili; aut denique si ipsam philosophicam Methodū ea de facultate assequi cupit, Iacobus Mazonius libro de triplici Hominum vita, à quæst. 2928. vsque ad 2683. nam bis millemam sexcentisimam octogesimam quartam inchoat à Musica. Ceterum ille inter Mathematicas disciplinas principè facit Arithmeticam rectè: quæ matris quodammodo ad reliquas proportionem obtineat: Siquidè subla ta Arithmetica, Geometria quoque corrui, & cum situ non egeat, ceteris omnibus simplicior est, siquidem rimatur numerum, illiusque proprietates: quarum cognitio hauritur absque positione, quod in quantitate continua non accidit.

dat, Numeri speculationem in duas principes partes partitur. numerumque considerat, vel absolute ijs in rebus, quæ Arithmeticæ tatum propriae sunt, vel ut ad aliquid refertur, hoc est, ad eamque in Geometricis figuris, & in eorum spatiorum dimensionibus possunt etiam perspicere. In prima parte, paris, imparis, perfecti, imperfecti, & superflui naturam, diuisionemque absoluit. In secunda, numeri lineares, triangulares, quadrati, ceteri, quos sola pendit plana dimensio, necnon in æquali laterum compositione coniuncti, solidi etiam, id est, Cubi, Spherici, Pyramides, Laterculi, Cunei, atque hoc genus alij expenduntur.

Methodica Arithmetica ex pensio.

Sic postquam egit de numeris, qui circa Geometricas dimensiones versantur, ad Arithmetice relatam descendit, atque inde ad proportionem Arithmeticam, Geometricam, Harmonicam. Exinde ad Arithmetice supputatricem tum absolutam, tum relatam. Ad artè denique, quam vocant Arabes Algebram. (Algebra enim significat restaurationem numeri) siue Almucabalam, quæ supputatricis est pars, quæ regulis Algebraicis perficitur, cuius primarium propositum est æqualitatis proportio.

Algebra quid designet.

Quid verò contra facultatem Arithmeticæ Pyrrhonij, Pyrrhonij disputauerint, Sextus Empiricus Sextus Empiricus egit tã in tertio Pyrrhonorū, quàm in libro contra

Clauij Arithmetica practica.

Petrus Gregorius.

Iacob. Mazonius.

Arithmetica princeps inter Mathematicas.

B

C

Io. Franc. Picus li. 3. Examplis Vanit. Gen. titim c. 7.

Pythagorici unitate coluerunt, sed differenter.

contra Physicos, vbi scripsit de numero motus, quam etiam in lib. contra Arithmeticos. Ioannes autem Franciscus Picus Mirandulanus summam inde collegit, quæ huc facere videbantur, initium à Numero capiès, quem Pyrrhonij vniuersi euertere procurarunt vnitatem sublata; quam maximè Pythagorici coluerunt, sed differenter, quippe quorum alij ex duobus principijs, vnitatem videlicet, & dualitate sine termino, numeros omnes con-

quo lineæ, superficies, corpora, præcedentibus tamen numeris, ex quibus reliqua solida, Terra, Aqua, Aer, Ignis, & vniuersa mundi fabrica. Cum autem de Platone, Socrate, & alijs, paucis, ac præse egisset, ad extremum inquit, Arithmetica, Geometria, & ceteras Mathematicas disciplinas adeo Platonici haud tanti fecere (quanquam illas habuisse in honore existimati sunt) vt censuerint per sese habedas magno in precio, sed quatenus ad inuisibilem essentiam comprehendendam conduceant, nec vero scientiæ nomine honorarunt, vt apud Platonici Alcinoi videri facile potest.

Platonici quatenus in honore Mathematicas habuerunt.

Auctores aliquot, qui de Arithmetica scripsere.

Barlaami Logistica. Barocius de numeris Platonis. Boetij Arithmetica cum Commentarijs Gerardi Ruffi. Parisijs in fol. Böhelli Algebra edita Bononiæ in 4. Diophantus eximus Auctor libros 13. scripsit de numeris Polygonijs: sed non extant nisi sex. Primus autem rem fuit, qui Algebram condidit. Edita vero sunt in eum scholia Planude. Chutcherbertus Tonstallus de arte supputandi. Parisijs in 4. Gemma Frisij Arithmetica practica. Parisijs in 8. Ex omnibus autem compendijs, hoc melius esse iudicat Christophorus Clavius. Hieronymi Cardani liber de proportionibus, & Algebra probantur eisdem Clauio, edita est Basileæ, in fol.

Iacobus Mazonius suis quaestionibus de triplici hominum vita, agit de methodo Arithmetice, à conclusione 27. vsque ad 2684. vt diximus: edita autem sunt Cæsennæ. Iordanus in folio, Parisijs. Iosephus A costa libri primi 2. cap. de natura Noui Orbis mentione facit artis numerandi, qua Indi excellunt. Leonardus Pisanus. vide in voce Luca à Burgo. Fr. Luca à Burgo liber de Arithmetica. Venetijs excusus est: Qui quidè Lucas (quemadmodum & plerique alij) ex Leonardo Pisano antiquiore Auctore Italo, qui extat manuscriptus, sed nondum editus, multa desumpsit de verbo ad verbum. Ludolphus Colonienis, molitur opus perfectum Algebræ in Belgio, vt audio.

Ludouicus Viues, vbi de corruptis disciplinis, agit item quædam de Arithmetica. Michael Siphelius edidit Arithmetica; quæ probatur à vijs præstantibus. Nicolai Tartaleæ liber nõ improbandus, Venetijs in folio editus. Nicomachi Arithmetica, & Ioannes Grammaticus, & Aclepius in eundem Nicomachum. Petrus Bongus de mystica numerorum ratione. Petrus Gregorius in suo libro de arte mirabili: vbi de Arithmetica agit. Petri Nonij Algebra Hispanice scripta, & Antuerpiæ edita in 8. Nã de Arte nauigandi scripsit Læinè. PSELLI quadriuium. Theologumena Arithmetice.

Musica ordo inter Mathematicas disciplinas: Subiectum: Methodus: Auctores aliqui de Musica practica & speculativa. Caput IIII.

Cur Musica post Arithmetica.

Musice subiectum.

Quid mirum in Musica.

DE Musica Ordo, Methodus, Cautiones & Auctores attingendi sunt. De Ordine id sciendum est, Musicam secundum scientiarum seriem non iuxta rerum ortum post Arithmetica recte collocari. Alioquin enim Geometria, & Astronomia Musicam præcedere videntur. Porro Musicæ subiectum est Numerus, vt Sonorus: Consonantia autem numerus hæud est causa proxima, sed remota: Siquidè proportio est consonantiarum causa proxima. In Musica item id mirum est, secundum naturam ea esse priora, quæ cõpositiora sunt, ea vero posteriora, quæ simpliciora; quod inde fit, quòd Musica proportio secus procedit, atque Arithmetica; Siquidem hæc multiplicationi vnitatum studet, illa vero diminutioni: Nam sicut termini progressionis proportionis Arithmetica, sunt vnitates multiplicatæ, sic termini Harmonica sunt numeri partium numerarum in corpore sonoro, quæ ex illius di-

uisione oriuntur. De Musicæ autem diuisione vide Martianum Capellam libro nono. Iam Methodum Musicæ tractarunt antiqui Mathematicarum Cultores Aristoxenus, & Ptolæmus de hac disciplina optime meriti; ac reliqui item eorum ferè Interpretes Porphyrius, Nicomachus, Gandetius, Brycnius, Alypius, Aristides Quintilianus, & eiusdem classis aliquot Græci. Inter quos, quoniam consequenti iam sumus Euclidis, siue forsitan Pappi Alexandrini rudimenta Musicæ, & eiusdem Auctoris sectionem regulæ harmonica, qui duo libelli nunquam integrè in lucem editi sunt, propterea ne quid in hac re ad hæc scientiam tradendam docti viri desiderant, ipsam Euclidis introductionem factam quidem Latinam, sed auctam ex manuscriptis codicibus Græcis huic Tractationi adtexam. Ex ea enim septem harmonicas partes optime intelligentur cum theorematibus ijs, quæ ad regulas harmonicas pertinent.

Methodus Musicæ scriptores aliqui.

Præter

Præter Euclidem, & alios Methodum Musicæ à duobus recentioribus sat breuem fuisse scriptam. Et quoniam S. Augustino ad insinuandam à Musica pietatem, elici possit occasio. Caput V.

Iacob. Mazonius lib. de triplici hominum vita. de quo sup. in Elencho Interpretum Aristotelis.

Sextum Augustini librum de Musica esse legendum.

Aug. lib. 6. de Musica, cap. 1.

SANCTISSIMA AUGUSTINI admodum nitida adhibenda non tam Musices, quam aliarum disciplinarum studijs.

Non vilis possessio esse vilem viam.

Am præter Euclidem, Boetium, ac veteres alios, si quis compendiosam querat Methodum Musicæ, eam inter alios duo attigerunt: Alter Iacobus Mazonius, qui post consonantias, & dissonantias agit de Musica organica, ad quam item instrumenta Musicæ pertinent, mox de Mundana, deinceps de Humana, ac denique de Musica modis à quaestione 2684. vsque ad 2777. Alter Petrus Gregorius libro duodecimo Syntaxis Artis mirabilis.

Ceterum cum sex libros, illos quidem non prolixos, sed succi plenos scripsisset vir S. Augustinus, optandum est quàm quod maximè, vt sextum ex ijs potissimum legant, qui in Musicis studijs proficere cupiunt. Prioribus enim quinque libris cum de vestigijs numerorum ad moras pertinentium egisset, ac putasset, ea fortassis, tanquam leuia, non omnibus probatum iri, hæc verba subiecit, quæ sanè in omnibus bonis artibus essent attendenda. Sic autem inquit.

Hanc nostram (hoc est superiorum quinque librorum) nugacitatem apud beneuolos homines facile fortassis excuset officiosus labor: quem non ob aliud suscipiendum putauimus, nisi vt adolescentem, vel cuiuslibet avari homines, quos bono ingenio donauit Deus, non præproperè, sed quibusdam gradibus à sensibus carnis, atque carnalibus litteris, quibus eos non hæc re difficile est, diuice ratione auellatur: atque vni Deo, & Domino rerum omnium, qui humanis mentibus nulla natura interposita, præstat, incommutabilis veritatis amore adhaerescerent. Illos igitur libros qui leger, inueniet nos cum Grammaticis, & Poeticis animis, non habitandi electione, sed itinerandi necessitate versatos. Ad hæc autem librum cum venerit, si, vt spero, & supplex deprecor, Deus, & Dominus noster propositum meum, voluntatemque gubernauerit, & eò quod est in terra perduxerit, intelliget non vilis possessionis esse vilem viam, per quam nunc cum imbecillioribus, nec nos ipsi admodum fortes ambulare maluimus, quàm minus pennatos per liberiores auras precipitare. Ita nos, quantum arbitror, aut nihil, aut non multum peccasse iudicabit, si tamen de numero spiritualium virorum iste fuerit. Nam turba cetera de scholis linguarum tumultuantium, & ad plaudendum strepitum vulgari leuitate lacrantium, si forte irruerit in hæc litteras, aut contemner omnes, aut illos quinque libros sufficere sibi arbitrabitur. Istum vero, in quo fructus illorum est, vel abijciet quasi non necessarium, vel differet quasi post necessarium. Reliquos vero, qui ad ista intelligenda eruditi non sunt, si sacramentis Christiana veritatis imbuti, in vnum, & verum Deum summa charitate nitentes, cuncta puerilia transuolauerunt, fraternali admonetio, ne ad ista descendant, & cum hic laborare ceperint, de caritate sua conueruantur, ignorantes itinera difficili, & molesta pedibus suis, volando se posse etiam ignorata transire. Si autem ij loquunt, qui & infirmis, aut inexcitatis gressibus hæc ambulare non possunt, & nullas pietatis alas habent, quibus ista neglecta præteruolent, non se inferant in conuenienti negotio; sed præceptis saluberrima religionis, & modo si dei Christiana pennas nutriant, quibus superuacui laborem, ac puluere huius itineris euadant, magis ipsius patriæ, quàm viarum flexuosarum amore flagrantibus. His enim hæc scripta sunt, qui litteris secularibus

A dediti, magnis implicantur erroribus, & bona ingenia in nugis conserunt, ne scientes quid ibi delictet. Quod si animaduertent, viderent, quæ effugerent illa reuera, & quæ sanè esset beatissima securitatis locus.

Hæc cum Augustinus è sancto pectore deprompsisset, egisset autem de sonorum numero quidnam esset, & quomodo deprehédatur, plura item de trium numerorum ordine differensisset; quorum alteri in memoria, alteri in sentiendo, alteri in sono essent; quinque vero numerorum genera nominasset, quorum primi dicerentur iudiciales: secundi progressores: tertij occurrentes: quarti recordabiles: quinti sonantes: ad aliorum numerorum superioribus præstantiorum disquisitione accédit; rationem omnis concinnitatis inuentricem ostendens: ac deinde summam numerorum æqualitatem ex creatis æqualitatibus inquirens: Vt tandem ad Dei amorem cuncta esse referenda, ac quomodo mens triumphare de numeris temporalibus debeat, edoceat; Nimirum Harmoniam illam eliciat, quæ ex contemplatione Prudentiam: ex sanctificatione Temperantiam: ex impassibilitate Fortitudinem: ex ordinatione Iustitiam perficit: Id quod potissimum in beata vita cælites sunt consecuti.

Ac tamen cum hæc ita sint, meminerint qui hunc librum legerint, vt simul percurrant, quæ sanctus ille Pater ex eo retractauit libro primo suarum Retractionum: sic enim, inquit, sex libros de Musica scripsit, quorum ipse sexus maximè innotuit, quoniam res in eo digna cognitione versatur, quomodo à corporalibus, & spiritualibus, sed mutabilibus numeris perueniatur ad immutabiles numeros, qui iam in ipsa sunt immutabili veritate, & sic inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Quod qui non possunt, & tamen ex fide Christi viuunt ad illa certius, atque feliciter conspicienda post hanc vitam veniunt. Quid autem possunt, si adest eis fides Christi, qui vnus mediator est Dei, & hominum? cum tota sapientia sua perierint. In hoc libro illud, quod dixi: corpora enim tanto meliora sunt, quanto numerosiora talibus numeris: anima vero istis, quæ per corpus accipit, cavendo fit melior, cum sese auerit à carnalibus sensibus, & diuinis sapientie numeris reformetur; non sic accipiendum est, quasi non sint futuri numeri corporales in corporibus incorruptibilibus, & spiritualibus, cum multo speciosiora, & deceriora futura sint, vt anima eos sensura non sit, quando erit optima, quemadmodum hic eis cavendo fit melior. Hic enim opus habet auertere se à carnalibus sensibus ad intelligibilia capiendum, quia infirma est, & minus idonea utriusque simul adhibere menti, non suam. Et in his corporalibus nunc illecebra cauenda est, quando anima illi ad delectationem turpem potest. Tunc autem tam firma erit, atque perfecta, vt numeris corporalibus non auertatur à contemplatione sapientie, & ita sentiat eos, vt non illicitatur ab eis, nec eis cavendo fiat melior, sed ita fit bona, & recta, vt nec latere possint eam, nec occupare. Hæc Augustinus.

Sanè vero cum ad perturbationes animi sedadas Antiqui Musicen vsurparent, Ecclesiæq. Catholica in accedendis ad pietatem animis, eam rectius semper adhibuerit, summa ope enitendum est, vt rectitudo illius vsus infillitur adolescentibus, incundatq. illa, quæ è rebus spiritualibus percipitur existat tanta, quanta ad traducendam in Dei laudibus cum hilaritate Christiana vitam fit satis.

De ratione autem psallendi iam supra locuti, restat, vt Auctores, qui tum de hac, tum de omni cantu, vel sono, aut harmonia scripserunt, huc adscribamus.

CONTENTA summam in 6. lib. de Musica S. August.

Lib. 6. cap. 9. 10. 11.

Lib. 6. cap. 16. versus finem

Rom. 1.

1. Tim. 2.


Vide 2. lib. dicitur vbi egimus de psalmis, et lib. 4. vbi de Clericis.

Auctores



Auctores, qui scripsere de Musica Practica, & Speculativa.

- A**  
 Abbas Sublacensis Benedictinus.  
 Adraffus Peripateticus.  
 Aegidius de Marino.  
 Albertus Pighius.  
 Albinus.  
 Alexander ab Alexandro.  
 Alexander Aphrodisæus.  
 Alexander Frigidacus.  
 Alypius.  
 Ambrosius.  
 Andreas Pappius.  
 Andreas Tiracuellus.  
 F. Angelus Picigitonensis.  
 Angelus Politianus.  
 Annales Petri.  
 Antoninus.  
 Architas Tarentinus.  
 Aristides. vide infra Quintilianus.  
 Aristoxenus.  
 Arnaldus.  
 Athenus lib. 4. dipnoph. c. 5. 14. 15.  
 S. Augustinus.
- B**  
 Baptista Mantuanus.  
 Bartholomeus Anglicus.  
 Bartholomeus Cassianus.  
 Bartholomeus Ramus.  
 S. Basilius.  
 Beda.  
 Bernardinus Bogetanus Germanus.  
 S. Bernardus Abbas.  
 Bion.  
 Blasius.  
 Boetius.  
 Bonaventura.  
 Briennius. Vide Emmanuel.
- C**  
 Cælius Rhodig. lib. 5. lect. antiq. c. 23. 25. 26.  
 Calderius.  
 Campanus.  
 Carolus Valgulius, qui vertit Plutarchum.  
 Cassiodorus.  
 Cleonides.  
 Conciliator. Vide Petrus Apponensis.  
 Cyrilli Commendatoris S. Spiritus. Romæ epistola Italica ad Vgolinum Gualterucium, qua agit de abusu Musices in Templis.  
 Cyrillus Vgolino.
- D**  
 Didymus.  
 Diodorus Siculus.  
 Dominicus Marcus.
- E**  
 Emmanuel Briennius.  
 Enchiridion de arte Musica.  
 Euclides, sive Pappus Alexandrinus.  
 Eusebius.
- F**  
 Flos Angelicus.  
 Franchinus Gafurius.  
 Franciscus Georgius, sed qui sit expurgatus.  
 Franciscus Tonar.  
 Franconius de Colonia.  
 Francus.
- G**  
 Galenus de voce.
- Galileus, qui Florentiæ scripsit contra Zarinum.  
 Gaudentius.  
 Gaguinus Grauiensis, qui vertit Aristoxenum.  
 Gelafius.  
 Georgius Anselmus Parmensis.  
 Georgius Rhau.  
 Georgius Valla.  
 Gerfon.  
 Goscaldus.  
 S. Gregorius Papa.  
 Guido Monachus Aretinus.  
 Guilelmus Peraldus.  
 Guilelmus de Podio.
- H**  
 Henrici Glareani dodecachordon.  
 Hieronymus Meus de Musica antiqua, qui extat apud me nondum editus.  
 Hilarius.  
 Hippocrates.
- I**  
 Fr. Iacobus Faber Stapulensis, qui quatuor libris satis doctè explicuit quidquid Boetius scripserat de Musica.  
 Ioannes Angelus.  
 Ioannes Baptista Porta Neapolitanus.  
 Ioannes Carmelitanus Anglicus.  
 Ioannes Carthusiensis.  
 Ioannes Fabricius.  
 Ioannes de Lacu.  
 Ioannis Mariæ Lanfranci Scintillæ Musices.  
 Ioannes de Myris.  
 Ioannes Rauifius.  
 Ioannes Spatarius Bononiensis.  
 Ioannes Tinctor.  
 Iordanus.  
 Isidorus.  
 Iulius Pollux lib. 4. onomastie.
- L**  
 Lancillottus.  
 Laurentius Cremonensis.  
 Lipomanus.  
 Lucas Lusius.  
 Lucianus.  
 Ludouicus Cælius Rhodiginus.  
 Ludouicus Contarenus.  
 Ludouicus Foliatus.  
 Ludouicus S. Francisci Lustrani in libro, qui inscriptus est Globus Canonum, & Arcanorū Diuinae scripturæ. Romæ editus anno 1586. libro 10. cap. 9.  
 Ludouicus Viues, vbi de corruptis disciplinis.  
 Luscinus Argentius.
- M**  
 Macrobius.  
 Marchetus Patavinus.  
 Marcus Antonius Benedictus.  
 Margarita Philosophica.  
 Martinianus Capella.  
 Martinus ab Azpilcueta. Vide in dictione. Nauarrus.  
 Maurolycus Siculus.  
 Melchior Torrentis.  
 Michael Castellanus.  
 Michael Martinus.
- Michael Pomposius Monachus. Montoya.
- N**  
 Nauarrus, vbi de Oratione, ac quomodo canendus sit cantus figuratus.  
 Nicolaus Burrius.  
 Nicolaus Faber.  
 Nicolaus Liffenius.  
 Nicolaus Vicentinus.  
 Nicolaus Vollitius.  
 Nicomachus.
- O**  
 Oddo Abbas.  
 Ornito Parche.  
 Ortho Anglicus.  
 Ottomanus Luscinus lib. Musurgie.
- P**  
 Parea Anglicus.  
 Pareia.  
 Parmensis.  
 Patricius Senensis.  
 Petrus Aaron Etruscus.  
 Petrus Apponensis.  
 Petrus Berchorius.  
 Petrus Bongus libro de mystica Numerorum interpretatione.  
 Petrus de Cannuccijs.  
 Petrus Cinciarinus.  
 Petrus Gregorius in Arte mirabili.  
 Petrus de Loyola.  
 Petrus Pontius.  
 Petrus Valerianus.  
 Philippus Bustus Mediolanensis.  
 Philippus Veraldus.  
 Philippus de Vitriaco.  
 Philolaus supra Boetium.  
 Plinius lib. 7. c. 26.  
 Plurarchus.  
 Polyantha.  
 Polydorus Virgilius.  
 Porphyrius.  
 Possidonius.  
 Prodocimus Patavinus.  
 Pselus, vbi de quatuor Mathematicis disciplinis.  
 Prolomeus.
- Q**  
 Quintilianus Aristides.
- R**  
 Raphael Volaterranus.
- S**  
 Sebaldu Hayden.  
 Speculum doctrinale Vincentij.  
 Fr. Stephanus Vaneus: quem vocant Toscanellum, Italicè.
- T**  
 Tacuinus.  
 Tapia.  
 Theophrastus.
- V**  
 Vaccens.  
 Valla Placentinus.  
 Vgolinus.  
 Vincentius Lusitanus.  
 M. Vincentius.  
 Vizcargui.  
 Vsualdus.
- Z**  
 Zarlini Institutiones, & Demonstrationes Harmonicæ, contra quem scripsit Galileus Florentiæ.



EVCLIDIS MUSICA,

Quæ olim mutila Græcè, & Latinè prodierat in lucem per Ioannem Penam Regium Mathematicum;

Nunc ab Antonio Possentino Societatis IESV multis in locis resituta è Vaticana Bibliotheca ac Fulvii Vrsini manuscriptis Codicibus Græcis: Nota item ad marginem addita.

Caput VI.

**A** Pud Suidam ita legitur. Pappus Alexandrinus Philosophus, qui circa Theodosij senioris Regis tempora vixit, quando & Theon philosophus floruit scribens.  
 Ex ijs quæ sunt Pappi sic legitur in Vaticana Bibliotheca, sicut emendatum est hoc in libro, in quo verè post Theonis Synopsim, quasi ad eam pertinentia hæc omnia ad verbum descripta sunt; quæ verba, quæ Auctorem, ni fallor, designant, ante illa μὲν δ' αὐτῶν ἐστὶν ἔργα, hoc est, Partes ipsius sunt septem, collocata sunt.

Harmonice quid sit, & eius partes septem.

**H**ARMONICE, est scientia contemplandi & exercendi concentum. Est autem concentus id, quod certum habet ordinem ex sonis & interuallis compositum. Harmonices verò partes sunt septem: De Sonis, de Interuallis, de Generibus, de Constitutionibus, de Tonis, de Mutatione, & de Μετατροπῆ.

Sonus est concinnus vocis casus ad vnam extensionem.  
 Interuallum autem est, quod continetur duobus sonis, acumine & grauitate differentibus.

Genus est, certa quatuor sonorum diuisio. Constitutio est, quod constat ex interuallis pluribus vno.

Tonus, est quidam vocis locus, systematis capax, latitudine carens.

Mutatio est similis alicuius in dissimilem locum transpositio.

Melopœia, est vsus harmonicæ tractationi subiectorum ad decorum propositi argumenti.

Porrò hæc omnia cernuntur in qualitate vocis, cuius duo sunt motus, alter quidem continuus & fermocinalis nuncupatus, alter verò interuallis distinctus, & ad bene canendum accommodatus. Motus vocis continuus.

**A**nteniones & remisiones occultas facit, nec vsquam immoratur, quoadusque taceat. Vocis autem motus interuallis distinctus, contrario modo mouetur quam continuus. Moras enim facit, & intermisiones inter illas moras, alternatimq. moræ intermisionibus interijciuntur. Moras ergo appellamus intensiones. Intermisiones verò, migrationes à tensionibus ad tensiones. Interualla autem, quæ faciunt differentias tensionum, constant intensione & remissione, quarum effectus est acumen & grauitas. Quod enim intensio fit, ad acumen vergit: Quod autem remissio fit, ad grauitatem. Quocirca intensio quidem effectus, est acuties: remissionis verò, grauitas: quarum vtrique communis est tensio. Itaque tensiones simul & phthongi appellantur. Tensiones quidem ab instrumentis ad eas comparatis à tendendo. Phthongi verò eò quòd voce etiam eduntur. Sunt autem phthongi tensiones quidem innumeræ, potestate verò octodecim in quolibet genere. Genera tria sunt, Diatonum, Chroma & Harmonia. Et Diatonum quidem canitur per tonum, tonum & Semitonium, si quidem ab acuto in graue tendas. Contra verò si à graui in acutum pergas, per semitonium, tonum, & tonum. Item Chroma cum ab acuto in graue nititur, canitur per sesquitonum semitonium, & semitonium. Cum autem à graui in acutum, contrario modo, per semitonium, semitonium, & sesquitonum. Harmonia denique si ab acuto tendat ad graue, cantatur per ditonum, diesin, & diesin: si à graui in acutum, contrario modo per diesin, diesin & ditonum. Sunt autem hi phthongi in diatonico genere.

Quod enim intensio fit, ad acumen vergit: Quod autem remissio fit, ad grauitatem. Quocirca intensio quidem effectus, est acuties: remissionis verò, grauitas: quarum vtrique communis est tensio.

Itaque tensiones simul & phthongi appellantur. Tensiones quidem ab instrumentis ad eas comparatis à tendendo. Phthongi verò eò quòd voce etiam eduntur. Sunt autem phthongi tensiones quidem innumeræ, potestate verò octodecim in quolibet genere.

Genera tria sunt, Diatonum, Chroma & Harmonia. Et Diatonum quidem canitur per tonum, tonum & Semitonium, si quidem ab acuto in graue tendas. Contra verò si à graui in acutum pergas, per semitonium, tonum, & tonum. Item Chroma cum ab acuto in graue nititur, canitur per sesquitonum semitonium, & semitonium. Cum autem à graui in acutum, contrario modo, per semitonium, semitonium, & sesquitonum. Harmonia denique si ab acuto tendat ad graue, cantatur per ditonum, diesin, & diesin: si à graui in acutum, contrario modo per diesin, diesin & ditonum. Sunt autem hi phthongi in diatonico genere.

Sunt autem hi phthongi in diatonico genere. Proflambanomenos, id est, assumpta vox, Sonus.

Hypate hypaton, i. principalis principium.

Parhy-

Phthongi in diatonico genere.

Phthongi in diatonico genere.

Phthongi in diatonico genere.

Phthongi in diatonico genere.

- Parhypate hypaton, i. proxima principali principalium,
- Lichanos hypaton diatonos, i. index principalium diatonos,
- Hypate meson, i. principalis, vel grauior, inferior mediarum,
- Parhypate meson, i. propinquior principali mediarum,
- Lichanos meson diatonos, i. index mediarum, diatonos,
- Mese, i. media,
- Trite Synemmenon, i. tertia coniunctarum,
- Paranete Synemmenon diatonos, i. proxima coniunctarum diatonos,
- Nete Synemmenon, i. postrema coniunctarum,
- Paramese, i. proxima media,
- Trite diezeugmenon, i. tertia difunctarum,
- Paranete diezeugmenon diatonos, i. proxima difunctarum, diatonos,
- Nete diezeugmenon, i. postrema difunctarum,
- Trite hyperbolæon, i. tertia eminentiorum, siue altiorum,
- Paranete hyperbolæon diatonos, i. propinquior altiorum, diatonos,
- Nete hyperbolæon, i. postrema altiorum,
- In Chromate autem, hi.**
- Proslambanomenos,
- Hypate hypaton,
- Parhypate hypaton,
- Lichanos hypaton chromaticæ,
- Hypate meson,
- Parhypate meson,
- Lichanos meson chromaticæ,
- Mese,
- Trite Synemmenon,
- Paranete Synemmenon chromaticæ,
- Nete Synemmenon,
- Paramese,
- Trite diezeugmenon,
- Paranete diezeugmenon chromaticæ,
- Nete diezeugmenon,
- Trite hyperbolæon,
- Paranete hyperbolæon chromaticæ,
- Nete hyperbolæon,
- In harmonia autem, hi.**
- Proslambanomenos,

Phthongi in chromate.

Phthongi in harmonia.

EX MANUSCRIPTO CODICE GRÆCO

Fulvii Ursini hac quæ sequuntur, quæ quidem nunquam antea fuerant impressa reposuimus:

Hæc omnia ad verbum de Aristide Quintiliani libri 1. accepta sunt, nisi forte ille ex hoc, vel potius ex

νήτη υπερβολῶν προσλαμβανόμενος μὲν οὖν εἴρηται ὁ τῆς ὀνομαζομένης τετραχόρδου ἔδει κοινῶς, ἀλλ' ἕξωθεν προσλαμβάνεται διὰ τὴν ἰσότητα συμφωνίας, τὸν μὲν ἐπέχον λόγον πρὸς τὴν ὑπάτην τῆς ὑπάτων, ὃν ἔχει μέσῳ πρὸς παραμίσῳ. ὑπάτη δὲ ὑπάτων, ὅτι τοῦ πρώτου τετραχόρδου πρώτη τίθεται. τὸ δὲ πρῶτον ὑπάτων ἐκείνη δὲ παλαιὰ. παραπάτη δὲ ἵπαρ αὐτῶν κειμένη. ὑπάτων δὲ δέξτερος, χρωματικῆς, ὁ συναρμόνιος τῆς γένων τῆς μελωδίας εἰς δηλωτικὸν φθόγον. κοινή δὲ καὶ ἡ τῆς τετραχόρδου δέξτερος γένων.

- Hypate hypaton.
- Parhypate hypaton.
- Lichanos hypaton enarmonios,
- Hypate meson.
- Parhypate meson.
- Lichanos meson enarmonios,
- Mese.
- Trite Synemmenon.
- Paranete Synemmenon enarmonios.
- Nete Synemmenon.
- Paramese,
- Trite diezeugmenon.
- Paranete diezeugmenon enarmonios.
- Nete diezeugmenon.
- Trite hyperbolæon.
- Paranete hyperbolæon enarmonios.
- Nete hyperbolæon.
- In mixtionem autem horum trium generum, hi sunt.**
- Proslambanomenos.
- Hypate hypaton.
- Parhypate hypaton.
- Lichanos hypaton diatonos.
- Lichanos hypaton chromaticæ.
- Lichanos hypaton enarmonios.
- Hypate meson.
- Parhypate meson.
- Lichanos meson diatonos.
- Lichanos meson chromaticæ.
- Lichanos meson enarmonios.
- Nese.
- Trite Synemmenon.
- Paranete Synemmenon diatonos.
- Paranete Synemmenon chromaticæ.
- Paranete Synemmenon enarmonios.
- Nete Synemmenon.
- Paramese,
- Trite diezeugmenon.
- Paranete diezeugmenon diatonos.
- Paranete diezeugmenon chromaticæ.
- Paranete diezeugmenon enarmonios.
- Nete diezeugmenon.
- Trite hyperbolæon.
- Paranete hyperbolæon diatonos.
- Paranete hyperbolæon chromaticæ.
- Paranete hyperbolæon enarmonios.
- Nete hyperbolæon.

Phthongi in mixtionem trium generum.

αὐτὰς γενικῶς περιπάται κειμένη. Ἦ πατή δὲ μέσων ἢ πρώτων ἀλλήλων τοῦ μέσων τετραχόρδου. Τοῦτο γὰρ μόνον μεταξὺ θεωρεῖται τοῦ ὑπάτων καὶ τοῦ συνημμένων. Παραπάτη δὲ μέσων ἢ μετὰ ταύτῃ, καὶ ἀλοισαίης ὁμοίᾳ τῆς ὑπάτων δέξτερος ἢ καὶ τῆς ἰσότητας προσηχορήθησαν, ὁμοιότητος τῆς πλήττοντι δ' ἀκτύλῳ πλὴν ἡχοῦσαν αὐτὰς χορδῶν ἐπονομαθεῖσθαι. Ἦ δὲ μετὰ ταύτας μέση καλεῖται. Ἦ δὲ κατ' ἕκαστον ἔροπον φθόγων ἐπισημμένων, μεσηπάτη καλεῖται. μετὰ δὲ ταύτῃ ἡμίτονον μὲν ἐπιτείναντι τρίτη συνημμένων ἔστιν. Ἦ δὲ τῆς τετραχόρδου τῆς μετὰ τὴν μέσων τετραχόρδου τὸς ἀριθμούς ἡμῶν ποιοῦμένων, διὰ τὸ λοιπὸν ἡμῶς ἐπιφθῶν τῆς ὀξυτέρων συνημμάτων. Ἦ δὲ μετὰ ταύτῃ δέξτερος, χρωματικῆς καὶ συναρμόνιος, διὰ τὸ ποιεῖται ἀπὸ αὐτῆς. αὐτὰ δὲ καὶ παραπάτη καλεῖται διὰ τὸ πρὸ τῆς νήτης κείσθαι. Ἦ δὲ μετὰ ταύτας ἡ νήτη, τὸν τῆς ἰσότητας ἢ ἕχαστη. νέαν γὰρ ἐκάλουν τὸ ἕχαστον οἱ παλαιοὶ συνημμένων δὲ ἐκάλουν τὸ ὅλον σύστημα, ὅτι τῆς ποικιλιῶν τελεῖται τῆς μέσης συνημμάτων. ἀλλὰ δὲ τῆς μέσης ἐπιτείναντι τόνον, ἢ παρ' αὐτῶν κειμένη χορδῆ ἢ παραμίσση καλεῖται. Ἦ δὲ μετὰ ταύτῃ δέξτερος ὁμοίᾳ αὐτῆς κατὰ ταῦτα τῆς ὀξυτέρῃ τῆς συνημμένων ἔχουσι τὰς ὀνομασίας. Τοῦ δὲ σύστημα τοῦτο καλεῖται διὰ τὴν ἰσότητα. ἐφ' ἕτερα γὰρ μέρη καὶ οὐκ ἐξ ἴσου τοῖς πρὸ αὐτοῦ, καίται συνημμάτων. εἴτ' ἔτις τρίτη ὑπερβολῶν, καὶ αὐτῆς ἐφεξῆς κατὰ ταῦτα ὁ δέξτερος ταύτας ποικιλιῶν τῆς ἰσότητας ἔχουσαι προσηχορήσας. ἢ δὲ γνησὶ τούτων ὑπερβολῶν εἴρηται, ὅτι πέραν ἐν ταύταις ποικιλιῶν ἢ φωνῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεις ἔσται. τῆς δὲ &c.

alio quopiam ea descripti. eadem apud Bryennium in extremo eius opere legitur.

Proslambanomenos igitur dicta est, quod vocatis tetrachordis in nullo communicat, sed extrinsecus assumitur propter epimeseon confonantiam. Toni- ca habens rationem ad hypaten hypaton, quem habet mese ad parameseon. Hypate vero hypaton, quoniam in primo tetrachordo prima ponitur. Primum enim ὑπάτων, vocabant veteres. Parhypate verò, quæ ipsi proxima est. Hypaton verò diatonos, & chromatica, & enharmonia generum melodiæ sunt significatiui soni. Varia enim fit & tetrachordorum dispositio. Istæ generaliter vocantur parhypatæ. Hypate verò meson prima rursus meson tetrachordi; hoc enim solum consideratur inter hypaten, & Synemmenon. Parhypate autem meson, quæ post hanc sequitur, & reliquæ similes ijs, quæ sub hypates speciem cadunt, quæ & à suo genere, lichani appellatæ sunt eodem nomine, quo digitus chordam ipsas personantem pulsans cognominatæ. Quæ verò subsequitur istas mese vocatur. Dispositis enim iuxta suum cuiusque modum sonis media iacet. Deinde verò intensione hemitonij trite synemmenon est, enumerantibus nobis à postrema, quæ post netem sunt, tetrachordon, quoniam iam attigimus acutiores constitutiones. Inde sequuntur diatonos, & chromatica, & enharmonia propter eas quas iam recensuimus causas. Hæ verò & paranetæ vocantur, quoniam antenetem sitæ sunt. Super his verò νήτη, hoc est postrema. Νέατον enim apud veteres idem erat, quod postremum. Synemmenon verò dicta est tota constitutio, quod præiacenti perfecto vsque ad mesen coniuncta est. Rursus verò ad mese tonum intendendo, chorda proximè sita paramese vocatur; quæ verò sequuntur hanc, iisdem nominibus, quibus & constitutio Synemmenon ob easdem causas nuncupantur. Constitutio verò hæc diezeugmenon appellatur; ad alias enim partes, nec ex æquo prioribus constitutionibus disposita est. Succedit deinde trite hyperbolæon, & quæ deinceps hanc sequitur iuxta & præter easdem causas, eadem cum prædictis proprias habentes denominationes. Harum verò generica denominatio est hyperbolæon, quoniam in hac finem faciens humanæ vocis vis consistit.

Assumptur ita dicitur. Primiti veteres vocabant ὑπάτων. Parhypate. Hypaton diatonos. Hypate meson. Lichani. Mese. Trite synemmenon. Chromatica. Enharmonia. Paranetæ. Nete. i. postrema. Paramese. Constitutio diezeugmenon.

Atque horum sonorum iam enumeratorum alij sunt stabiles, alij mobiles. Stabiles sunt, qui in generum differentijs non mutantur, sed manent in eodem tenore. Mobiles autem quibus contrarium accidit: mutantur enim in differentijs generum, nec

manent in eodem tenore. Stabiles ergo sunt hi octo. Proslambanomenos. Hypate hypaton. Hypate meson. Mese.

Nete



Nete Synemmenon.  
 Paramese.  
 Nete diezeugmenon.  
 Nete hyperbolæon.  
 Mobiles verò sunt reliqui omnes inter hos interiecti. Ceterum stabilitum sonorum alij sunt βαρύπυκνοι, id est gravitate densi: alij ἄπυκνοι, id est minimè densi, qui perfectas constitutiones comprehendunt. βαρύπυκνοι sunt quinque, hi.  
 Hypate hypaton.  
 Hypate meson.  
 Mese.  
 Paramese.  
 Nete diezeugmenon.  
 ἄπυκνοι autem sunt, qui continent perfectas constitutiones, suntque numero tres reliqui.  
 Proslambanomenos.  
 Nete Synemmenon.  
 Nete hyperbolæon.  
 Semidési, Acutidési, πυκνοι, qui & diatoni vocantur. Et μεσόπυκνοι

A quidem sunt hi quinque.  
 Parhypate hypaton.  
 Parhypate meson.  
 Trita Synemmenon.  
 Trita diezeugmenon.  
 Trita hyperbolæon.  
 Eodem modo ἑξήπυκνοι generatim quinque sunt, in harmonia quidem harmonici, & in chromate chromatici: Genus enim diatonicum non est spissi particeps. Sunt igitur in genere quidem harmonico, hi.  
 Lichanos hypaton enharmonios.  
 Lichanos meson enharmonios.  
 B Paranete Synemmenon enharmonios.  
 Paranete diezeugmenon enharmonios.  
 Paranete hyperbolæon enharmonios.  
 In chromate autem, hi.  
 Lichanos hypaton chromaticæ.  
 Lichanos meson chromaticæ.  
 Paranete Synemmenon chromaticæ.  
 Paranete diezeugmenon chromaticæ.  
 Paranete hyperbolæon chromaticæ.

Genus dia tonicū nō est spissi particeps.  
 Hæc tria mēbra nō erāt in Grego Patricijs edito: sed in manuscripto Romano.

Ex manuscripto Codice antiquo.

Παρανήτη ὑπερβολῶν χρωματικῆ. πυκνὸν δὲ ἔστι ποιά τριῶν φθόγων δέξασθαι, ἢ τὸ ἐκ δύο δέξασθαι σμικρῶς, ἢ σμικρῶς ἐντα, ἢ λαττον δέξασθαι περιέξει τοῦ λεισομέδρου δέξασθαι ἐν τῇ δέξασθαι. πάλιν τῶν φθόγων οἱ μὲν εἰσι πρὸς ἀλλήλους σύμφωνοι, οἱ δὲ δέξασθαι. οἱ δὲ ὁμόφωνοι. σύμφωνοι μὲν ἂν ἀμακρομέδρων, ἢ δὲν μάλλον τῶν ἑξυτέρων, ἢ τὸ βαρυτέρω τὸ μέλος ἐμπρέπει. δέξασθαι δὲ ἂν ἀμακρομέδρων ἢ τοιμέλως ἰδιώτης θάτερον γινέται. ὁμόφωνοι δὲ, οἵπινες δὴ αὐτὴ μὲν ἀλλοίαν φωνῆς, τῶσιν δὲ ἴστω ἐπέχουσι: δέξασθαι δὲ φθόγων πλείους, πρώτη μὲν ἢ κατὰ τὴν ἐξυτήν, καὶ βαρύτην. δευτέρα δὲ ἢ κατὰ δέξασθαι ματος μετοχή, ὅταν, ὁ μὲν ἐν κοινῶν, ὁ δὲ πλείοσι θεωρηθῆται, ἔστι κατὰ συστήματος, ἔταν ὁ μὲν ἴσως, ὁ δὲ δὴ σμικρῶς συστήματος. τετάρτη ἢ κατὰ τὸν τῆς φωνῆς τόπον, ὅταν ὁ μὲν μείζονος ὁ δὲ ἐλάττονος ἢ τόπου. Τίς δ' ὁ φωνῆς τόπος, ἕτερον λέξομεν. πέμπτη δὲ ἢ κατὰ τὸ ἦθος. ἕτερα γὰρ ἦθη τοῖς ἑξυτέροις, ἦτοι τοῖς νηπειδέσι, καὶ ἕτερα τοῖς βαρυτέροις, ἦτοι τοῖς ὑπατοιδέσι ἐπιτέχει. καὶ ἕτερα μὲν παρυπατοιδέσι. ἕτερα δὲ λιχανοιδέσι. τῶν δὲ δέξασθαι διαφορῶν εἰσι πέντε. ιδεστ.

Hæc omnia ad verbum ex Aristoteli Quintiliano accepta sunt lib. 1.

Paranete hyperbolæon chromatica. Densum verò est certa trium sonorum dispositio, vel quod ex duobus interuallis constat; quæ composita minus interuallum continebunt, quam reliquum in Diatessaron interuallum. Rursus sonorum alij sunt inter se consoni, alij dissoni, alij verò eiusdem tenoris. Consoni sunt, quibus simul pulsantibus, nihilò magis acuto, quàm graui soni decor constare videtur. Dissoni verò, quibus coeuntibus carminis proprietates alterius fit: Eiusdem verò tenoris sunt, qui vim quidem vocis diuersam habent, intensionem verò æqualem. Differentiæ verò sonorum plures sunt. Prima quidem est, quæ fit secundum intensionem in grauitate & acumine. Secunda verò, quæ cum interuallo est participatio, cum vnus quidem in vno: alter verò in pluribus communicare inspicitur. Tertia cum constitutione, cum vnus quidem vnus, alter vero duarum particeps est constitutionum. Quarta, quæ per vocis locum fit, cum vnus maioris, alter minoris est loci. Quisnam verò fit vocis locus, postea dicemus. Quinta verò, quæ moralis est. Alij namque mores acutiores, siue Ne reformes decent; alij grauiores, siue hypateformes. Et alij rursus parhypateformes, & alij lichanoformes.

Interual-

Interuallorum autem differentiæ sunt quinque. Nam & magnitudine inter se differunt, & genere, & vt consona à dissonis, & vt simplicia à compositis, & vt explicabilia ab inexplicabilibus. Et magnitudinis quidem differentia est, secundum quam interuallorum quædam sunt maiora, quædam minora, vt ditonus, sesquitonus, tonus, semitonium; diesis; diatessaron, diapente, diapasón & similia. Generis verò, quæ interuallorum alia diatonica sunt, alia chromatica, alia enharmonica. Differentia consoni à dissono est, quæ interuallorum quædam sunt consona, quædam dissona.

In manuscripto Codice.

Σύμφωνοι μὲν ἐν ἑξή τεσσάρων, δέξασθαι πέντε, δέξασθαι πᾶσων, δέξασθαι δὲ τὰ ἐλάττονα τῶν δέξασθαι τεσσάρων παύται, καὶ τὰ ματῶν τῶν συμφώνων παύται. Ἐλάττονα μὲν οὖν ἐστὶ τοῦ δέξασθαι τεσσάρων δέξασθαι, ἡμιτόνιον, τόνος, ἑξημιτόνιον, δίτονος. ματῶν δὲ τῶν συμφώνων, τρίτονος, τετάρτονος καὶ τὰ ὅμοια. Ἐστὶ δὲ συμφωνία μὲν δὴ οὖν φθόγων ἑξυτήν, & βαρύτην, δέξασθαι ἑξυτήν, κατὰ τὸ αὐτὸ πᾶσι, & κρᾶσις. δέξασθαι τῶν φθόγων συγκραθέντας ἐν πείδος θάτερον λείν φθόγου τῆ ἀκοῆ, ἔτε τῆς ἑξυτήν ὑπερβαλῶσης, & εἰ αὐτῶν παρεμφανέσης, ἔτε τῆς βαρύτητος, ἀλλ' οἷον κρᾶσεως τοιαύτης ἡμομέδους ὡς τῶν κεραιμένων, μὴ ὅτι κρᾶσέν θάτερον ad verbum θάτερον, κατὰ τὸ αὐτὸ δὴ αὐτῶν παρεμφανέν, ἢ ὑπερβαλῶσαν, ἢ ἐλάττωσαν τῆς θάτερου. ἔαν γὰρ ἢ ἀκοῆ τοῦ βαρῶς μάλλον ἐν τῇ συγκραθεί ποιείται τὴν ἀντήληψιν, ἢ πάλιν τῆς ἑξυτήν, ἀσύμφωνόν ἐστὶ τὸ τοιαύτον. Ἡ δὲ τῶν σμικρῶν ἐξυτέρας κατὰ τὸν ἀμῶν.

\* Ita apud Brienium συγκραθέντας. Hæc omnia ad verbum de Brienio accepta videntur, nisi ille ab hoc accepti, vel uterque ab alio quopiam.

Consona igitur, Diatessaron, Diapente, Diapasón; Dissona verò minora omnia, quàm Diatessaron, & omnia, quæ inter consona cadunt. Minora ergo sunt, quàm diatessaron, diesis, semitonium, tonus, trihemitonium, Ditonum. inter consona verò, tritonum, tetratonum, & similia. Est autem consonantia duorum sonorum acumihe, & grauitate differentium in idem casus, & coarctatio. Oportet enim sonos inuicem collisos vnâ efficere soni speciem ad audiendum, neque acumine superante, seseq. pramonfrante, neque ipsâ grauitate. Sed veluti tali coniunctione facta, sicut in rebus liquidis alterum ab altero non vincitur, neque suam vim ostendit aut maiorem altera, aut minorem. Si enim auditus percipit graue potius in collisione, aut acutum, huiusmodi inconsonum quid est. Compositi autem differentia est, secundum quam quædam, &c.

Consona sunt diatessaron, diapente, & diapasón & similia. Dissona autem sunt ea quæ sunt minora quàm diatessaron, vt diesis, semitonium, tonus, sesquitonus, ditonus. Inter hæc autem & consona, medium habent locum Tritonus, Tetratonus, Pentatonus & similia. Est autem consonantia, duorum sonorum acuti & grauis, grata temperatio. Contrâ, dissonantia est duorum sonorum mutuam temperationem auersantium, & auditum exacerbantium diffidium. Differentia compositi à simplici est, quæ interuallorum alia sunt simplicia, alia composita. Simplicia interualla sunt, quæ à phthongis, inter quos nullus intermedius est, continentur, vt ab hypate, parhypate, lichano, hypate meson. Eadem ratio est in reliquis interuallis. Composita autem sunt, quæ continentur à phthongis, inter quos alij intermedij sunt, vt à mese & parhypate, à mese & nete, à paramese & hypate. Porro quædam interualla sunt communia simplici & composito, hemitonium nempe & ditonus, & omnia comprehensa inter hæc duo. Quippe hemitonium, est compositum in enharmonio genere. In chromatico verò & diatonico, simplex. Item Tonus in chromate quidem compositus est: in diatonico autem, simplex. Sic trihemitonium in chromate simplex est, compositum autem in diatonico. Denique ditonus interuallum in harmonia quidem simplex est, in chromate autem & diatono compositum, reliquaq. interualla semitonio minora, simplicia sunt omnia. Quæ admodum ea omnia quæ ditonus excedunt, composita. Iam differentia qua explicabilia differunt ab inexplicabilibus, est qua interuallorum alia sunt explicabilia, alia inexplicabilia. Explicabilia sunt quorum magnitudines assignari possunt, vt Tonus, Semitonium, Ditonus, Tritonus, & his similia. Inexplicabilia verò, quæ explicabilibus maiora minora sunt, magnitudine aliqua inexplicabilia. Genera tria sunt, ea nempe quæ iam antea declarauimus. Quocirca omne melos erit aut diatonicum, aut chromaticum, aut enharmonium, aut commune, aut ex his mistum. Diatonicum ergo est, quod diatonica diuisio ne vtitur. Chromaticum verò, quod chromatica. Enharmonium autem, quod enharmonica. Comune autem, quod ex stasis phthongis.

Ex Brienio lib. 1. sect. 7.

Hæc itidem ex Brienio paucis admodum intermissis eodem lib. a In Cod. m. f. inuenitur hæc alia verba. ἢ ὅν λόγον ἔστιν εἰπεῖν. φησὶ τὴν πρὸς ἀφῆλα κατὰ ἀρβύλων ἕξιόν.





different etiam constitutiones ex interuallis explicabilibus compositæ à cōstitutionibus, quæ constant ex interuallis inexplicabilibus. Quippe constitutiones omnes explicabiles, constant ex interuallis explicabilibus. Quæ autē constant ex interuallis inexplicabilibus, sunt inexplicabiles. Discrimine autē quo differt id quod cōsequenter & ordine sequitur, ab eo quod aliquid transilit, nec ordine sequitur, different etiam constitutiones modulatæ per phthongos ordine consequentes, à constitutionibus modulatis per phthongos minimè consequentes, sed per phthongos inter quos aliquis est intermedius, quem canendo prætergressi sumus.

Coniuncti autem & Disiuncti discrimine different constitutiones constatæ ex tetrachordis disiunctis. Est autem Coniunctio, duorum tetrachordorum consequenter ordineque modulatorum & specie similium, communis phthongus. Disiunctio verò, est duorum tetrachordorum consequenter ordineque modulatorum & specie similium, toni interpositio. Sunt autem in vniuersum coniunctiones tres, Media, Acutissima & Grauiissima. Et Grauiissima quidem est duorum tetrachordorum, quorum alterum est tetrachordum hypaton, alterum verò tetrachordum meson. Communis enim phthongus ea coniungit, qui est hypate meson. Media est coniunctio tetrachordi meson, & tetrachordi synemmenon, quæ coniunguntur communi phthongo, qui est Mese. Acutissima demū coniunctio, est tetrachordi diezeugmenon, & tetrachordi hyperbolæon. Ea enim vnus cōmunis phthongus, nete diezeugmenon cōiungit. Disiunctio vnica est duorum tetrachordorum, quorum alterum est tetrachordum mediarum, alterum verò tetrachordum netarum disiunctarum, quæ vno communi tono disiunguntur, qui est inter mesen & paramesē.

Ceterum constitutiones perfectæ duæ sunt: quarum altera minor est, altera maior. Ac minor quidem fit per coniunctionem à proslambanomeno ad netem synemmenon, suntque in ea constitutione tria tetrachorda coniuncta, tetrachordum grauium mediarum & coniunctarum, & præterea tonus contentus à proslambanomeno & hypate hypaton. quippe constitutio diapason & diatessaron simul, consonantiæ definitione comprehenditur. Maior autem constitutio perfecta fit per disiunctionem à proslambanomeno ad netem hyperbolæon, in qua sunt quatuor tetrachorda (quorum duo à reliquis duobus disiuncta sunt, inter se verò coniuncta, nempe tetrachordum grauium, mediarum, disiunctarum, & excellentium) & duo toni, quorum alter est inter proslambanomenon & hypaten hypaton, alter verò inter mesen & paramesē. Huic autem disidiapason constitutioni conuenit definitio consonantiæ. Sed cum in constitutione immutabili, quæ ex perfectis

ambabus constat, sint quinque tetrachorda, horum quidem duo communia sunt vtrique perfectarum constitutionum, tetrachordum grauium, & tetrachordum mediarum. Propria verò sunt coniunctæ quidem constitutionis tetrachordum netarum coniunctarū, disiunctæ verò tetrachordum netarum disiunctarum, & tetrachordum netarum excellentium. Different etiam discrimine mutabili & immutabili, quo constitutiones simplices à non simplicibus differant. Simples constitutiones sunt, quæ ad vnā mediam aptantur, duplices verò quæ ad duas, triplæ quæ ad tres, multiplices, quæ ad plures aptantur. est autem media potestas phthongi, cui accidit in disiunctione quidem tonum habere simplicem ad partem acutam, si constitutio immutabilis sit, ditonium verò simplicem, vel compositum ad partem grauem. In coniunctione autem, cui accidit trium tetrachordorum coniunctarū esse vel acutissimū phthogum medij tetrachordi, vel grauiissimū tetrachordi acutissimi. Ex hac media cognoscuntur reliquorum phthongorum vires. Quomodo enim quique phthongus ad mediam se habeat, statim clarum fit.

At Tonus quatuor significationes habet. Vsurpatur enim & pro phthongo & pro interuallo, & pro loco vocis, & pro tenore. Ac toni nomen pro phthongo vsurpant illi qui lyram appellant heptatonon, quasi septem tonis, id est phthongis, constantem, vt Terpander & Ion. Ita enim loquitur Terpander:

*At nos quadrifonis instantes sepe cæmenis; Inde nouos cythara heptatono celebrabimus hymnos;*

Ion verò in Decachordo:

*Semper habes denas gradientes ordine chor-das,*

*Et concordantes harmonias trifonas.*

*At Græci heptatono cythara, diatessara cantant;*

*Captantes raro carmine dulce melos.*

Alij item non pauci eo nomine vsi sunt. Pro interuallo verò vsurpatur tonus, cum dicimus tonum esse à mese ad paramesē. Pro vocis autem loco, vt cum dicimus vocis tonum Dorium aut Phrygium aut Lydium, aut aliorum aliquem. Sunt enim tredecim toni, vt vult Aristoxenus, Hypermixolydius, & qui Hyperphrygius dicitur: Mixolydij duo, acutior & grauior; quorum acutior quidem appellatur Hypoiaflius, grauior verò Hypodorius: Lydij duo, acutior nempe & grauior, vocaturq. Aeolius: Phrygij duo, alter grauis, qui Iastius dicitur, alter acutus: Dorius vnus: Hypolydij duo, acutior & grauior, qui Hypæolius etiam nuncupatur. Hypophrygij duo, quorum grauior vocatur Hypoiaflius. Vltimus est Hypodorius. Horum acutissimus est Dorius. Reliqui deinceps ab acutissimis ad grauiissimum, hemitonio alij alios superant. Duo autem paralleli appellati

Tonus quatuor modis accipitur.

Toni tres decim.

lati trihemitonij. Eadem erit ratio in reliquorum tonorum distantijs. Tonus autem Hypermixolydius, est duplo acutior quam Hypodorius. Pro tenore verò vsurpatur tonus, vt cum dicimus aliquem acuto tono aut grauii tono, aut mediocri vocis tono vti.

Mutatio fit quattuor modis, in genere, in constitutione, in tono, in Melopœia. Mutatio generum fit, cum ex diatono in chroma vel harmoniam, aut cum ab harmonia, vel chromate in aliquod reliquorum generum migratio fit. Mutatio autem Constitutionum fit, cum à coniunctione ad disunctionem, aut contra migratur. Mutatio tonorum seu modorū, cum e Dorio in Phrygium, aut à Phrygio in Lydium, aut ab Hypermixolydio in Hypodorium, aut omnino cum ab aliquo tredecim tonorum, in reliquorum quempiā fit transitus. Fiunt autem mutationes ab hemitonij excessu incipientes vsque ad diapason, quarum alie sunt per interualla consona, alie per dissona. Earum verò quæ sunt per interualla dissona, alie sunt minus concinna vel inconcinna, alie magis. Hæ ergo in quibus plurimum fit communicatio, concinniores sunt: in quibus verò pauciorum, inconcinniores. Quippe in omni mutatione necesse est aliquid esse commune, phthongum nempe, aut interuallum, aut constitutionem. Sumitur autem communicatio à phthongo similitudine. Cum enim in mutationibus similes inter se phthongi ceciderint in

denſi participatione, concinna mutatio fit. Cum autem dissimiles fuerint phthongi, inconcinna. In melopœia verò mutatio fit, cum ex affectu interuallari in contractum (συστατικὸν vocant) vel quietum; vel ex quieto in interuallarem, vel cōtractum, migratur. Est autem interuallaris affectus melopœiæ, quo specimen exhibetur magnificentia, magnanimitatis & rerum heroicarum, & his affinium affectionum, quibus maxime vitur tragedia, & reliqua quæ tragicum stylum imitantur. Cōtractus autem affectus est, quo animus in humilitatem & affectionem parum vilem contrahitur. Cōueniet is affectus amatorij ægritudinibus, lamentationibus, fle-tibus, & similibus. Quietus denique affectus est, quem sequitur animi quies, & libera pacificaque animi dispositio. Huic conuenient hymni, prænes, encomia, cætus, & his similia.

Melopœia, est vsus eorum quæ subijciuntur harmonicæ tractationi, vel eorum quæ eandem habent vim, quam ea quæ harmonicæ tractationi subiecta sunt. Ea porro quibus perficitur Melopœia, quatuor sunt, Ductus, Plexus, Lusus, & Firmitudo. Ductus, est meli progressio per phthongos deinceps consequentes. Plexus, est alterna positio interuallorum. Lusus, est percussio in eodem tono sæpius iterata. Firmitudo, est immoratio diu continuata secundum vnā & eandem vocis pronunciationem.

*Hæc sunt addita ex manuscripto Codice Antiquo Græco.*

Ἡ μελοποιία ἐστὶ δυνάμις κατασκευαστικὴ μέλους. μέλος δὲ πλοκὴ φθόγων ἀμοιῶν ἐξ ὑπὸ καὶ βαρῆται. ταύτης δὲ ἡ μὲν ὑπατοιειδὴς ἐστὶν. ἡ δὲ νητοιειδὴς κατὰ τὰς προε-  
 ριμῶνας ἡμῶν τῆς φωνῆς ἰδιότητις. μέρη δὲ αὐτῆς ζεία, λήψις, μίξις, ζήσις. λήψις μὲν  
 εἰς ἧς δὲ ῥίσην τῶν μωσικῶν περιγράφεται διὰ τοῦτο τῆς φωνῆς τὸ σύστημα ποιητικόν.  
 πῶς τερον ὑπατοιειδῶς, ἡ τῶν λοιπῶν πινος. μίξις δὲ εἰς ἧς, ἡ τοιαύτους φθόγους ἀλλή-  
 λους, ἡ τοὺς τῶν φωνῆς ἀρμοζομένης, ἡ ἄλλων μελωδίας, ἡ ἔξωτων συστήματα. ζήσις  
 δὲ ἡ ποία τῆς μελωδίας ἀπεργασία. Ταύτης δὲ πάλιν εἶδη ζεία \* ἀγωγή, πετῆια, πλοκὴ.  
 ἀγωγή μὲν οὖν εἶδη ζεία δὲ ζεία, ἀνακαμπῆσα, περιφερῆς. Εὐζεία μὲν οὖν ἐστὶν ἡ δὲ τῶν ἐξ ἧς  
 φθόγων τὴν ἐπιτάσιν ποιημένη. ἀνακαμπῆσα δὲ ἡ δὲ τῶν ἐπομῶν διὰ τελοῦσα τὴν βαρῆ-  
 ττητα. περιφερῆς δὲ ἡ κτ' συνημμένων μὲν ἔπιτείνουσα, κατὰ διέξω μὲν δὲ ἀνιούσα, ἡ σταν-  
 τῶς, αὐτὴ δὲ καὶ τῶς μεταβολῆς θεωρεῖται. πλοκὴ δὲ ἐστὶν ἡ δὲ τῶν ὑπερβατῶν ὀξεσημά-  
 των, ἡ φθόγων δὲ ὅς, ἡ καὶ πλείονων ἑνα προέμνη τονον. \* καὶ τοὶ τὰ βαρῆα τούτων, ἡ τὰ ὀξύ-  
 τερα προπέπτοῦσα, καὶ τὸ μέλος ἀπεργασομένη. πετῆια δὲ ἡ ὕψ' ἑνὸς τόνου πολλὰς γνομέ-  
 νη πλῆξις, καὶ ἡ γνώσοι μὲν πίνας μὲν τῶν φθόγων ἀφετέον. πίνας δὲ παραληπτόν, καὶ ὁσάκις  
 ἕκασον αὐτῶν: καὶ διὰ τὸν ἀρκετόν, καὶ εἰς ὃν καταληκτέον. αὐτὴ δὲ εἰς τὸ ἦθους γίνεται πα-  
 ρασηματικὴ. τὸν δὲ ἐστὶν ἡ ὅτι πλείστον χρόνον μὴ κτ' μίαν γνομῆν παραφορᾶν, ὅταν ὅτι τοῦ αὐτῶ.  
 φθόγου πλείονες λέξεις μελωδῶν ὄνται. δὲ φέρεται δὲ μελοποιῖα μελωδίας. ἡ μὲν γὰρ ἐπαύγε-  
 λία τοῦ μέλους ἐστὶ: ἡ δὲ ἐξίς ποιητικὴ. Τρόποι δὲ μελοποιῖας ἔχει μὲν ζεία, νομιμός, δὲ-  
 θυραμβικός, ζαμικός. ὁ μὲν οὖν νομιμός ἔξωτος ἐστὶ νητοιειδῆς: ὁ δὲ δὲ θυραμβικός μωσικῆς  
 ὁ δὲ ζαμικός ὑπατοιειδῆς. Εἶδη δὲ δὲ ῥίσην τῶν πλείων, ὡς δυνατὸν εἶ \* ὁμοιότητα τοῖς ἡμι-  
 κτοῖς ὑποβαλλέν. ἐραπικτοῖτε καλοῦνται πινες, ὡν ἴδιοι ἐπιθαλαμιοὶ καὶ κωμικοὶ καὶ ἐγκωμια-  
 εμοὶ. Τρόποι δὲ λέγονται δὲ τὸ συνημμένον πῶς τὸ ἦθος κατὰ τὰ μέλη τῆς δὲ φωνῆς. δὲ φέ-  
 ρεται δὲ ἀλλήλων αἱ μελοποιῖαι ἄλλῃ, ὡς ἐναρμόνιος. χρωματικὴ. δὲ τόνος συστήματι, ὡς  
 ὑπατοιειδῆς.

Hæc omnia ex Aristide Quintiliano no lib. n. accepta sunt, nisi forte ille ab hoc vel uterque ab alio quo piâ hæc ea de sibi de- sumpit, quæ etiâ Brien- nius in ex- tremo ope ris adiecit ad verbū. \* Gr. Τέσσα ρασι ἀγωγή πλοκὴ, πετῆια, τὸν ἦθος. \* Gr. ἦτοι.

\* Gr. ὁμοιό- τυτος.

ὑπατοιδῆς, μεσοιδῆς, νητοιδῆς : Τόνος δ' ὄριος, φρύγιος, λυδῖος. Τρόπων, ἡρμῶν, διθυραμβικῶν, ζαγικῶν. Ἡ τῆ \* ὡς φαμεν τῶν μὲν συστατικῶν, δὲ ἢς ἀάθη λυπυραὶ κί νῆ μὲν; τῶν δὲ \* ὁμοστατικῶν, δὲ ἢς τὸν θυμὸν. ἐξ ἐγγύρο μὲν : τῶν δὲ μέστων, δὲ ἢς εἰς ἡρμῶν τῶν ψυχῶν περιέρω μὲν. Ἡ δὲ δὲ ταῦτα ὁπικαλεῖτο, ἐπεὶ ἡπὲρ τὰ τῆς ψυχῆς καταστάματα δὲ τούτων πρῶτον ἐθεωρεῖτο τε καὶ διωροῦτο.

Melopoëia est vis effectiue cantus. Melos autem est, nexus sonorum dissimilium acuminè, & grauitate. Huius verò quædam est hypateformis, alia neteformis iuxta prædictas à nobis vocis proprietates. Partes autem ipsius tres sunt. λῆψις, idest acceptio, μίξις, mixtio, ῥησις, vsus : λῆψις quidem ex qua musico licet inuenire, ex quo nam vocis loco facienda sit constitutio, ab hypateformi ne an ex alia. μίξις verò, per quam aut huiusmodi sonos inter se, aut vocis loca aptamus, aut generum melodias, aut modorum constitutiones. ῥησις verò est certa melodiæ exercitatio. huius rursus sunt quatuor species, agoge, ploce, pettia, tone. Agoges verò species tres, recta, reflexa, circularis. Recta quidem est, quæ per sequentes sonos efficit intensionem. Reflexa verò, quæ in sequentes conficit grauitatem. Circularis verò, quæ per synemmenon intendit, per diezeugmenon autem remittit; aut contra. hæc autem etiam in mutationibus consideratur. πολλὴ verò est, quæ per discretas moras, aut sonos duo, siue plures vnum emittit tonum, horumq. grauia, siue acuta accommodat. περίεια verò, quæ ab vno tono sæpe fit pulsatio, quæq. cognoscimus, qui nam sint omittendi soni, quive, & quoties singulis ipsorum sumendi, & vnde nam incipiendum, & quò terminandum. Hæc verò & morum est declaratiua. Τονὴ verò est mora ad multum tempus vna prolatione facta, cum per eundem sonum plures canuntur dictiones. Differt autem melopoëia à melodia, hæc enim est cantus professio. illa verò habitus effectiua. Modi autem melopoëiæ generaliter quidem tres sunt, nomicus, dithyrambicus, tropicus. Nomicus ergo modus est Neteformis. dithyrambicus verò meseformis. tragicus verò hypateformis. Specie verò plures reperiuntur quantum per similitudinem licet generibus supponere. Namque amatorij quidam vocantur, quorum pars quædam Epithalamij, & Comici, & Encomiastici. Tropi verò dicuntur, quia mores quodammodo simul exprimunt iuxta mentis carmina. Differunt autem inter se genere melopoëiæ, velut enharmonia, chromatica, diatonus: constitutione hypatoides, meseoides, Netoides: tono, vt Dorius, phrygius, lydius: tropo, nomico, dithyrambico, tragico: more, veluti diamus, aliam esse contractiuam, per quam affectus tristes commouemus, aliam verò relaxatiuam, qua in iram incitamus; aliam verò mediam, qua in serenitatem animum inducimus. Mores verò ista vocabantur, quoniam animi status per has primum conspiciebantur, atque corrigebantur.

Scholia.

Quæ vero in impressis sequuntur vsque ad extremum, in eo non leguntur. videlicet δὲ ζαγικῶν καὶ δὲ ῥησις. Sed liber, quæ in extremo scripta sunt, verbis clauditur. Apud Briennium vero à quo forte totus hic locus acceptus est, ea statim consequuntur, quæ supra adnotauimus, his tamen adiectis.

Ἐθεωρεῖτο τε καὶ διωροῦτο, εἰ καὶ μὴ ἐν μέστων, καὶ γὰρ μεταβολὴ μλοποῦι ἀς γίνεται, ὅταν ἐκ δὲ ζαγικῶν ἢ θου. εἰς συστατικῶν, ἢ ἢ συστατικῶν, ἢ ἐξ ἢ συστατικῶν εἰς τῆς λυπυραὶ κί νῆ μὲν ἢ hoc est.

Considerabantur, & corrigebantur quamuis non ijs solis, nam melopoëiæ mutatio fit, cum ex more relaxatiuo, seu impulsiuo in contractiuum, seu pacatiuum, aut ex pacatiuo in aliquod aliud ex reliquis transitus fiat.

Descriptio, est plana figura vires eorum quæ canuntur continens. Vis autem, est phthongi ordo, quo cognoscimus phthongorum quemlibet. Melopoëia autem, est vsus

subiectorum tractationi harmonicæ, ad decorum eorum, quæ canenda proponuntur. Atque hic est finis & scopus tractationis harmonicæ.

Briennius

Briennius libro primo cap. 8. de Tono.

Ὅταν λέγωμεν φωνῆς τόνον δ' ὄριον, ἢ φρύγιον. ἢ λυδῖον, ἢ τῆς ἄλλων πῶν. καὶ γὰρ κατὰ μὲν τὸν Ἀριστέξωνον τόνοι εἰσὶ ἑεῖς ἔ δέκα. ὁ ὑποδ' ὄριος, ὁ ὑποιδ' ὄριος, ὁ ὑποφρύγιος, ὁ υποαβ' ὄριος, ὁ ὑπολύδιος, ὁ δ' ὄριος, ὁ ιδ' ὄριος, ὁ φρύγιος, ὁ αβ' ὄριος, ὁ λυδῖος, ὁ μίξολυδῖος, ὁ καὶ ὑπερδ' ὄριος ὁ ὑπεριδ' ὄριος, καὶ ὁ ὑπερμίξολυδῖος, ὁ καὶ ὑπερφρύγιος. Κατὰ δὲ πολεμῶν οὐκ αὖ. ὁ ὑποδ' ὄριος, ὁ ὑποφρύγιος, ὁ ὑπολύδιος, ὁ δ' ὄριος, ὁ φρύγιος, ὁ λυδῖος, ὁ μίξολυδῖος, καὶ ὁ ὑπερμίξολυδῖος.

Cum vocis aliam dicimus, dorian, seu phrygiam, seu lydian, vel ex alijs aliquam. Etenim secundum Aristoxenem toni sunt tredecim. hypodorian, hypodorian, hypophrygius, Aelius, Lydius, mixolydius, qui & hyperdorian; hyperiasias, hypermixolydius, qui & hyperphrygius. Secundum verò Ptolomæum octo. hypodorian, hypophrygius, hypolydius, dorian, phrygius, lydius, mixolydius, & hypermixolydius.

EVCLIDIS, SECTIO REGVLÆ HARMONICAE.

**S**I nihil moueretur, sed omnia quiescerent, summum esset silentium; Si autem fieret silentium, nihilque moueretur, nihil audiretur. Quare vt aliquid audiatur, necesse est prius motum pulsusq. fieri. Cum ergo sonitus omnes fiant ex pulsu: pulsus autem fieri non possit nisi præcedente motu: & motuum alij sint crebriores, alij rariores: & crebriores quidem motus faciunt acutiorem sonitum: rariores autem, grauiorem: necesse est, sonituum esse quosdam acutiore, eos nempe qui è crebrioribus pluribusque motibus constant, quosdam verò grauiore, cum ex rarioribus paucioribusque motibus consentur. Quocirca sonitus acutiore æquo, mediocritatem consequentur, & remittentur detractione motuum. Grauiore autem æquo, mediocritatem assequentur adiectione motuum, quæ fit intensione. Cum igitur soni, adiectione & ablatione mediocritatem assequantur, fatendum necessario est, eos è partibus componi. Quæ autem è partibus componuntur, omnia inter se numerorum rationem habere censentur. Quocirca necesse est phthongos inter se in numerorum ratione censeri. Atqui numerorum alij sunt in ratione multiplici, alij in superparticulari, alij in superpartiente. Quare phthongi etiam, rationes eiusmodi necessario inter se habebunt. Sed & numerorum quidam vno nomine multiplices superparticulares inter se dicuntur. Quapropter hinc etiam no-

scemus, phthongorum quosdam consonos, quosdam dissonos. Et consonos quidem cognoscimus eos, qui ita miscentur, vt vna ex ambobus temperatio fiat: Dissonos autem, qui non ita miscentur, vt ex ambobus vna fiat temperatio. His positis, verisimile est consonos esse in ratione eorum numerorum, qui vno simplici nomine multiplices inter se vel superparticulares dicuntur, cum ex ambobus vna fiat vocis temperatio.

THEOREMA I.

Si interuallum multiplex duplicetur, interuallum quod ex duplicatione producetur, erit multiplex.

Sit enim interuallum ε γ, sitq. ε multiplex ipsius γ, fiatq. vt γ ad ε, ita ε ad δ. id est, duplicetur interuallum ε γ (vt docet 10. def. quinti Elementorum) dico δ multiplex esse ipsius γ. id est, interuallum productum, quod est δ γ, esse multiplex. Quia enim ε multiplex est ipsius γ. Igitur γ metitur ipsium ε (per conuersam 5. definit. septimi Elem.) Est autem vt γ ad ε, ita ε ad δ, est hypothesi. Quare γ metitur ipsium δ. Igitur δ, multiplex est ipsius γ. per 5. definit. sept. Elementorum.

THEOREMA II.

Si ex interualli duplicatione fiat interuallum multiplex, ipsum quoque est multiplex.

Sit interuallum ε γ, fiatq. vt ε ad γ, sitq. γ ad δ. sitq. δ multiplex ipsius γ, dico etiam ε multiplex esse ipsius γ. Quia enim δ est multiplex ipsius γ. igitur γ metitur ipsum



ipsum δ. Didici autem (propof. 7. octavi Element.) Si sint quotlibet numeri continuè proportionales, quorum primus metiatur extremum, intermedios etiam metiri. Igitur γ, ipsum ε metiatur. Quare ε, multiplex est ipsius γ.

THEOREMA III.

Inter duos numeros, quorum intervallum sit superparticulare, medij proportionales numeri neque vnus neque plures cadent.

Sit intervallū superparticulare ε ad ipsum γ. Sintq. δ ζ & θ numeri minimi eiusdem rationis, quam habet ε ad γ. Igitur sola vnitas metitur ipsos δ ζ & θ numeros (per 24. propof. & 12. def. 7. Element.) communi mensura. Ergo à δ ζ aufer n ζ, numerum æqualem ipsi θ, relinqueturq. vnitas. Ergo δ ζ, numerus est superparticularis ad θ. estq. excessus δ, communis mensura duorum numerorum, quorum vnus est δ ζ, alter θ. Ergo inter δ ζ & θ, nullus medius proportionalis cadet: Si enim aliquis inter eos cadat, ille necessariò erit minor, quàm δ ζ, & maior quàm θ. Ideoq. necesse erit vnitatem diuidi: quod absurdum est. Ergo inter δ ζ & θ numeros nullus medius proportionalis incidet. Quot autem inter duos minimos incidunt medij proportionales, tot inter eandem rationem habentes eis, incidunt (per 8. prop. octavi Elem.) Nullus autem medius proportionalis cadit inter δ ζ & θ. Ergo inter ε & γ, nullus medius proportionalis incidet.

THEOREMA IIII.

Si intervallum non multiplex dupli cetur, producet̃ur intervallum quod neque multiplex erit, neque superparticulare.

Sit intervallum non multiplex ε γ, sitq. vt γ ad ε, ita ε ad δ. Dico δ neque multiplicem, neque superparticularem esse ipsius γ. Esto enim primum (si fieri possit) multiplex δ ipsius γ. Quia igitur didicimus (secundo theoremate) si ex intervalli duplicatione fiat intervallum multiplex, ipsum intervallum antequàm duplicaretur, fuisse multiplex: ergo ε multiplex esset ipsius γ, quod est contra hypothesin. Fieri ergo non potest, vt δ, sit multiplex ipsius γ. Sed nec superparticularis est, propterea quòd inter duos numeros superparticularem rationem habentes, nullus cadit medius proportionalis numerus, per præcedens theorema. Atqui inter δ & γ, cadit ε. Non potest ergo δ, ipsius γ esse vel multiplex, vel superparticularis.

THEOREMA V.

Si ex intervalli duplicatione non producat̃ur multiplex intervallum, ipsum non est multiplex.

Sit intervallum ε γ, fiatq. vt γ ad ε, sic ε ad δ. Ipse autem δ multiplex non sit ipsius γ. Dico nec ε, ipsius γ multiplicem esse. Si enim δ esset multiplex ipsius γ, esset igitur δ quoque multiplex ipsius γ (per primum theorema.) Atqui id est contra hypothesin: Ergo ε, non est multiplex ipsius γ.

THEOREMA VI.

Duplex intervallum constat è duobus maximis superparticularibus in-

teruallis, è sesquialtero nempe & sesquitercio.

Sit enim ε γ sesquialter ipsius δ ζ, ipse autem δ ζ, sit sesquitercius ipsius θ. Dico ε γ duplum esse ipsius θ. ex δ ζ enim aufero ζ, æqualem ipsi θ. Item ex ε γ aufero λ γ, æqualem ipsi δ ζ. Quia igitur ε γ, sesquialter est ad δ ζ, ergo ε λ, est triens quidem ipsius θ γ, dimidium autem ipsius δ ζ. Item quia δ ζ sesquitercius est ad θ, igitur δ λ, est ipsius quidem δ ζ quarta pars: ipsius autem θ, tertia pars. Cum igitur δ λ sit tertia pars ipsius δ ζ, & ε λ sit tertia pars ipsius ε γ. Est verò etiam δ λ, tertia pars ipsius θ. Igitur ε γ duplus est ipsius θ.

ALITER.

Sit ε sesquialter ipsius θ, ipse autem ε sesquitercius ipsius γ. Dico ε duplum esse ad γ. Quia enim ε sesquialter est ipsius θ, ergo ε continet totum θ & eius semissem. Ergo duo ε, æquales sunt tribus θ. Item quia ε sesquitercius est ipsius γ, ergo ε continet totum γ & eius trientem. Quare tres ε, æquales erunt quatuor γ. Sed tres ε, æquales sunt duobus α. Igitur duo α, æquales sunt quatuor γ. Quare vnus α est æqualis duobus γ, ob idque duplus est α ipsius γ.

THEOREMA VII.

Ex intervallis duplo & sesquiplo, triplum intervallum fit.

Sit enim α duplus ipsius ε, ipse autem ε sesquiplus ipsius γ. Dico α triplum esse ipsius γ. Quia enim α duplus est ipsius ε, ergo α est æqualis duobus ε. Item quia ε ipsius γ sesquiplus est: ergo ε continet totum γ & semissem. Quare duo ε, æquales erunt tribus γ. Sed duo ε, æquales sunt ipsi α. Igitur α æqualis est tribus γ, idcircoq. α triplus est ipsius γ.

THEOREMA VIII.

Si à sesquiplo intervalla auferatur sesquitercium, relinquetur sesquioctauum.

Sit ε sesquialter ipsius θ, sitq. γ sesquitercius eiusdē θ. Dico ε esse sesquioctauum ipsius γ. Quia enim α sesquiplus est ipsius ε, ergo α continet totum ε & eius semissem. Sunt ergo octo α, æquales duodecim ε. Item quia γ sesquitercius est ad ε, igitur γ continet totum ε, & eius trientem. Quare nouem γ, æquales sunt duodecim ε. Sed duodecim ε sunt æquales octo α, ergo octo α sunt æquales nouem γ. Igitur α æqualis est ipsi γ, & octaua eius parti. Quocirca α sesquioctauus est ipsius γ.

THEOREMA IX.

Sex intervalla sesquioctaua, maiora sunt vno duplo intervalla.

Sit enim vnus numerus α, cuius sesquioctauus sit numerus ε. & numeri β sesquioctauus sit numerus γ, cuius sesquioctauus sit δ, & huius sesquioctauus sit ε, & huius sesquioctauus sit ζ, ipsius denique ζ numeri sesquioctauus sit η numerus. Dico numerum η, superare duplum ipsius α. Quia enim didicimus (in 2. prop. octavi Elem.) inuenire septem aut quotlibet numeros continuè sesquioctauos: sint iam inuenti, suntq. α, β, γ, δ, ε, ζ, η. Igitur α erit 262144. ε autem 294912. γ autem 331776. δ verò 373248. ε autem 419904. ζ verò 472392. η denique erit 531441. quorum numerorum η numerus ad α maiorem rationem habet, quàm duplam.

THEO.

THEOREMA X.

Intervallum diapason, est multiplex.

Sit enim nete hyperbolæon, α, mese autem ε, prof-lambanomenos autem, γ. Ergo intervallum α γ, cum sit disdiapason, est consonum. Quare aut superparticulare est, aut multiplex: Non est autem superparticulare: quia inter extremos numeros intervalli superparticularis nullus medius proportionalis cadit. Est igitur multiplex. Quia ergo duo æqualia intervalla α ε & ε γ addita, faciunt multiplex: Igitur eorum vtrumque, est multiplex. Quare α ε (quod est intervallum diapason) est multiplex.

THEOREMA XI.

Vtrumque intervallorum diatessaron & diapente, est superparticulare.

Sit nete synemmenon α, mese verò ε, hypatē meson γ. Igitur α γ intervallum est dissonum: Est enim bis diatessaron. Quare fieri non potest, vt α γ intervallum, sit multiplex. Et quia duo intervalla æqualia α ε, & ε γ, addita non faciunt vnum intervallum multiplex: Ergo α ε intervallum non est multiplex (per quintum theorema.) Est tamen consonum intervallum α ε. Est ergo superparticulare. Eadem est demonstratio intervalli diapente.

THEOREMA XII.

Intervallum diapason, est duplum.

Quòd enim hoc intervallum sit multiplex, iam ostendimus theoremate vndecimo. Est igitur aut duplum aut duplo maius. Et quia iam ostendimus, duplum intervallum constare duobus maximis superparticularibus: si igitur intervallum diapason sit maius duplo, duplum non componetur ex duobus tantum superparticularibus intervallis, sed ex pluribus. Atqui componitur è duobus consonis & superparticularibus intervallis, quæ sunt diapente & diatessaron. Ergo intervallum diapason non est maius duplo intervalla. Est igitur duplum. Quia ergo intervallum diapason duplum est, duplum autem ex duobus maximis superparticularibus componitur: igitur intervallum diapason ex intervallis sesquiplo & sesquitercio constat. Hæc enim sunt maxima. siquidem diapason ex diapente & diatessaron intervallis superparticularibus constat: quorum superparticularium intervallorum diapente quidem, quia reliquo maius est, sesquiplum erit. Diatessaron autem, sesquitercium. vnde manifestum est, intervallum quod sit ex diapason & diapente additis, esse triplum. Ostendimus enim (octavo theoremate) ex intervallis duplo & sesquialtero additis triplum intervallum fieri. Quare ratione etiam efficitur, intervallum disdiapason esse quadruplum. Ostendimus ergo est quodlibet intervallorum consonorum habere phthongos, quibus continetur in tribus rationibus, inter se.

THEOREMA XIII.

Restat vt ostendamus, toni intervallum esse sesquioctauum.

Didicimus enim (nono theoremate) ex ablatione intervalli sesquitercij ab intervalla sesquiplo, sesquioctauum intervallum relinqui. Atqui si diatessaron auferatur à diapente, relinquatur toni intervallum. Igitur toni intervallum est sesquioctauum.

THEOREMA XIII.

Diapason est minus sex tonis.

Monstratum antea est (theoremate 13.) intervallum diapason esse duplum: & nunc monstrabamus toni intervallum esse sesquioctauum. Atqui sex intervalla sesquioctaua sunt maiora quàm duplum intervallum (per theorema decimum) ergo diapason est minus sex tonis.

THEOREMA XV.

Diatessaron est minus duobus tonis & hemitonio. Item, diapente minus est tribus tonis & hemitonio.

Sit nete diezeugmenon ε, paramese autem γ, mese δ, hypatē meson ζ. Igitur γ δ intervallum, est tonus. Intervallum autem ε ζ, est diapason. Quocirca minus est sex tonis (per præcedens theorema.) Reliqua ergo intervalla, ε γ nempe & δ ζ, quæ æqualia inter se sunt, minora sunt quinque tonis. quare intervallū ε γ quod minus est quàm duo toni cum hemitonio, est diatessaron. ε δ autem quod minus est tribus tonis & hemitonio, est diapente.

THEOREMA XVI.

Tonus in duas pluresve æquales partes diuidi non potest.

Ostendimus quippe est, toni intervallum esse superparticulare. Atqui inter extremos numeros intervalli superparticularis, neque vnus neque plures medij proportionales numeri possunt cadere. Tonus igitur in partes æquales diuidi non potest.

THEOREMA XVII.

Paraneta & lichani fumentur per consonantiam hoc modo.

Sit mese ε, à qua ad γ intendatur diatessaron. A γ verò ad δ remittatur diapente. Igitur ε δ est tonus: item à δ ad ε intendatur diatessaron, & ab ε ad ζ remittatur diapente. Tonus ergo est δ ζ. Atque ideo ditonus est ζ ε. Quare ζ erit lichanos. eodem modo fumentur Paraneta.

THEOREMA XVIII.

Parhypatæ & trita non diuidunt densum æqualiter.

Sit mese quidem ε, lichanos autem γ, sitq. hypatē meson δ, remittaturq. diapente ex ε in ζ. intendatur autem diatessaron à ζ in ε. Igitur vtrumque intervallorum, ζ δ nempe & γ ε, sigillatim est tonus. Eorum vtrique addatur comune intervallum δ γ, igitur ζ γ æquale est ipsi δ ε. Sed ζ ε est diatessaron. Ergo inter ζ & ε nullus medius proportionalis cadet, propterea quòd diatessaron est intervallum superparticulare. Ab eo ergo auferantur vtrinq. æqualia intervalla, quæ sunt δ ζ & γ ε. Ergo inter γ & δ, id est, inter lichanos & hypathen, nullus cadet medius proportionalis. Quare fieri non potest vt parhypatē diuidat densum æqualiter. Eadem ratione, nec trite poterit densum in partes æquales diuidere.

THEO.

THEOREMA XIX.

Canonem describere iuxta systema, quod immutabile dicitur.

Est canon seu regula rante longitudinis, quanta est longitudo chordæ a c, diuidaturq. ea regula in quatuor partes æquales, per puncta γ δ ε. Ergo phthongus a c cum sit grauiſſimus, erit bombus, eritq. ſeſquitercius ipſus γ c. Itaque γ c ad a c continet diateſſaron, ad acutam partem. Est autem phthongus a c proflambanomenos. Ergo γ c est lichanos hypaton. item quia a c duplus est ipſus δ c, ergo a c ad δ c concinit diapaſon. Quocirca phthongus δ c erit meſe. item quia a c quadruplus est ipſus ε c, ergo phthongus ε c erit nece hyperbolæon. Hinc diuido bifariam γ c in puncto ζ, ita vt γ c duplus ſit ipſus ζ c. igitur γ c ad ζ c concinit diapaſon, eſtq. ζ β nece ſynemmenon. iam ſumo ipſus δ c tertiam partem, nempe δ η, fietq. δ c ſeſquialter ipſus η c. Quare δ c ad η c concinet diapente: eritq. phthongus η c nece diezeugmenon. inde pono η θ æquale ipſi η c, vt θ c ad η c concinat diapaſon. Quare θ c erit hypate meſon. deinde ſumo interuallum θ κ, quod eſt tertia pars ipſus θ c. eritq. θ c phthongus ſeſquialter ipſus κ c. Quocirca phthongus κ c eſt parameſe. Denique ſumo λ κ æquale ipſi κ μ, eritq. λ c

A phthongus hypate hypaton. Atque hoc modo ſumpti erunt in canone omnes phthongi ſyſtematis immutabilis.

THEOREMA XX.

Reſtat vt phthongos mobiles in eodem canone ſumamus.

Diuido ergo ε c in octo partes æquales, quarum vni æqualem ſumo ε μ, ita vt μ c ſit ſeſquioctaua ipſus ε c. rurſumq. diuido μ c in octo partes æquales, quarum vni æqualem facio ν μ. Quocirca phthongus quidem ν c tono erit grauior-quàm μ c, & phthongus μ β tono grauior quàm ε β. phthongus autem ν β, erit rite hyperbolæon. Et phthongus μ β, paraceſe hyperbolæon in genere diatonico. iam tertia parti ipſus ν β æqualem pono ν ξ, ita vt ξ β ſeſquitercius ſit ipſus ν β, & ad grauem partem cōcinat diateſſaron ſitq. rite diezeugmenon. Rurſum ſumo ipſus ξ β ſemiſſem, cui æqualem facio ξ ο, ita vt ο β ad ξ β concinat diapente. Erat igitur phthongus ο β parhypate meſon. inde pono ο π æqualem ipſi ξ ο, ita vt π β phthongus ſit parhypate hypaton. item ſumo ipſus γ β quartam partem γ ρ, ita vt ρ β ſit lichanos meſon in diatonico genere.

GEOMETRIA, ET ASTRONOMIA, quæ de ijs ſcripſerunt. Caput VIII.

Geometria, atque Aſtronomia ſubiectum, ordinem, partes, affectiones; quæ ad Geometriam pertinent, Geodæſiam, opticam, catoptricam, picturam, ſculpturam, Architeſturam, Mechanicam plerique ſunt perſecuti eruditilibris. At paucos ante annos compendia quædam earundem tradidere præter alios, iidem, quos ſupranominauimus Iacobus Mazonius libro de triplici vita, & Petrus Gregorius. Veruntamen omnium Magiſtri fuere Euclides, Archimedes, Ptolemæus: in quos quoniam qui commentarios ediderunt; aut qui ex eorum præceptis occaſionem ſumpſerunt de pluribus Geometricis, Aſtronomicis, Mechanicis agendi, ij egregie ſuo officio functi ſunt; propterea, ne actum agatur, ſat fuerit meliores, quos nouimus cum aliquo de nonnullis eorum iudicio huc adtexere. Hi autem ſunt.

- Abelis de Fullone Holometrum. Venetijs 1569. in 4. probatur Chriſtophoro Clauio.
Albategnij & Theodoſij ſphærica, Græcè, & Latinè, Pariſijs in 4.
Albertus Durerus de Symmetrijs, in fol.
Alberti Duri Geometricæ Inſtitutiones, Symmetria &c. Pariſijs, in fol.
Albertus Pighius contra Marci Benueutani Aſtrotologiam. Pariſijs in 4.
Alexandri Piccolhominei Paraphraſis in Mechanicas Ariſtotelis. Venetijs in 8. aut Romæ in 4.
Eiuſdem de Magnitudine terræ, & aquæ. Venet. in 4.
Alphonſi Tabulæ.
Anthemij fragmentum de Machinis, eiuſdem de Paradoxiſ.
Apologia noui Calendarij aduerſus Michaelẽ Mæſtlinum ſcripta doctiſſime à Chriſtophoro Clauio.
Apollonij Conica. Bononiæ 1566. in fol.
Apollonij Pergæi Conicorum libri, 4. cum Commentarijs Federici Commandini.
Idem Apollonius, & Serenus Latinè editi Bononiæ. 1566. in 4.
Archimedes cum commentarijs Federici Commandini Latinè. Aldi 1558. in fol.
Eiuſdem opera quædam verſa à Commandino. Venet. 1558. fol.
Idem de hijs quæ vehuntur aqua. licet autem eiuſdem Archimedis lubricationes pleraque ad mechanicam pertinentes ſoleant à doctis deſiderari, eruditiffimus tamen libellus de æque ponderantibus præmanibus hominum adhuc verſatur, in quo (ait Guido Vbaldus de Marchionibus Montis) tanquam in copioſiſſima pænu omnia fere mechanica dogmata reposita videntur: quem ſanè libellum, ſi ætatis noſtræ Mathematici ſibi familiariorẽ adhibuiſſent reperiffent ſententias multas, quas ipſi firmas & ratas eſſe docent, ſubtiliſſimè, atque veriſſimè conuulſas, & labefactatas.
Ariſtarchus Samius de magnitudine Solis, & Lunæ. Piſauri in quarta parte folij.
Ariſtotelis mechanica.
Aſtrolabium demõſtratiuum, in quo ſine inſtrumento per ſolum circum, & regulam, omnia, quæ ad primum mobile pertinent inueniuntur ceriſſimè, ita vt iam vſus Aſtrolabij centies latius pateat, quàm antea. Opus à nemine hæcenus tentatum, ac nouiſſimè à Chriſtophoro Clauio editum Romæ 1593. in quarto.
Aſtrolabium Catharticum, hoc eſt, vniuerſale.
Athenæus de machinis bellicis. Athenæi Mechanica cum Birone, Onofandro, Aphricano, Hero-ne.
Autolycus de ſphæra, quæ mouetur, & de orbitis, & occaſibus. Bartholus

- Bartholus de Eluſionibus cum Butrigario Bonon. in 4.
Blanchini Tabulæ, & Purbachij Eclipticum. Baſil. in fol.
Bombelli Algebra. Bononiæ in 4.
Ceſtateum Aſtronomiicum in fol.
Chriſtophori Clauij Sphæra, edita Lugduni 1593. quæ eſt auctior cæteſis, & emendatior: & Apologia pro Calendario, & alia pleraque. Vide in voce, Euclides. in voce, Gnomonicè. in voce, Apologia.
Claudij Ptolemæi libri de Analemmate à Federico Commandino Vrbinatè inſtaurati, & commentarijs illuſtrati.
Cleomedis circularis inſpectio.
Cofmus Bartholus de arte metiendi. Venet. 4.
Crefibius, Philo Byzantius ſimul cum alijs. in Vaticana Bibliotheca.
Empedoclis Sphæra.
Fr. Egnatij Danti Perſpectiua. Florentiæ edita in 4. Item Aſtrolabium Italicè. Ibidem.
Euclidis Optica & Catoptrica, & Harmonica Græcè, Latinè, mutius eſt tamen. Pariſi in 4.
Euclidis Phænomena de leui, & graui in Vaticana Bibliotheca.
Euclides Græcè, Latinè autem factus varijs habuit interpretes, Ptoleum, qui in primum Euclidis ſcripſit, quiq. editus eſt Patanijs 1560. in fol. Deinde Campanum, quem Baſileæ excuderunt. Præterea Federicum Commandinum, qui illud Italicè editit. Piſauri. Franciſcus item Candalla interpreta-tus eſt, qui Pariſijs prodijt in licet anno 1578. Sed Chriſtophorus Clauius perſecta Cōmentaria edidit in eundem; quæ iam tertio Coniæ Agrippinæ ſunt edita anno 1591. aliquato ordinatiora, quàm ſecunda Romæna, licet hæc auctiora, & emendatiora prodierant, quàm prima editio fuerat factum.
Eutocius Aſcalonita in Bibliotheca Vaticana, & alibi in Archimede-m.
Fabriciæ, & vſus inſtrumenti Horologiorum vna cum nouatione deſcribendorum Horologiorum.
Federici Commandini liber de Horologiorum deſcriptione, ſed à Chriſtophoro Clauio lib. 6. Gnomonicè redditus breuior, & vniuerſalior.
Eiuſdem liber de centro grauitatis ſolidorum.
Idem de ijs, quæ vehuntur in aquis. Frontini ſtratagemata. Venetijs in quarto.
Gemma Phriſius, & alij de radio aſtronomico. Pariſi in 4.
Idem de vſu globi. Antuerpiæ in 8.
De Aſtrolabio. Antwerp. in 8.
Gemini meteo-ra.
Gnomonicè Chriſtophori Clauij.
Guilielmi Chou de caſtigatione Romanorum. Venetijs in 8.
Guidi Vbaldi de Marchionibus montis mechanica. Piſauri in folio. 1577. Eo autem opere continetur

- tractatio de libra, de veſte, de trochlea, de axe in peritrochio, de cuneo, de cochlea.
Guidi Vbaldi Planiphæriorum vniuerſalium theoria. Piſauri in fol.
Heliodori Lariffæi optica.
Heronis Geometrica.
Eiuſdem Spiritualia. Piſauri in 4.
De Machinis bellicis. Venet. in 4.
De ijs, quæ per ſe mouentur.
Eiuſdem, & Crefibij Geodæſia, mechanica, pneumatica, automata, Poliorætica.
Item Geoponica libris xx.
Hydria, & Zygia in Bibliotheca Medicea.
Hiéronymus Cardanus de proportionibus, & de Algebra, probatur Chriſtophoro Clauio. Baſil. in fol.
Hipparchus in Arati Phænomena, Græcè, & Latinè 1567. in fol.
Hypotypoſes orbium cæleſtium. Argent. 8.
Hypſiclis anaphoricos liber vnus in Bibliotheca Vaticana.
Iacobi Beſonij Theatrum inſtrumentorum, & machinarum, editum Lugduni.
Ioannes Bureo de quadratura circuli. Lugdun. 1559. in 8.
Ioannis Fernelij cosmotheoria in fol. Pariſijs.
Ioannis Grammatici de Aſtrolabio.
Ioannes Incundus à Iulio Ceſare Scalligero vocatur Architectorū ſummus, de ſubtilitate contra Cardanum.
Ioannes Laurentij Ananæ Cosmographia. Venet. 4.
Ioannes Lucidus de emendatione temporum.
Ioannes Paduanus de Horologijs. Venet. in 4.
Ioannis Regiomontani Kalendarium. in fol. & eiuſdem Tabulæ directionum, in 4. & Epitome in folio. & De triangulis in fol. & De ſecuritate in 4.
Ioannis de Roſas Aſtrolabium. Pariſijs, in 4. Eiuſdem Planiphæriū. Pariſi in 4.
Ioannis de Sacro Boſco Sphæra cum Commentarijs Chriſtophori Clauij, quæ anno licet 1593. Lugduni editur, iam quarto, recognita ab ipſo Clauio, & emendatior, & habet motum octauæ ſphære, quem eius alij non habent editiones.
Ioannes Strophlerus in ſphæram Procelſi, in fol.
Ioannis Verneri opuscula, vbi de motu octauæ ſphære, in 4.
Idem in primum Geographiæ Ptolemæi.
Iordanus de ponderibus in 4. Fragmentum eſt; ex quo poſſit parum elici.
Ioſephus Cereſius de modo attolendarum aquarum, editus Italicè, Parmæ.
Iſaacii, & Barlaami ſcholia in Euclidem.
Leonis Baptiſtæ Alberti Architeſtura.
Leonicus in Mechanica Ariſtotelis. Machometi Bagdedini de ſuperficierum diuiſionibus, qui etiam Ita-

licè impreſſus eſt Piſauri in 4.
Marſini Commentarius in Data Euclidis. Datorum lib. 1. Præuia ad optica. Opticorum lib. 1. Catoptricorum lib. 1. Præuia ad Phænomena. Phænomenon lib. 1.
Navigationis tria volumina. Venet. in fol.
Nicolaus Copernicus cum Commentarijs, ſunt autem Tomi duo in folio.
Idem de reuolutionibus orbium cæleſtium.
Nicolaus Tartaleæ quæſita. Venet.
Eiuſdem Nicolai Tartaleæ noua ſciẽtia cum additione ad 3. librum. Eam verò diuiſit ipſe in quinque libros, quàm Italicè ſcripſit. Primo agit theoricè de natura, & effectibus corporum æque grauium in duobus contrarijs motibus, Secundo, Geometricè, de qualitate, ſimilitudine, proportione tranſitarum illorum pro varijs eorum motibus, eiectione, attractione, & alijs diſtantijs. Tertio, de noua menſurandi praxi & aſpectu. Quarto, de tormentis, ſive bombardis eorumq. vſu. Quinto, de natura, origine, ac diuerſorum gummorum, oleorum, aquarum ſtillarum, & variorum ſoſſilium, cum natura, rum arte factorum. Addit aliqua de pyrotechnia, hoc eſt, de ijs, quæ igne conficiuntur. Sexto, de varijs inuentionibus, deinde item de inuentionibus ex principijs Mechanicorum Ariſtotelis. Octauo, de ponderibus. Nono, de quaſitis in ſciẽtijs, Arithmetica, & Geometrica, & in Præctica, & Speculatiua Algebra, vbi item de cubis.

Altero autem opere Italico, quod inſcripſit. Trauagliata inuentione, hoc eſt, exatam inuentionem, de extrahendis nauibus ſubmerſis. Deq. commemoratiõe diuturna ſub aqua. De mutatione temporum; in gratiam, & vſum Nauigantium.
Addidit interpretationem libri Archimedis Syracuſani de Inſidentibus aquæ: Cui tractationem adiecit de proportione, quàm habet materiale aliud corpus, quod aqua ſit grauius cum ipſa aqua.
Orontij Geometria. & Sphæra, cum commento ipſius.
Pappi collectiones Mathematicæ, non integre, licet iam in lucem editæ.
Pauli de Migdeburgo Paulina, Perſpectiua Danielis Barbari, in fol.
Perſpectiua communis in 4. Vide infra. Vitellio.
Petri Appiani quadrans, in fol.
Eiuſdem Cosmographia, in 4.
Petri Nonij Algebra Hiſpanicè edita Antuerpiæ, de arte autem nauigandi ſcripſit Latinè. De crepuſculis autem Olyſſipone impreſſus eſt liber anno 1542. in 4. Eiuſdem opera alia Conimbricæ, in fol.
Prætonica Tabulæ in 4.
Proclus in primum Euclidis Patanijs in fol.



Hypotyposis, Sphæra, & Aratus cum Theone. Eiusdem Hypotyposes Græcæ, & Latine, Dalderi in 4.  
 Pcellus de quatuor Mathematicis disciplinis, Græcus, deinde & Latinus editus: Qui quoniam antiquus est, legi potest, at non magna cum utilitate, cum alij iam diligentius, & doctius de iisdem egerint.  
 Ptolemæi liber primus Almagesti cum scholijs Erasmi Rheingoldi in 8. & in fol. Eiusdem magna constructio cum Theone. De Analem

mato. Planisphærium. Quadrilatera. & Geographia Basil. in fol. & Italicè Venetijs in 4. Planisphærii cum Cōmentario Federici Cōmandini. Venet. anno 1558. in 4.  
 Rutilius Numatianus. Bononiæ. Serenus de sectione Cylindri, & Coni.  
 Syluius Bellus de modo mensurandi per visum. Italicè Venetijs, & probatur Christophoro Clauio.  
 Speculum Nauticum Aurigarij Theodosij & Menelai spherica. Met-

sanæ Latine edita, sed Theodosius à Christophoro Clauio redditus clarior cu Paraphrasi, & Scholijs. De habitationibus lib. 1. & De diebus & noctibus lib. 2.  
 Theon Smyrnenus de locis mathematicis apud Platonem.  
 Theoricæ planetarum cum scholijs Erasmi Rheingoldi. Parisijs in 8.  
 Vitellionis & Alhazeni Theaurus optice.  
 Vitruuius cum Philadro. Lugd. in 4. & cū Daniele Barbaro. Ven. in fol.

INSTRUMENTA RERVM  
 Mathematicarum. Caput IX.

Theoricæ solidæ.  
 Octaua Sphæra Copronici.  
 Octaua Sphæra Alphonfi.  
 Armilla Ptolemæi.  
 Torquetum. de quo Petrus Appianus.  
 Astrologus Phrisij.  
 Annulus Astronomicus.

Radius Gemmæ Phrisij.  
 Versoria, siue Pyxis vel Acus Nautica.  
 Instrumentum Ptolemæi ad obseruandam diuersitatem aspectuum.  
 Metheroscœpium Ioannis de Monte Regio.  
 Circinus ad faciendas sectiones Conicas.  
 Horologia lucida.

ASTROLOGIÆ IUDICIARIÆ  
 refutatio. Caput X.

**A**strologiam esse, quæ possit prænoscere ex siderum obseruatione futura rerum euenta, quæ pertinent ad vitam, siue ad ea, quæ pendunt ex arbitrij libertate. Qui crediderunt, hi plerique fuere vel ethnici, vel si Christianum nomen gerentes in eo errore perstiterunt, à fide denique naufragarunt. Nimirum & Diuinam Scripturam, omnemq. Theologiam, veramq. omnem moralem Philosophiam, quantum in eis fuit, peruerterunt, atque adeo iubilulere. Qui enim eiusmodi Astrologiam pro certo sibi persuadet esse veram, & materialem, ac mortalem facit animam intelligentem, libertatem denit arbitrij, Diuinam intricat providentiam, qualem fides tuetur Catholica: Miracula, quæ Diuinitus facta sunt, ad cælestes causas, & virtutes reuocat: licentiam libidinum inuehit: amandat operum bonorum obseruationem, & executionem: velamen flagitiorum importat: Diuinis, & humanis legibus crudelitatem iniquissimè tribuit: Et noui ego, qui insignes habebantur Philolophi, cum ex Aristotele conati penè totam vitam iuissent animam hominis intelligentem mortalem facere, suimet ipsorum homicidæ æterni, hos tandem Diuino vrgente iudicio percussos tanta cæcitate fuisse, vt vanissimæ isti Astrologiæ crederent; Natiuitates (vt dicitur) efformarent, & tanquam oracula futurorum ederent: denique miserè interirent. Et verò Suidas in voce βλαμεινόμεον refert tributum fuisse stultorum, quod Alexandria pendebant Astrologi, quoniam à stultis consulerentur; βλάνα enim inquit esse εὐχθὴν, καὶ ἀσητόν, hoc est, stultum, & mentis impotem, à pisce ita dictum, qui Siluro similis, adeo inutilis, aut insipidus est, vt ne canes quidem gustare quidquam ex eo velint.

Diuinatri-

Diuinatricem igitur Astrologiam istam improbarunt omnes sapientes viri: Patres autem constanter confutauere: Damnauit Ecclesia Catholica.

Cum de sapientibus viris loquor, intelligo etiam ethnicos, quibus veritatis aliqua lux illuxit. Cicero 2. de Diuinatione Eudoxum, inquit, iudicasse, non esse in his qualitatibus credendum Chaldæis: quas etiam Panætium, Anchialum, Cassandrum, & Scyllacem Halicarnassum summos Astrologos omnino repudiassè testatur: solum Diogenem illud concessisse, vt possent prædicere, qualis quisque natura, & ad quam maximè rem aptus futurus sit: quod tamen negat illis Cicero, & multis eo loco prosequitur: Et vt præter Astrologos, aliorum de Astrologia iudicium intelligamus, auctor est Theodoretus, Pythagoram, Socratem, Platonem, & Stoicos eam nunquam recepisse: Bion risit semper Astrologos, qui cum non videant pisces iuxta se nantes in littoribus, eos, qui in cælo sunt, videre se dicant. Cui simile est illud Democriti. Quod ante pedes est, nemo spectat, cæliq. scrutantur plagas. De Aristotèle, & Peripateticis constat, cum velint, cælum solo lumine, ac motu agere. Extat item opus Alexandri, in quo fatum omne euertit. De Ptolemæo habentur libri eius, De fato, De prouidentia, & an stellæ aliquid agant, in quibus hæc copiosè confutauit, & ostendit, stellas non esse horum effectuum causas, sed interdum fortè significare, tanquam indicia quædam communia, & consusa: vt coniectura sit admodum fallax, & incerta. Quare Porphyrius scribens illius vitam, affirmat, eum post longum Astrologiæ studium vidisse Astrologorum iudicij non esse credendum. Quod etiam vltimo libro suæ Metaphysicæ & affirmat, & probat multis rationibus Auicenna. Refert Gellius lib. 14. cap. 1. integram, & copiosam Phauorini disputationem contra Chaldæos huius artis professores. Adfert etiam Picus lib. 1. Picus Diogenem Laertium, Plutarchum, Senecam, Seuerianum, & alios plures, tum antiquos, tum recentiores; & alibi refert dictum Porphyrij; Tunc mentita esse oracula, cum Astrologici nixa dogmatibus, respondebat. & idem Porphyrius aperte loquitur apud Iamblichum. Extat verò (quæ huc facit) disceptatio Sexti Empyrici in opere aduersus Mathematicos, cap. 21.

Quinam præcipuè ex Patribus aduersus Astrologiam Diuinatricem scripserunt. Cap. XI.

**Q**ui autem Græcorum, & Latinorum Patrum catenam ab Aloysio Lipomano collectam in Genesim leget, facile videbit, quot viri insignes Diuinatricem Astrologiam sint de-

testati, cum ea primi capitis Geneleos verba interpretabantur, quæ ita habent. Dixit autem Deus. Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, & noctem, & sint in signa, &c. Neque enim defuere, qui postrema hæc verba; Et sint in signa: haud rectè ad scientiam fideralem referrent.

At præter istos legenda sunt, quæ scripta sunt ab Augustino lib. 4. Confessionum, cap. 3. & lib. 7. cap. 6. lib. 1. contra Acad. cap. 7. lib. 2. de Doctrina Christiana, capitibus 21. 22. 23. 24. lib. 2. de Genesi ad litteram, cap. 17. lib. 83. Quæstionum, quæst. 45. lib. 2. Sententiarum, cap. 3. lib. 5. de Ciuitate Dei à capite 1. ad 8. libro de hæresibus, cap. 70. In additione post enarrationem Psalmi 61. & in explanatione Psalmi 140. Tractatu 8. in Ioannem, in illa verba capitis 2. Nondum venit hora mea. Et in libro de decem chordis, cap. 11. A Damasceno lib. 2. cap. 7. & eius enarratore Iodoco Clitæoueo in eum locum: A Basilio hom. 6. in Hexaemeron, & homilia. Quod Deus non sit auctor mali: Ab Ambrosio lib. 4. Hexaemeron cap. 4. A Gregorio homil. 10. in Euangelia: A Leone, sermone 7. de Natiuitate: A Nazianzeno, oratione in laudem Cæsarij: A Cypriano De singularitate Clericorum. Ab Epiphanio, hæresi 16. A Iustino, oratione ad Senatam Romanam: A Cyrillo lib. 10. contra Iulianum, non procul à fine, & libro 4. in Esaiam cap. 47. A Chrysostomo, hom. 6. in Matthæum, & inter opera eiusdem Chrysostomi, homil. 2. in Matthæum incerti Auctoris: A Theodoretto, quæst. 16. in Genesim: Ab Origene apud Eusebium, & ab ipsomet. Eusebio lib. 6. de Præpar. Euang. cap. vlt. A Nysseno lib. 6. Philosophiæ, cap. 1. A Nemesio in lib. de natura hominis: A Gregorio Neocæsariense in Ecclesiasten, cap. 11. A Lactantio passim: Et à B. Thoma, prima parte quæst. 115. art. 4. Secunda secundæ, quæst. 95. artic. 5. Et opusculo de iudicijs astrorum. Qui omnes, & hoc studium damnant, & plenum esse temeritatis, ac impietatis, ostendunt.

Quibusnam legibus prohibiti sunt Astrologi Diuinatores. Caput XII.

**A**dfert Sixtus Senensis libro secundo Bibliothecæ sanctæ, in voce: Curiosarum artium libri: libros omnes de Astrologia Iudiciaria non minus in Ecclesia Primitiua fuisse prohibitos, quam qui de Arte Magica, nefarijsq. alijs artibus fuerant scripti. Eò autem referri quidquid in Actis Apostolorum extat, in quibus habetur. Multos ex ijs, qui fuerant curiosa sectati, comportatos libros combussisse coram omnibus: nempe Magiæ, ac Diuinationis omnis illicitæ, qualis est Astrologica. Neque vero (testante Epiphanio in lib. 3 depon-

ΑΥΤΟΘΕΣ, qui contra Astrologiā Iudiciariā scripserūt.

ΑΑ. 19.

August. in  
expos. Psal.  
61.

26 quest. 2.  
can. 6. 8. 9.  
cap. 3. &  
A. can. 1. &  
q. 5. can. 3.

Socr. lib. 2.  
cap. 9. hist.  
scholast.

Torus tit.  
C. de Ma-  
lef. & Ma-  
themat.

de ponderibus, & mensuris) aliam ob causam ex Ecclesia pulsus est Aquila, quam quod geniturarum inspectionibus, & natiuitatum Diminationibus vacaret. Nec Augustinus Mathematicum in Ecclesia recepit, nisi post publicam penitentiam. Quin etiam secunda parte Decreti Gratiani omnino prohibetur Christianis: & affertur inter cetera Concilium Martini Papæ, & Decretum Gregorij Iunioris. Alexandrum quoque Pontificem Tertium, refert Picus lib. 1. integro anno ab Altaris ministerio reiecit Sacerdotem quendam, qui per Astrologiam scrutari uoluit factum in quadam Ecclesia: cui simile est, quod scribit Socrates in Historia Scholastica, Eusebium Emisenum non fuisse ab Emisensis ad Episcopatum, propterea quod Mathematica exercuisset. Affert etiam Picus Codicem Iustiniani, & forte est libri noni titulus 18. de Maleficis, & Mathematicis: in quo & ars hæc interdicitur; & ei, qui Astrologum consuluerit, poena capitis de cernitur: Ipsumque Iustinianum affirmant, ita exosos habuisse Astrologos, ut si in eius comitatu aliquis esset repertus, ad eculeum statim raperetur: Ac tandem constituisse eandem poenam & ijs, qui hæc docerent, & ijs, qui discerent. Hinc etiam eos Roma pulsos semper fuisse, scribit eodem loco, & cap. ultimo libri ultimi, & sub Vitellio, Tyberio, Diocletiano, Constantino, Gratiano, Valentiniano, & Theodosio, vel deserere professionem, vel poenas dare fuisse coactos. Eadem igitur causa fuit, cur Ecclesia zelatrix gloriæ Dei, & suorum salutis auida, Synodum Tridentinam impulit, ut in librorum prohibitorum Indicis Regula nona, omnes de hac re conscripti libri prohiberentur.

Præter Sanctos Patres, & Theologos penè omnes, fuisse & excoente superiore, & hoc seculo, qui Iudicarios istos Astrologos optime confutauerunt. Cap. XIII.

Thomas Vualdenfis:



Iulius Sirenius.

Io. Picus.

Verò taceam plures, qui facile occurrunt uiris eruditissimis, qualis fuit Thomas Vualdenfis, qui in opere de Sacramentalibus Tomo octauo, cap. 7. ex S. Augustino agit aduersus Iudicarios Astrologos, & Iulius Sirenius, qui fuit lib. 3. de fato à cap. 13. & lib. 9. à cap. 29. fere vsque ad finem hac de re tractat, sanè Ioannes Picus Mirandulanus Princeps, Astrologorum istorum fundamenta funditus euertit, quidquid nescio qui recentiores ueritati obstreperè ausi sint, ut ingenio, & pietate, sic reliquis uiri illius dotibus omnibus inferior. Picus igitur duodecim libros sublimitate eruditionis referit, quibus istam, ut diximus, Astrologiam expugnauit: cumque extre-

mi libri postrémis capitibus, unde orta, quibus fomentis aucta, quomodo propagata, deinde & qua ratione ab Aegyptijs ad alios Astrologos deueniret, enarraffet, aptissime ostendit, quantopere hic cancer serpat etiam inter meliora ingenia, & viros Principes, atque adeo Reges ipsos, nisi impiæ isti superstitioni sedulo eatur obuiam. Nam cum ab Aegyptijs ad Græcos Astrologia istiusmodi traiecisset, auctoribus ignobilibus eam uentibus secum, primo excepta circulatorum domibus, Lyceum tamen, & Academiam, sed neque omnino in porticum intrauit. Centesimo deinceps, & quadragesimo post Christum Dominum anno, eam Ptolemæus, licet parcius coluit: sic, ut non tam (inquit Picus) infania isti fauere, quam modum ponere uoluisse uideatur. Rapuit nomen Ptolemæi Græcos aliquos in errorem, alioquin ad superstitionem pronos: & Porphyrium, cuius in Demonum cultu operam, ipsi quoque eius Preceptor Plotinus, & discipulus Iamblichus dixerunt. Ex Græcia ad Arabes migrans Astrologia hæc audius est hausta, mirantibus illis, quidquid à Græcis ea de re scriptum inueniant. Securus est Aboasfar Grammaticus quidam, ut Philosophia, sic Mathematica omnis inscientissimus, loquacitate gratiosus apud populum, ac proinde femina istius impietatis in multorum cordibus sparsa relinquens. Creuit ijs temporibus Mathematicæ studiū, sicuti totius quoque Philosophiæ, ac disciplinarum omnium in Hispania, in qua cum regnaret Alphonsus in numeris Mathematicis, & cælestium motuum supputatione diligentissimus, ab ijs, qui Mathematicis impensius operam dabant; quique non adeo altas in Theologia radices egerant multa in eius gratiam, Arabum, & Græcorum eius artis monumenta ad nos peruenerunt, præsertim per Ioannem Hispalensem, ac Michaelem Scotum homines nullius ponderis, maxime uero ut superstitionis, sic leuitatis: Inde igitur temper aut destitit ad alios, aut propagata est: Sed quemadmodum adolecente in Chaldaea, & Aegypto Idololatria, hæc quoque adoleuerat, & propterea à ueris Dei cultoribus, Moysè, Isaia, Hieremia, & alijs Prophetis damnata est: sic etiam in Græciam ueniens, Pythagore, & alijs non placuit: Eudoxus Cnidius in Mathematicis princeps ætatis suæ, nullo modo (quemadmodum supra inuimus) credendum Astrologis affirmavit. Fecerunt id ipsum reliqui graues Philosophi. Roma item quotiescunque ex Babylonia, vel Aegypto ueniebant Diuinatores isti, seuerissimis legibus submouebantur. Cum uero Hadrianus Imp. horum prestigij (pronitate quadam naturæ erga Aegyptios) delectaretur, Phaurinus illos aperte, Plutarchus oblique suggillauit. Cum autem sub Ptolemæo uisa esset honestari, Plotinus illic, & Alexander Aphrodisæus, sed & Origenes sapientius eam inla-

Guilielmus Parisiensis.  
Nicolaus Oresmus.  
Henricus ex Hasiis.  
Ioannes Cælon.  
Brenlanius Britanni.

Io. Franciscus Picus.

Marfilii Ficinus.

Iandunus.

Ant. Bern. Mirandulanus.  
Driedo.

Sixtus Senensis.

Lib. 2. in Genes. in di. sp. aduer. sus Astrologos.

infamarunt. Ad Arabes ipsa ueniens dum detinetur ab Abenragele, & Aboasfare, explorata est ab Auerroë, & Auicenna, qui si in Christum Dominum credidissent, ueramque omnino Philosophiam haussissent, validioribus adhuc machinis eam expugnare potuissent. Vbi uero tandem in Lutetiam irreperere tentauit, uix à curiosis impetratum est, quin igne prorsus absumeretur: cumque postea Rogerius Bacon, & alij quidam eam honestare attentarent, Guilielmus Aruernus Parisiensis, & post eum Nicolaus Oresmus Mathematicus excellentis, & Henricus ex Hasiis, & Ioannes Cælon, & Brenlanus Britannus non solum qua parte lædit Religionem, sed planè totam ut uanam, & falsam exploserunt. At ubi denique satanas uidisset Christum Domini vexillum, ac fidem in Indias, nouumque Orbem importari, duo genera hominū excitauit, per quos hanc sibi illatam iniuriam uiceretur in Europa: Hi uere Diuinatores isti, & Magi, deinde Hæretici. Vix autem dici potest, quantopere illi, etiam apud Principes laude pietatis, ac dignitatis uehementibus laborauerunt, ut eo contagio infecti uiam patefacerent Atheismo. Nobile igitur istud, de quo diximus, Ioannis Pici ingenium Deus exciuit peropportuno tempore: Quod mox subsecutum est alterum ei, ut sanguine, sic perspicacia, & doctrina mirabili proximum, Ioannis Francisci Pici, cuius inter opera, qui nouem extant libri de rerum Prænotione, secundam supellestem continent aduersus Diuinos omnes falsos, Magos, Chiromantes, Geomantes, Augures, & ceteram superstitionem turbam. At quintus liber aduersus Astrologiam Iudicariam pugnat, quo & libros duodecim Ioannis Pici eius Patru aduersus eandem compedio clausit, nonnulla item adiecit, omnium rationes refutans, quæ eatenus per nouennium contra præclarum illud Ioannis Pici opus scripta fuerant ab Astrologiæ Iudicariæ amatoribus. Et Marfilii quoque Ficinus libro 4. Epistoliarum, epistola antepenultima, quæ est ad Franciscum Hippolitum Gazoldum, & Iandunus questio. 6. in octauum Physicorum in eiusmodi homines appositè scripserant, cum postea quæ Antonius Bernardus Mirandulanus lib. 22. de euerfione singularis certaminis, & Driedo lib. 3. de Ecclesiasticis scripturis, & dogmatibus cap. 2. Et postremo Sixtus Senensis, lib. 6. Bibliothecæ sanctæ, annotatione decima, hac de re egerunt, percommoda sunt isti impietati ex hominum mentibus eradicandæ: Sanè Sixtus materiam præbuit multis, ut prudenter possent istorum Iudiciorum commenta refellere. Accessit præter alios erudita hoc de toto negotio Benedicti Pererij tractatio, tanto dignior lectu, quanto post istos, quos perlegere potuit, ad hæc capita breuiter eam, ut peracti est iudicio, rededit: Primo igitur capite Diuinationem Astrologicam Diuinæ Scri-

pturæ, disciplinæ Ecclesiasticæ, ac doctrinæ Theologicæ docet esse contrariam. Secundo capite, à Philosophia redargui, & conuinci, primum quidem ea ratione, quod istiusmodi Astrologi cælestium rerum sint imperitissimi. Tertio capite: Etiam si Astrologi summam rerum cælestium cognitionem tenerent, non posse tamen eos futura diuinare. Quarto capite. Non modo astra non esse causas, sed neque esse signa futurarum rerum. Quinto capite: Quanam ratione nonnulli Astrologi multa uera prædixerint.

Ex his omnibus effici, eos quoque sedè lapsos fuisse, qui Historiam cum Astrologia Iudicaria conciliare uoluerunt. Caput XIII.



T & idem Pererius tertio capite eiusdem disputationis, iuste exprobrat Petro Aliacensi figmæ istiusmodi (ut ait) uulgarissime credetis, ac uanissime gaudentis in libro suo de concordia Historiæ, atque Astrologiæ. Ostendit enim Pererius, quod & Picus fecerat, cum Albumasar, Petrus Aliacensis, & similes turpissime errauerint in chronologia, hoc est computatione temporum, heri non potuisse, ut certam ex obseruationibus Astrologicis prædictionem indicarent. Ab initio Mundi, inquit Petrus Aliacensis, vsque ad diluuium fluxisse annos plus mille ducentos quadraginta duos: à diluuiio autem ad Christi Domini aduentum, & ortum, ter mille centum, & duos annos. hoc posito, probare nititur quicquid in orbe terrarum ualde memorandum, & insigne quocunque tempore acciderit, eodem tempore magnam aliquam constellationem in cælo apparuisse. At enim uero cum perspicue falsa sit computatio annorum, quæ uelut fundamento illorum ratio, & doctrina fulcitur, nonne consequens est, quæ ducitur, & pendent ex illa computatione esse falsa? Etenim ab Adamo ad diluuium, non plus mille sexcentos quinquaginta sex annos præterijisse constat ex Sacris litteris; pauciores nepe quam illi numerant, annis prope sexcentis: quo fit, ut constellationem, quam aiunt isti fuisse in exordio Mundi, sexcentis annis Mundum præcessisse necesse sit. Deinde tempus, quod inter diluuium interfuit, & Christi Domini aduentum, ne numerum quidem bis mille quadringentorum annorum impleuit. Ex quo efficitur, ut coniunctio astrarum, quam aiunt ducentis annis antegressam diluuium, non nisi sexcentis octoginta quattuor annis post diluuium potuerit existere. Præterea dicunt quartam coniunctionem maximam fuisse annis nongentis quadraginta duobus post diluuium, sexdecim nimirum annis ante natum Abraham: quem tamen liquet ex sacra



era Chronologia ducentis nonaginta duobus annis natum esse post diluuium. Quare necesse est, quartam illam coniunctionem sexcentis triginta annis post Abraham ortum contigisse. Ad hæc notarunt illi, sextam coniunctionem magnam ducentos viginti quinque annos fuisse ante Christum; nimirum falso: nituntur enim supradicta computatione annorum à diluuiio ad Christi aduentum, quã nos mendosam esse ostendimus: quin si veram sequamur chronologiam, necesse esset, sextã illam coniunctionem sexcentis ferme annis post Christi Domini ortum contigisse. Postremo quã fuerit Petrus Alia centis verã Christianã Chronographiã rudis, & proliis expertus, vel hoc vno iudicio manifestum esse potest: affirmat anno ab ortu Christi septingentesimo, ad quod tempus septimam coniunctionem magnam refert, natam esse in Ecclesia pestem hæreticorum, maximè vero eam, quã fuit Arianorum, quorum tamen hæresis circa annum Domini trecentiesimum exorta, ante sexcentiesimum extincta est. Quis igitur tam multas istorum prædictiones nixas mendacissimis Chronologijs, inanes, & mendaces esse dubitet? Et hæc quidem Pererius: Quã omnia etiam quadrant in Ioanem Bodinum, Regnorum conuersiones aliorum reuolutionibus, & concurribus sic satis tribuentem, cum & dies, qui excurrerunt, ob incertum solis cursum, quiq. tum Cæsare Dictatore ab Sosigene, tum postea ab Synodo Nicæna, denique à Gregorio XIII. reuocati sunt ad certos terminos, non respondeant temporibus seu punctis, quibus instituta sunt, quã postremo passa sunt interitum Regna.

*Bodini lib. de metho. do hist. qui liber instit. sine prohibitus est, ut qui etiam multas hæreses continet.*

*Quales habendi sint, qui hoc saculo scribere pro Astrologia Iudiciaria, aduersus Ioannem Picum Mirandulanum, eam consulantem, Caput XV.*



*Lucius Bellantius.*

**L**uoniam verò inter eos, qui hoc saculo pro Astrologia Iudiciaria pugnarunt, visi sunt quibusdam eruditè, ac validè scripsisse Lucius Bellantius Senensis Mathematicus, & Physicus, cuius liber quæstionum de Astrologica veritate multos ante annos abs se conscriptus, prodijt in lucem opera Germanorum Basileæ, anno huius sæculi quinquagesimo quarto, vnã cum Defensione Astrologiã, contra Ioannem Picum Mirandulanum: ac Dialogo Gabrielis Pirouani, qui inscriptus est, de Astronomiã veritate: Franciscus autem Iuntinus libros & ipse hæc de re nostro tempore satis ingentes edidit, ideo monendi sunt, qui istos æstimant, nec Lucium Bellantium, neque reliquos, qui Astrologiã istius Diuinatricis, qualicunquẽ prætextu patrocinium suscepe-

*Gabriel Pirouani. Franciscus Iuntinus.*

**A**re, esse tractandos, aut versandos. Primo quoniam oblique insinuant in animos eam, quã prorsus à Deo prohibita est Diuinandi ex sideribus ratione; deinde & quam, vt monstratum est, catholica semper Ecclesia detestata est: nouissime autem & quã per Synodi Tridentinã Indicem. De Bellantij ingenio paucadicam, cum ipse sese suis scriptis prodatur, qui exul à Patria, Reipub. suã parum gratus, opus illud suum agnoscit, vt abortum, potiusquam partum; impietatis etiam impiè arguit Picum, quod Astrologiam Iudiciariam oppugnauerit, quam ipse Bellantius inter primas artium liberalium esse satis putidè audet dicere. At si quis legerit quã Ioannes Franciscus Picus quinto lib. de Prænotione rerum respondit istis oblatratioribus; quã ve nouissimè Pererius in Genesis scriptis aliud sentiet. Et Ioannes quidem Franciscus aduersus ipsum Bellantium eodem libro data opera scripsit, cordatissimè illius argumenta diluens, in quem etiam priore eiusdem libri capite verba illa conuertit, sic inquit. Itaque qui hoc te perfugio tueris, & quasi purpuris defensiois Astrologice frontem obli nis luci, honestius tibi, atque salubrius consuluisses, si professione genethliaca posthabita veritati accessisses, nec prænosse, nec præuidere potueris tibi, quin Patria pulsus Arni piscoiculos estares, nec delectis exeundi hospitium horis, quibus confidebas, tutari valuisti, quin post paululum hostilibus gladijs aduersæ factionis occumberes, nullis demum Martis fauoribus, nulla Astrologica vanitate protectus; cui abijciendã, vndecim, quã sequentur, capita destinauimus, & hoc ordine distribuimus, vt quattuor prima rationibus eis, quibus confirmari posset Astrologia, recitandis, refellendiq. dedicerent; duobus autem sequentibus auctoritates cum Diuinas, tum humanas, & quã in eis fundari possunt rationes aptabimus: tribus, quã deinceps eadem Astrologia rationibus Physicis, & Theologicis profertetur: Reliquis verò ex principijs dogmatis Astrologorum, quasi in hostili agro castrametati ipsam vanitatis, & superstitionis arcem suis ipsis tormentis, machinisq. deiectam apertè monstrabimus. Hęc Ioannes Franciscus Picus, quã promissa præstitit, quibus & Bellantij, & Pirouani temeritas, & fucata religionis species confossa sunt.

*Verba Io. Francisci Pici aduersus Lucium Bellantium.*

**E** De Francisco autem Iuntino paucis præstat loqui. Hominem ego in Gallia noui exultantem, teterrimiq. studijs istius operam dantem, cum antea in Carmelitanorum ordine plures annos professus, & Sacerdos, denique item Prouincialis munere perfunctus valedixisset votis, professioni, ordinique, & Apostata sese proferens in Gallias recepisset: deinde item à Catholica fide cum naufragium fecisset, opera piorum redactus est quadantenus in viam: nam & publice in Aede S. Crucis Lugduni

Lugduni abiuratis hæresibus, bonam visus est aliquandiu operam Ecclesiã Catholicã velle nauare: Sed vt perdifficile est ponentem manum ad aratrum, ac retro respicientem, aptu esse Regno Calorum, nõ vidimus eum libros suos de impietate Diuinitate retractasse, neque consilium Sapientum virorum secuto, sibi, reliquisq. cõsuluisse, id quod præter quosdam etiam ethnicos. S. Augustinus fecit, sua retractans placita, & S. Gregorius Nazianzenus, qui Maximi Philosophi laudes, & vituperationes composuit: Ad extremum igitur hic, cum ad sexaginta numum aureorum millia per senus, & mercatorum permutationes, quã dicuntur cambia, collegisset (specimine hoc suã scilicet pietatis ac Deo promissã paupertatis relicto) extra septa sua, nedicam Catholicã Religionis obiit. Quibus autem eam legauit pecuniam: Nam & iunctis honestissimis Typographis (in quorum ædibus sæpe librorum correctionibus operam Lugduni posuerat) mille aureos numos cum moriens legasset, ij mihi falsi sunt, eos, vt reliquos euauuisse; nimirum omnia perditã fuisse, quã perditus ille anxie hinc inde corraserat. Et hi sunt Dij eorum, qui Diuinos istos magnificiunt.

Quantò igitur rectius, ac tutius est, Deum ipsum loquentè audire, qui sic ait per Esaiani.

Annunciate, quã ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos. & alibi. Ego sum Dominus irrita faciens signa Diuinorum, & hariolos in furorem vertens, conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens, & paulò post, deridens Deus Babylonios, & Chaldeos sideralibus suis obseruationibus fidentes.

Sta (inquit) cum Incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentiã tua, si forte quid proficiat tibi, aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: Stent, & saluent te Augures cæli, qui cõtemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annuarent ventura tibi. Et paulò antea dixerat. Sapientia tua, & scientia tua hæc decepit te. Ieremias quoque ait. Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis Cæli nolite metuere, quã timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt. Salomon. Homo (inquit) ignorat præterita, & quid post se futurum sit, quis poterit indicare? & alibi. Homo ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuntio.

Ceterum Michael Medina secundo libro de reã in Deum fide, cum nouem confiderationes propoluisset, quibus fidei attentus in animo roboratur, & augetur, deq. propheticis. euentuum vaticinio primo capite egisset, Diuinatricis istius Astrologiã, vt blasphemã, ridiculã, & (vt ille vocat) nugiuendã, atque ab omnibus sapientibus explorã, deinde & physiognomiã, ceterarumq. huiusmodi su-

*Esai. 47.*

*Esai. 44.*

*Cap. 47.*

*Ierem. 10.*

*Eccles. 10.*

*Cap. 2.*

*Michael Medina.*

**A**perditionum fundamenta perdocte conuelit, vt sanè vnus pro omnibus sufficere possit. Vbi verò hrmisimis rationibus eadem euerit, duplicem illam Criticã Astrologiam, quam Ioannes de Indagine garriebat, alteram nimirum Abrahamo, Iosepho, Moyse, & alijs sapientibus notam, alteram superstitionis, vtget Medina, nullam Iudiciariam Astrologiam fuisse vnquam præter vnã, quã & superstitionis est, & ad impietatem ducit: quã sanè Chaldeis, & Aegyptijs accepta refertur: in quam item non solum Romani Pontifices, Concilia, Cæsares, & Reges Christiani anathemata, & leges, ac multas promulgarunt, verum ipsi quoque Imperatores Ethnici edita, & poenas intulerunt. Concilium sanè Toletanum sic habet. Si quis Astrologiã, vel mathesi existimat esse credendum, Anathema sit. Constantius Imperator C. de malef. & mathem. l. nemo. Nemo Aruspice consulat, aut Mathematicum, nemo Ariolum, Augurum, & vatum prauam confessionem conicecat Chaldej, & Magi, ac ceteri, quos maleficos, ob facinorum magnitudinem, vulgus appellat; nec ad hanc partem aliquid moliantur, sileat omnibus perpetuo Diuinandi curiositas, etenim supplicium capitis feret, gladio vitore prostratus, quicunquẽ nostris iuris obsequium denegauerit. Sed & ad Tauram Præfectum adhuc plura in hanc rem scripsit.

*C. de malef. & mathem. l. est excepta. ff. de iniur. & famos. libel. l. 1. r.*

At & Diocletiani, & Maximiani extat Edictum, quo ista prohibebantur, & Vlpianus inquit. Si quis Astrologus, vel qui aliquam illicitam Diuinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset, qui non erat, iniuriarum cum eo agi non potest, sed constitutiones eum tenent.

*Architecturæ origo. Cap. XVI.*

**A**rchitectura, post principes Mathematicas disciplinas dicendum est, quandoquidem illè ab his pendent, earumq. ductu perficiuntur. In vtraque verò origo, Methodus, Pietas suo loco expendendæ sunt: Mox dispiciendum, num ex vno Vitruuio, & edifijs antiquis, ac præsertim ex Basilicis siue ethnicis, siue item ex Salomonici Templi structura petenda sit edificandi ratio, quã sit omnium præstantissima.

*Origo Architecturæ, & aliarum artium. Clem. Alexandr. Ambros. Cyril. Ioseph. contra Appionem.*

Originem igitur non Architecturæ modo, verum etiam ceterarum Artium ex primi Parentis nostri mente Diuinitus imbuta, manasse, atque ab eo ad posteros fluxisse, Patres vnanimè afferere: Clemens Alexandrinus, Ambrosius, Cyrillus, Eusebius. Ac testatur aduersus Appionem Iosephus, ab Abrahamo, ad quem illè à posteris Adami peruenerant, edoctos fuisse Aegyptios, à quibus Græci, inter quos fuerit qui Architecturæ inuentores sunt

sunt habiti, scientias, atque artes cunctas accepisse. Clemens autem Alexandrinus primo Stromatum libro probat artes etiã a Deo emanasse ex trigesimo primo Exodi capite, quo loco ex Architecturæ traditione, quæ liquidò in Diuinis litteris cernitur, alias quoque probat artes a Deo manasse.

Exod. 31. Certè Deus ipse inquit; Impleui (nempe Architectum Tabernaculi Beseleel) Spiritu Dei, sapientia, intelligentia, & scientia ad excogitandum quidquid fabricari potest. Et alibi. Misi ergo tibi virum prudentissimum, & scientissimum, qui sciat adinuenire prudenter quodcumque in opere necessarium est. Ac ipsa Salomonici Tēpli schemata ab ipso Deo fuisse Dauidi, atque ab hoc Salomoni tradita, constat ex ijs verbis primi Paralipomenò;

1. Paral. 28. quæ sic habent. Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus, & Templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiacionis, nec non & omnium, quæ cogitauerat atriorum, & exhedrarum per circuitum in thesauros Domus Domini, & in thesauros Sanctorum, &c. Omnia (inquit) venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. Et in Ezechiele legimus sic: Figuram domus, & fabricæ eius exitus, & introitus, & omnem descriptionem eius, & vniuersa præcepta eius, cunctumque ordinem eius, & omnes leges eius ostende eis, & scribe in oculis eorum. Quin etiam multo antea Moyse mandauerat Deus, vt Tabernaculum faceret ad exemplar, quod ei monstrauerat in monte.

Elucebant videlicet in eo edificio ea omnia ad miraculum, quæ optimæ Architecturæ legibus præcepta sunt: Ordinatio: Dispositio: Eurythmia: Decor: Distributio: Symmetria: vt quemadmodum humanum corpus è cubito, pede, palmo, digito, ceterisque partibus symmetron est; sic & illud opus è columnarum crassitudinibus, atque è triglypho, ac reliquis partibus conueniens consensus, atque ex separatis partibus ad vniuersam figuræ speciem ratè partis responsus efficeretur. Accèssit ad hæc omnia mysterium in ea structura latens, vt cum iotâ nullum, aut apex in Diuino Codice nullus sit, quin cælestem illam, & multiforsem sapientiam spiret, omnia vero ad doctrinam nostram scripta sint, certe tot vtriusque Testamenti capita, quibus eiusdem edificij mentio fit, ditissimam aliquâ penum mysterij æternis temporibus taciti continebant, quæ erat suo tempore gentibus etiam aperienda. Quæ quidem, inquam, omnia obscuritatis tenebris innoluta iacebant, teste ipso B. Hieronymo, qui assidua meditatione, Interpretum lætione, & Sanctarum Scripturarum vsu, coniecturas ingenij sui, potiusquam commentaria in eos Scripturæ edidit locos.

Vt vt autem hoc verum sit, dubium nõ est, quin & inuenta deinceps, & perfecta sint plu-

rima, quæ non extabat antiquitus. Nam rationalis anima, quæ ferè suæ intellectiõnis primordia consequendo a sensibus plura eruit, atque ad perfectum agitatione ipsa mentis adducit (eo magis cum Diuina luce radiata, & exulta disciplinis, & vsu exercitata, atque in se collecta est) semper aliquid conatur efficere, quippe quæ ad Dei imaginem facta non potest non operari. Ac tamen nolim hæc intelligi, quasi intellectum agentem facerem inuentorum Auctorem. Inuenta enim omnia, aut per afflationem impertitus est Deus; suorum ministeriorum nunciiorum: aut emergerunt quasi conclusiones ex propo sitis notis: Quod vt constet, afferri solent exempla huiusmodi. Bombardarum tubi sunt primum excogitati; quia lebetis chymistici operculum in laquearia impulsim est vi pulueris, qui ipso in lebetè erat, igne concepto. Ars Cartærographiæ ex gemmarum sigillis. Horologia fabuli ex clepsydra. Solaria a pastoribus ex vmbriis arborum. Horologia rotarum ab alijs machinis. Pictura ab Ichnographia. Hæc ab vmbriis, a quibus & optice. Architectura a natiuis specubus. Vnumquodque verò post quàm erutum est ex inuolucris suarum causarum, repetita perpen sione, exagitata, & renocata sunt ad Lydium lapidem, aut ad incudem, aut ignem: idest ad reflectionem rationis: metallorum more: quorum probitas tribus illis legibus exploratur.

An edificandi ratio peti debeat ex vno Vitruuio. Num item ex Salomonici Templi, qua olim extabat structura. Cap. XVII.

N verò edificandi ratio, quæ omnium præstantissima sit, peti ex vno Vitruuio debeat; an potius ex antiquis basilicis, potissimum autem è Salomonici Templi structura, sicuti quidam existimarunt, expendendû est modo. Sic enim ea, quæ pietatis sunt, afferre cupimus, vt tamen veritati suus sit locus: methodum autem quisque rectissimam ex eminentibus Architectis acceptam teneat, qui se isti facultati addixerit.

Ac primum huc ingenue conferam, quæ potissimum præter alios optimè hac de tota re sepe differuere mecum Bartholomeus Amanatus insignis Sculptor, Pictor, Architectus, & Iosephus Valerianus, Michaelis Angeli Bonarotè a puero emulatur, grandior autem natu factus, imitator, multis certe ab hinc annis & Pictor, & Architectus, idemque iam Sacerdos societatis nostræ. Architectus (aiebat hic) qui veram Architecturam callet, non omnino è Vitruuio, sed ex ratione, ex attenta obseruatione, optimoque veterum modo pendet. Nam et si Vitruuius Architecturam

Architecturæ leges. Ordinatio. Dispositio. Eurythmia. Decor. Distributio. Symmetria.

Mysterium Templi Salomonici.

Hieronymus quid de mysterijs Tēpli.

INVENTA fuisse plura procedentibus seculis.

Intellectus agens non est inuentarum rerum Auctor.

Bombardæ unde primum excogitata.

Ars cartærographiæ, Horologia fabuli.

Solaria. Horologia rotarum.

Pictura. Architectura.

Tribus modis probitas metallorum exploratur.



N verò edificandi ratio, quæ omnium præstantissima sit, peti ex vno Vitruuio debeat; an potius ex antiquis basilicis, potissimum autem è Salomonici Templi structura, sicuti quidam existimarunt, expendendû est modo.

Ac primum huc ingenue conferam, quæ potissimum præter alios optimè hac de tota re sepe differuere mecum Bartholomeus Amanatus insignis Sculptor, Pictor, Architectus, & Iosephus Valerianus, Michaelis Angeli Bonarotè a puero emulatur, grandior autem natu factus, imitator, multis certe ab hinc annis & Pictor, & Architectus, idemque iam Sacerdos societatis nostræ. Architectus (aiebat hic) qui veram Architecturam callet, non omnino è Vitruuio, sed ex ratione, ex attenta obseruatione, optimoque veterum modo pendet. Nam et si Vitruuius Architecturam

Bartholomeus Amanatus, Iosephus Valerianus.

Movus hic Italice ab Architectis dicitur Maniera.

aturam in vnum corpus redegit, atque huius leges, ac præcepta egregiè tradidit, quæ quidem omnia fatetur ab Antiquis se accepisse, multa tamen putauit se docuisse, quæ cum ad rem venitur, & vsu, nequaquam succedunt, nec quid dicam de incommodis, & inmensis mensuris Capituli Corinthij, & basium omnium, atque coronarum, quas ille attulit.

Sanè quod peritissimi quique Architecturæ afferunt id Graphidis defectu factum est. Quod quidem exemplis, & rationibus comprobandum est; non solum vt huic facultati rectissime se dedant ingenia præstantia: vtq. aliquando desinant haberi Architecti, qui eam facultatem probè non sunt affectuti, verum etiam ne pecuniæ, temporis, existimationis, atque adeo Diuini cultus iactura fiat, si ij, qui non sint, quales esse debent, Architecti consulantur. Ioannes quidem Baptista Toletanus Philippo II. Catholici Regis Architectus, Regij in Scoriaco, quod in Hispanijs non procul abest Mantua Carpentana, quæ Matridium dicitur, viginti impedit annos in Italia, vt Graphidem primò, mox Architecturam addidiceret: nec verò tantus sine hoc studio vnquam euasisset. In Basilica vero, quam Daniel Barbarus posuit, desiderant Architecti eximij multa: quæ absolutiora fuissent, nisi mordicus Vitruuio adhæsisset, quem simul fuisse minus in inueniendi peripicacem Christiani plerique omnes recentiores Architecti agnoscunt. Quin & Leo ipse Baptista, qui de Architectura scripsit, eundem Vitruuum sæpè reprehendit pluribus locis. Ac protectò ita se res habet. Cui Graphidis peritia defuerit, vt quæ particularia membra sunt, ea ita non aptet, vt non tam adglutinata, quam nata esse videantur, is integer haud habebitur Architectus. Inde igitur accidit, vt ingenia ruant edificia, vel maneat mutila, manca, luxata, prodigatur census, vbi necesse non sit, retineatur cum esset insumendus. Porro ad reliquam Architecturam cum magnopere spectet ornatus, quippe quæ Naturam imitetur substantiam varijs ornamentis decorantem, ac continentem, id verò Antiquorum monumenta, quæ supersunt, adhuc testentur. Nimirum Tempia, Theatra, Porticus, Arcus, Amphiteatra, Intercolumnia, Zofori, & alia; certè ipsa Graphidis ars his optimè disponendis pernecessaria est. Adde, cum Architectura non tam sita sit in quinque ordinibus. Hetrusco: Dorico: Ionico: Corinthio: Latino, siue mislo, quæ ipsius Architecturæ sunt membra, quam in alijs siue principijs, siue ijs, quæ illam integre constituunt. Inuentione, eruditione, præceptis, obseruatione, vel vsu: horum omnium quasi fons, atque directrix est graphis, ex qua Pictura, glyptice, Sculptura, ceteræque artes, quas vocant Mechanicas, rectius dixissent Banauficas; fluxere.

IOANNES BAPTISTA TOLETANUS

BASILICA DANIELIS BARBARI

BANAUFGARTEN

ra ratio Architecturæ addiscendæ petèda sit, eo magis examinandum est, quòd non demere, qui dixerint, eos, qui gentium ædificijs, & præceptis sese dediderunt, adumbratam potiusquam veram Architecturæ methodum didicisse. Quod certè haud verum est. Ethnicis enim Deum fuisse impertitum veram edificandi rationem, ex eo liquet, quod hanc ad ipsa quoque sua, in quibus colitur, templa construenda, adhibitam fuisse, atque adhiberi identidem cernimus. Neque verò quoniam Beseleeli spiritum suum (vt dictum est) sapientiam, atque intelligentiam, ac icientiam dedit ad excogitandum, quidquid in eo fabricari posset; propterea integram Architecturæ ideam in Scriptura monstrauit. Neque item par ratio est myitici illius Templi, quod suo tempore erat abolendum, cumq. ipse eius lapides omnes euerteret; atque esse debet in nostris ædificijs, & Templis. Iam quod attinet ad proportionem, præcepta, symmetriam, atque adeo ad vniuersam Salomonici Templi structuram, ea intelligendis quidem Diuina Scripturæ mysterijs commodare posset, fruendo non item. Primum, quod antiquus illud sacrificijs, & immolationibus brutorum, deinde ceteris futurorum vmbriis dicatum fuerat, quæ vbi cessassent, profus erat euerendum; denique atria illa, & porticus Iudaici Templi erant distinctæ pro varietate gentium, atque sacrificiorum, & sacerdotum, ac ceremoniarum: Quæ cuncta sublata sunt. Translato enim Sacerdotio, translatio facta est legis, & illius Templi (vt ita dicam) Architecturæ. Ex quo certè Diuinae Providentiæ miraculum cernitur. Pantheon enim, ac Mineræ, & aliorum fallacium Deorum Tempia Romæ, & alibi stare voluit, eaq. Beatus Virgini Matri, ceterisque, caltribus dicari: At Iudaici Tēpli ne vestigium quidem superesse permisit. Quin & Iudei ter aggressi illud redificare, non potuerunt. Deo enim bellante (inquit Chrysofostomus) superare impossibile est. Sed quid dico de Templo? ipsam quoque Ciuitatem nunquam amplius conpici voluit, in qua illud ipsum fuerat Templum. Aeliq. Adrianus nomen Hierosolymæ imposuit, cognomine Victoris & Euerforis. Iudei enim mota seditione conati sunt illam inaurare. Sed ille penitus eam deleuit iterum, & statuatam illo in loco suam collocauit, & nomen suum imposuit ciuitatis ruinis.

Sub Constantino rursus eadem aggressi sunt. At ille amputatis eorum auribus, ac rebellionis signo impresso corpori illorum, per omnia loca circumferabat illos ceu ingitiua mancipia, ac eos, qui per omnes regiones erant sparsi erudiens, ne in posterum eadem conarentur. Sub Iuliano Apostata, cui Iudei dixerunt. Si vis nos videre sacrificantes, redde nobis Ciuitatem, restitue Templum; nec puduit impias, & impuras manus vocare ad extruentionem

Chrysofostomus orat. aduersus Iudeos.

Sub Constantino rursus eadem aggressi sunt. At ille amputatis eorum auribus, ac rebellionis signo impresso corpori illorum, per omnia loca circumferabat illos ceu ingitiua mancipia, ac eos, qui per omnes regiones erant sparsi erudiens, ne in posterum eadem conarentur.

Sub Iuliano Apostata, cui Iudei dixerunt. Si vis nos videre sacrificantes, redde nobis Ciuitatem, restitue Templum; nec puduit impias, & impuras manus vocare ad extruentionem



tionem sanctorum, non perpendentes, quod si homo illa demolitus fuisset, potuisset homo illis eas restituere.

At Deus, qui comprehendit sapientes in ipsorum astutia, procius ipsis factis declaravit illi, quod Dei decretum omnibus est potentius, ignis enim exiliens è fundamentis exussit multos, & intempestiuam pertinaciam interrupit.

Vt faber, ait idem Chrysostomus, iactis fundamentis, erectis parietibus, concamerata tessidine, ipsaq. concameratione in vnum lapidem in medio positum connexa, si eum tollat, totam ædificij compagem soluerit; ita Deus cum eam Ciuitatem fecisset quasi nodum totius Religionis iudaicæ, ac mox eam subuerterit, nonne pariter & vniuersum eius Ciuitatis statum dissoluit?

Architectura partes, atque diuisio: Quanam spectanda priusquam ædificia inchoentur, præsertim ea quæ ad viros religiosos attinent. Cap. XVIII.

**N**equè verò eas tantum Architecturæ dicimus partes, quas supra attigi. Ordinationem, Dispositionem, Eurythmiam, Symmetriam, Decorem, Distributionem, verum etiam quæcunque ad eam rectè constituendam iuuant, siue sit fabrica, quam vltus manus exequitur; quo fabri, & machinæ spectant; siue materia, quam qui no-

Vitruuius lib. 3. Leo Bapt. proom. de ædific.

Aristot. 2. Physic. 2.

Vitruuius lib. 9.

uit, Architectus quodammodo est, sicut Aristoteles dixit: seu denique Ratiocinatio, quæ proportionem ostendit, atque Gnomonica, quæ cum versetur in Geometriæ principijs, atque mensuris, quibus Architectus areas mente complectitur, ac per lineas, ac figuras metitur, tum agit de rationibus vbrarum per stylum horologiorum: quam ob causam Astronomicæ notitiæ partem requirit.

Ac quidem, licet de his omnibus egerint ij, quorum nomina, librisq. recensimus, præstat tamen ipsius architecturæ methodum ea ratione ob oculos ponere, quam ijdè, quos diximus delinearunt, dum & ex melioribus Auctoris, & veterum ædificijs varia ipsimet struxerunt varijs in locis ædificia. Id quod eò libentius facimus, quòd cum omnem operam ad eam struendam adhibuerint, in quibus religio, & bonæ artes exercentur, poterunt hinc reliqui, qui religiosam vitam agunt non minimum haurire commodi ad sua vel contruenda, vel instauranda domicilia, & templa.

Vitruuius lib. 1. cap. 1.

Finis Architectura & quib. constat.

Architectura igitur est duplex. Altera que ponitur in præceptis, operumq. ratione: Altera, quæ ad ipsorum ædificiorum actionem & fabricam pertinet, quarum vtrique prædictus esse debet Architectus: ambæ enim ad eundem finem spectant; nimirum vt firma, vtilia,

venusta sint ædificia: Siquid enim eorum desit, infirma, inutilia, inuenusta erunt. Porro firmitatis habetur ratio, si iacta solidè fuerint fundamenta, omninq. selecta materia fedulo parata fuerit: vtilitatis autem, si locorum, membrorumq. apta curetur dispositio: venustatis deniq. apta curetur dispositio: venustatis deniq. si membra suas habuerint symmetrias, proportionisve responsus. Itaque ad hunc finem omnia præparanda sunt, qui duplex potest institui, loci, atque materiæ.

Vitruuius lib. 3. Palladius lib. 1. c. 1.

Locus.

Locus eligendus saluberrimus, in quo quanto purior fuerit aer, tanto meliore indole, ac virium robore homines degunt. Ad salubrem verò locum perspicienda sunt quattuor; Situs, Cælum, Aer, Aquæ. Ex situ, aer est saluberrimus, si excelsus, non nubilosus, nec pruinofus. Ex Cælo, si regiones non æstuosæ, nec frigidæ, at temperatæ. Ex aere, si palustris vicinia declinetur; vnde & nebulæ, & flatus pestilens in corpora diffunditur. Ex aquis, si mænia, vel muri fuerint in paludibus secundum mare, spectentq. ad Septentrionem, aut inter hunc, & orientem; ipsæ autem paludes excelsiores sint littore marino. Ex maris enim tempestatum redundantia, vel cum in mare patet exitus, fit vt palustrium generum venenatorum in fossis non nascantur, vel vbi fuerint nata, insueta fluctuum faldedine necentur. At, quæ sunt aquæ stagnantes, putrescunt, pestilentesq. vapores emittunt. Sin autem secundum mare ad meridiem, aut occidentem vergant, eæ vtrique salubres haud fuerint, quoniam ætate cælum meridianum sole exorto calefit, meridiè ardet. Quodq. spectat ad occidentem, id sole exorto tepescit, meridiè calet, vespere feruet. Quamobrem mutatione caloris, & refrigerationis, corpora, quæ in ijs locis sunt, vitiantur. Albertus ait rationem deligendam vbi arbores nascantur multæ rectæ, non autem ex latere vno cadentes (quod indicium sit ventorum continenter eas agitantium) copiosæ, magnæ, vberes fructibus, pulchræ, gustui gratæ, vbi nascantur homines pulchri, multi, graciles, bonæ indolis, & humani. Et Prisci quidem, num pecorum iocinora liuida, insectave essent, obseruabant, vt inde rationem aquæ, ac terræ, siue ciborum agnoscerent. Quamobrem fertilitas, commodumq. omne perspicendum, incolisq. consulendum est, hæc quò naturali morbo locus infectus sit, vel bestiarum venenatarum copia, vel herbarum, vel alia quauis ex causa. Hippocrates san-

Alb. lib. 1. cap. 3.

Vitruuius lib. 1. c. 4.

Alb. lib. 1. cap. 5.

libro de Aere, aquis, locis, ait. Quæ ad orientem solem sunt sitæ, eas par est esse salubriores his, quæ ad Septentrionem, & his, quæ ad calidos ventos sitæ sunt, etiamsi stadium Solis intersit. Primum enim moderatior est caliditas, ac frigiditas, ac quæ ibi sequuntur: Sed de aquis planius modo.

Aquæ

Aquæ, ac quanam optima.

Vitr. lib. 8. cap. 5. Alb. lib. 1. cap. 4.

Et copia, & qualitas aquarum perspicenda sunt, quæ ad alendum, & purgandum sunt optima. Vtriusque rei indicia sunt, si fuerint accolæ corporibus validis, colore viuendo, cruribus solidis; nec vitiatas, oculos haud habentes lippos. Præterea si fons nonus fuerit effossus, atque inde in vas Corinthium, siue alterius generis, vel item æneum aqua fuerit illata, quæ sparsa maculam non inuaserit, ea erit optima; qualis etiam quæ in ahenò defracta (hoc est cocta) fuerit: ac postquam requieverit, exempta, nil arenæ, aut limi in fundo aheni reliquerit. Addo. Si legumina celeriter coxerit, teneraque, & mollia cito reddiderit, panem bonum, altius effecerit, si in fonte limpida, clara, perlucida, non muscosa fuerit, nec iuncum procrearit, nec fons aliquo cæno sit inquinatus, nec saporem, odorem, coloremq. vllum habuerit. Plura verò aquarum genera recenset Leo Albertus, earumq. naturam explicat, multa itè ante illum Vitruuius. Con-

Defraçta, id est cocta, vt ex Alb. lib. 1. cap. 4. colligitur. Verbu Vitruuius

Alb. lib. 1. cap. 4.

sentiunt autem omnes, nullam esse salubriorem, quam quæ ex imbribus colligitur, quippe quæ (aiunt) gignatur ex omnibus fontibus leuissimis, subtilibusq. tenuitatibus; deinde per aeris excitationem perfusa tempestatibus, liquefendo defluit in terram. At aqua vbiq. immota insalubris est: festigans autem pessima illa est, quæ hirundines alit, vbi verò anguilla innotant haud adeo est noxia.

Hippocr. li. de aere, & locis.

Duo item aquarum genera Hippocrates, alterum è pluuijs, alterum ex fontibus comprobat. Sed Laurentius Iouertus Paradoxarum Quæstionum medicinalium, cum plurimum Auctorum scientias hac de re attulisset, quinque esse ait aquarum genera. Primo, ac laudatissimo loco pluuiatum: Secundo fontium: Tertio fluuiatilium; si leues, claræ, molles, bonæ: Quarto puteorum, quæ sunt insalubres: Vltimo stagnantium, quæ pessimæ.

Solum.

Vitr. lib. 1. cap. 1.

Antequam solum deligatur extruendo edificio, id imprimis dispiciendum est, num complanatio eius, quod sit montuosius; vel expletio eius, in quo aut valles, aut præcipitia cernerentur, esset sumptuosior. Ceterum, Solum cū diuersum diuersis in locis se habeat, nil de eo certum tradi potest. Sed hoc obseruandum, vt quàm solidissimis in locis substructiones fiant, quibus si natura præstabit, facillè dignosci poterit. Sin minus ad artem confugiendum est, vt quàm creberrimis palis, ac fistulationibus adactis muniatur. Palladius, Albertus Barbarus conueniunt, excavationibus crebris solum esse pertentandum; id quod non magis ad aquam eximen-

Pall. lib. 1. cap. 7. Barb. lib. 1. cap. 1. Alb. lib. 3. cap. 2.

dam, quàm ad firmitatem experiendâ valet. Priusquàm autem Solum attentetur, ea erunt eius naturæ indicia, si herbæ fuerint, quæ humidis in locis enascuntur, lutosum enim id erit. Sin arbores in fassis regionibus adoleuerint, ibi erit fabricandum. Sin autem saxa, soliditatis erit signum. Contra, scaturientes aquæ, sonitusq. terræ ex granium rerum casu, siue motu, fabricam non admittent. Si item vasa aquarum plena, vel membranæ tympanorum humi strata, hæc, graui aliqua re decidente non crepidauerint, aut sonitum ediderint, neque verò aqua diffundatur, firmitatis erit signum. Hæc vbi extrinsecus innouerint, iam crebris excavationibus soli natura interius pertentanda erit. Ac quidem natura multis quasi cutibus, aut corijs solum contexit, vel crassiore sabulo, vel minuta quadam arena, interim glareæ, quandoque creta, vel argilla, nonnunquam topso, vel cæno, atque item permixtione quadam reru diuiditur, ita vt non eadem soli qualitas sit in superficie, sed alia sub cute, alia in ima parte cernatur.

Ab omni igitur arenoso, glareoso, molli, palustri, atque congestitio Solo cauedum est. Solidius porro fuerit Solum, quod ferro magis obstitet, cumq. madefactum fuerit, non dissoluetur. Hæc de Solo. Sed quæ ratione excauandum, & quomodo congestitijs, palustribusq. in locis substruendum sit, paulo post erit dicendum, vbi de fundamentis iaciendis breuiter agemus.

Area.

Quæ ad Areas collocandas ob variam diuersorum generum qualitatem præcepta traduntur, ea Palladius, & reliqui scripsere, à quibus peti possunt.

At quæ de ædibus sacris, domibusque, vel collegijs religiosiorum dicenda erunt, non ita omnes cogitarunt. Primum itaque erit area eligenda frequentiori nobilitati, vt animarum saluti facilius consulatur; certe opportuniore ciuitatis loco: nimirum (si fieri possit) procul à strepitu, & vel improbo conuentu: Eæ ad orientem versè latas plateas habeant, vt non solum frequentia dignitate, sed & religione animum afficiant. Si cliuus in ciuitate fuerit vacuus (quem quidem liceat deligere) is deligatur. Sin minus; eiusmodi sit saltem, vt tribus gradibus in Templum ascendantur. Vbi aqua inuenitur, is quidem erit aptior; at tot gradibus, quot sepulchris substruendis fuerit opus; ne forte corpora in aquam demersa factorem inhalent. Ceterum & hic dispiciendum est, ne (quod superioris capituli initio diximus) sumptus superet census, æquãdeq. areæ maior, quàm deceat, fiat impensa. Aspectus Templi versus maximam, & frequentissimam Ciuitatis partem esto. præcipuè versus ad orientem; reliqua verò

Pallad. lib. 1. cap. 1.

Aedibus sacris, & religiosiorum domibus extruendis quænam Areas paranda.

t membra

membra secundum climatis rationem, eodem spectent, vnde lumen excipiant.

*Vitr. lib. 6. cap. 1.*

Quæ sub Septentrione ædificia construentur, ea necesse est, vt sint testudinata, & maximè conclusa, ac versus calidiorem cæli plagam cõuersa. At, quæ Solis impetus, regio meridiana torrèt, ea Septentrioni, vel Aquiloni pateant. Sic pro ratione aliarum regionum, vbi loci natura læditur, ea arte corrigenda est. Quæ verò spatia præcesserint areas, magnam vtilitatem afferent, valetudiniqu. commodabunt, si cisternæ, ac separatim subterraneæ cloacæ ad immunda aliò deriuanda construi possint.

*Materia.*

Ne verò huc plura cumulem, quàm instituti nostri ratio postulat, de Materia, quando cædenda sit, videndus est Vitruuius lib. 2. c. 9. & Palladius lib. 1. cap. 2. Sed & Leo Albertus lib. 2. cap. 4. 5. 6. & 7. agit quomodo materies condenda sit, quenam item ratio adhibenda, vt vniuersa æque arefcat. Præcauendū enim, ne initio per rorem, sed post meridiem trahatur, quin etiam ne rore madida, nec contra nimium arida leuiganda est. Ante triennium non arefcere aiunt. Verum consulendi sunt periti, quamnam regio materiam ferat, quæ singulis apta sit. Quæ autem à Vitruuio commendatur. Vide lib. 2. cap. 9.

*Lapides, Lateres, & Calx.*

*Pallad. li. 1. cap. 3.*

Duplex lapidum genus Architectis in vsu est; alterum, quod sponte natura præbet: alterum, quod arte conficitur. Primum vel ipsius fabricæ calci est vsui, vel ad ipsam structionem pertinet. Qui ad struendū pertinent (nā, qui calci faciendū sunt apti, mox dicetur) ij vel duri, vel molles sunt. huiusmodi autem lapidicinas sic solent effodere Architecti, vt sub dio tempestatibus expositi lapides per biennium, eorum naturam experiātur: Nam qui illæsi perstiterint, ij operum ornatui, & fabricæ deseruiunt: Iæsi autem in substructiones iniiciuntur. Duri sanè maxime resistent, atque sub dio, & pondus & vndarum falsedinem facile sustinent: quod quidem de minis duris sperandum non est. Alterum genus lapidum arte confectum è Terra educitur, hiqu. lateres dicuntur, qui è terra cretosa siue alba, siue rubra cõstanti sunt, quæ facillime tractentur. Quo tempore autem effodienda sit terra, quo ducendi lateres, & quorum generum, pro diuersa fabricæ ratione vel Architecti instituto, esse debeant, Vitruuius, Palladius, & Albertus scriptum reliquere ijs in locis, quæ adscripta sunt margini.

*Vitr. lib. 2. cap. 3.*

*Pallad. li. 1. cap. 3.*

*Alb. lib. 2. cap. 10.*

*Pall. lib. 1. cap. 5.*

*Vitr. sicut etiam comprobatur.*

lib. 7. cap. 2. vbi agit de maceratione calcis. In quem locum commode scribit Daniel Barbarus, sed & Vitruuius, Plinius, Palladius, Albertus, de tota re egerunt apposite.

*Barb. li. 2. cap. 5.*

*Plin. 2. mo-*

*lari lapide*

*pinguiori*

*fieri calce*

*ait.*

*Idè Barb.*

*& Alb. lib.*

*2. cap. 11.*

*Plin. li. 36.*

*cap. 23.*

*Arena.*

Arenæ tria genera sunt, fossititiū, fluuiaticū, maritimū. De his Vitruuius lib. 2. c. 4. Barbarus in eūdem, Palladius lib. 1. c. 4. Albertus lib. 2. c. 12. Fossititia arena optima, sed quæ ex arenarijs recentè sumpta, atque effolla; alioquin inualida. Maritima tectorijs optima. At de arenarum communibus indicijs, de puteolano puluere, cum alijs, tum Vitruuius lib. 2. c. 6.

*Ratio struendi, & fundandi adificia.*

Ante omnia, typo, siue fabricæ graphidi danda opera est. Ea verò vel ad ichnographiā, id est, vestigium fabricæ pertinet, quod plantam Itali vocāt, vel ad orthographiam, id est frontis, & laterū erectionem; vel ad sciographiā, id est internæ partis sectionem, & formā (quod nostri profilum dicunt) qua murorum crassitudine describunt.

*Paratis.*

*Fronte.*

*Profilo.*

Tum area, secundum ichnographiam suis lineis, & dimensionibus delineata effodienda est vsque ad solidum, vel in solido complananda. Id vero, ac reliqua quomodo efficienda sint Vitruuius, Palladius, & Barbarus fat monstrarunt. Quomodo excauādum solum, quomodo structura solidanda. Quæ sint soliditatis signa. Qua ratione substructiones iactandæ. Quenam amplificandæ substructiones. Super ruinas non esse superstruendum. Fundamentorum in modum alia pyramidis, alia gradationis iactanda.

*Vitr. lib. 1. cap. 5.*

*Lib. 3. c. 8.*

*lib. 1. c. 4.*

*Pallad. li. 3. c. 3.*

*Barb. in Vitru. lib. 3. cap. 3.*

*Pall. lib. 1. cap. 8.*

De substructionis autem in aquis palustribus, & congelitijs locis Vitruuius legendus est lib. 3. cap. 3. & lib. 5. cap. 12. Barbarus ibidem in eundem, Hieronymus Catanæus de militari, Palladius lib. 1. cap. 8. Leo Albertus lib. 4. cap. 3. & reliqui.


*Auctores qui de Architectura scripserunt.*

Cetera verò omnia, quæ ad vniuersam edificiorum structuram spectāt, cum eorundem rationem tradiderint Vitruuius, Palladius, & Leo Baptista Albertus, superuacaneum fuerit huc adijcere. Nam neque hæc addidissim, nisi ad areas deligendas, materiamque paranda, hinc aliquid lucis hausturos existimassim eos, qui cum Religiosorum familijs præsumunt, necesse est, vt ea prenoscant, ne facile à quolibet decipiantur.

Religiosorum familijs præsumunt, necesse est, vt ea prenoscant, ne facile à quolibet decipiantur.



PRAEMONITIO EX PLINIO ijs qui Terram contemplantur, & studijs Geographiæ se dedunt.



MÆ tot portiones (inquit Plinius) terræ, immò verò, vt plures tradidere, Mundi punctus (neque enim est aliud terra in vniuerso) hæc est materia gloriæ nostræ, hæc sedes, hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic instauramus bella etiam ciuilia, mutuisq. cædibus laxiorem facimus terram. Et vt publicos gentium furores transeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtoq. vicini cespitem nostro solo affodimus, vt qui latissimè rura metatus fuerit, vltraq. fines exegerit accolæ, quota terrarum parte gaudeat? vel cum ad mensuram auaritiæ suæ propagauerit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat?

*Plin. lib. 2. Nat. historie.*

COSMOGRAPHIA, ET GEOGRAPHIA, ubi methodus eas tradendi, quæ de vs egerint. Caput XIX.

*COSMOGRAPHIAE SCOPUS.*



Astronomiam, tractatio sequitur Cosmographiæ, quæ cum describat Mūdum è quattuor elementis, ac Cælo constātem, circulos in primis contempletur, è quibus supercælestis sphaera componi intelligitur, deinde ex ipsorum distinctione demonstrat terrarum illis subiectarum situs, & locorum commensurationem, atque rationem climatum, dierumque, ac noctium diuersitates, quattuor Mundi cardines, Poli eleuationes, Parallelos, Meridianos circulos, & reliqua iuxta Mathematicas ostensiones. E quibus omnibus plurima se occasio dat amanti Deum, atque erudito Cosmographo Diuinæ gloriæ manifestandæ, atque animos ad supercælestia, atque ideo pulchriora euehendi; quemadmodum ex Patribus quidem, qui scripserunt in Hexameron, Basilio potissimum, & alijs; sed & è recentioribus liquet, Augustino Steucho in eius Cosmopæia, & Benedicto Pererio Commentario suo in Genesim primo.

*GEOGRAPHIA.*

Cosmographiæ autem Geographia subditur, quæ rationem Orbis terrarum describendi, atque sub oculis ponendi præbet. Id

quod Claudius Ptolemæus Princeps inter Geographos, sic præstitit, vt eius ductum secuti reliqui penè omnes Tabulas Regionum, vel eisdem, vel similes posteritati mandauerint. At quoniam neque is, nec Strabo, nec Marinus, quem Ptolemæus; nec Eratosthenes, quem Strabo reprehendit; nec Homerus, cui primas idem Strabo in Geographia tradenda detulit; primi scriptores Geographi fuerunt; sed Moyfes; quemadmodum secundo libro ostendimus; ideo vera quidem origo Geographiæ agnoscenda est. Deinde ante omnia generalior aliq. diuisio iactanda, quam quæ per Zonarum partitione facta est à Geographis: mox gentiū ipsarum in varias Mundi partes migratio, & statio, vnde & ipsæ provinciæ nomen sortitæ sunt: præterea vtilitas, necessitas Geographiæ monstranda; vt denique inde propius ad Ptolemæum, ac reliquos Auctores, atque ad methodum, siue introductiones, quæ habentur hoc tempore aptiores, veniatur.

*Strabo li. 1.*

*Moyfes primus scriptor Geographiæ.*

*Lib. 2. c. 5.*

*huius Biblioth.*

*Methodus quæ optima in tradenda Geographia.*

*Locus alter immensus, alter finitus.*

Ac primo perplacet, quod Benedictus Arias Montanus ex Diuina Scriptura Locum ostendit esse duabus naturis constantem: Alterum

*Duplex Locus.*



immensum, infinitum, ab omni corporali societate, aut occupatione distinctum, sui ipsius compotem, seq. ipso plenū, & cetera omnia, nulla occupatione sui continētem, atque virtute, efficiatateq. permeantem, hoc est, Dominum DEVM: qui propterea inter alia plurima nomina MAKON vocatur Hebraice: id est, Locus. Alterum autem, qui est Mundus: de cuius creatione, mox figura, deinde de duplici causa eius condendi, ac tribus illius partibus, earumq. diuisione, siue descriptione, & origine cū scripsisset, certiore præfert lucē, quam siue Ethnici, quos diximus: siue alij, qui licet Christiani essent, mentes tamen non sustulerunt ad id, quod erat præcipiū spectandum. Ac quidem Moyſes, cum primò egisset de Paradiso Terrestri, deinde de fluminibus, qui eum irrigabant, præterea de hominibus primis, qui Terram incolere, quorum nomina, atque seriem posteriora sæcula, rerumq. vicissitudines, ac mutationes vel perturbarunt, vel corruperunt, suismet ac proprijs adscripsit locis: cuius descriptionem Prophetæ omnes, ac reliqui sacri Scriptores, qui post illum vixerunt, sunt secuti, eamq. sanctam conseruauerunt, & integram; adeo, vt quamuis ipsi regionum, vel incolarum nomina post multa sæcula immutata inuenerint, eadem tamē illa antiquissima vsurpauerint, quod quidem nisi ab ipsis obseruatum fuisset, esset plane nihil, quod de gentium origine ex alijs scriptoribus cognoscere possemus.

D E V S cur vocetur MAKON.

Bened. Arias Montan. libris 2. altero q. Phaleg. altero, qui Chanaan inscriptus est. Moyſes in Gen.

Arias Montanus. Gilb. Genebrard. Josephus.

Henochia prima Ciuitas. Nod.

Caim vbi habitauerit.

Professor Geographiæ vnde nā inchoare Geographiam deberet post generalem Mundi diuisionem.

gio, cuncta habens vel euerſa, vel omnibus incolis destituta, alias subinde stationes, ac ciuitates populis, qui erant in lumbis filiorum Noe, parauit.

Benedictus primum Sem (inquit Genebrardus) è quo ortus Abraham credentium Pater. Deinde Iaphet, à quo dilatata est gentium plenitudo, & ingressa in Tabernacula Sem, id est Ecclesiam. Postremo Chanaan filius Cham infelicitati seruitutis subiectus. Vnde Chanaan, qui in vndeim gentes creuerant à posteris Abraham, Lot, & aliquot aliorum deleti sunt funditus.

Cham autem, quia destitutus est paternâ benedictione, non paruum plagam posteritati suæ attulit, vt & ipsa indignationem Dei in suum parentem testaretur.

Nam filij Mizraim secundogeniti, vt Aegyptij nigri, & deformes nati sunt. Getuli præter nigrorem ore putidi, vt cogantur saepe perpetuo habere in ore.

Filij Phut tertio geniti, vt Mauri, nigri, simi, labeones, aliove modo prodigiose affecti.

Filij Chus primo geniti nigerrimi, & c. Nam certissimum est originem nigredinis non à regione proprie (vt hactenus est existimatum) ob Solis ardores, sed à stirpe; & sanguine Chus prouenire. Quoniam sub æquatore, & locis vtrique tropico vicinis inter istos nigerrimos sparsi reperiuntur albi, vel cineritij, qui illhic in sua albedine perseverant, vt qui manarint è sanguine Abraham, Salomonis, Iudaorum, & aliorum inquilinorum.

Secundo: Quia nec in Indie littoribus sub eodem climate, immo verò parallelo (nisi ex tracta aliunde stirpe) eo colore tinguntur. Sed nec in Atlantice, in qua homines sunt oleastrino, Indoe, aut vt plurimum cineritio colore, præter paucos in vno solo loco, ob eamq. rem vicinis inuisos, cum aliòquin veri Aethiopes sibi de sua summa placeant nigredine. Tertio: Quia vique ad trigessimū quintum gradū latitudinis in Africa vltra æquatorē sunt atrerimi, cum apud nos Hispania, Sardina, Syria, Arabia, Babylon, Chaldaea, Persis, Sulliana, Gedrosia intra 35. gradus latitudinis cis æquatorē nullatenus Aethiopes ferre videantur, vt aliqui credant (quemadmodum Genebrardus refert) fidem habendam esse traditioni Hebraicæ, quæ ex albo parente Cham (hcut & Iaphet, & Sem albi erant) natum affirmat Chus (aut saltem eius posteros) atro colore in sceleris paterni argumentum præter calamitatem seruitutis. Nam Arabia gentes, quæ è Chus descenderant, ab Hamae, Elau, Madian, & ceteris Abraham filijs, è Cethura, à Moab, & Ammon Loth filijs partim extinctæ, partim sub iugum missæ sunt. Africæ autem populi perpetuè Europæorum, & Asianorum seruituti obnoxij, qui proinde Reges ferè habuerunt extraneos, olim Iudæos, Persas, Ptolomæos, Græcos, Romanos, Sarcenos, hodie Turcas Ismaelitas. Sed & Abyſ-

Gilb. Genebrard. lib. 1.

Deut. 2.

Gen. 12.

finorum

finorum PretoIoanes suam originē refert ad Salomonē, eiusq. nobilitas tota ad Abraham.

Hęc igitur vbi Geographiæ Professor generatim exposuerit, in Syriam, & Palestinam ac Phenicem, & terminos totius Terræ Promissionis suaferim vt descendat. Hanc verò descriptionem præter eos, quos in secūdo libro huius Bibliothecæ indicauimus, Petrus Galarza Episcopus Caurientis texto libro Inarum Euangelicarum Institutionum breuiter, & appositè tractat. Qua peracta, si cogitet è re futurum, vt itinera Pauli Apostoli, vel aliorum Apostolorum, siue Regna quorum in Scriptura, ac præsertim in Danielis Prophetæ libro fit mentio, ostendat: id sanè eò rectius fiet, quod Diuina Historia sit verissima: cum qua tamen coniungi potest Humana; quemadmodum Augustinus de Ciuitate Dei fecit. Sanè verò id optandum est magis, quod breuissima hæc vita est, ac si quid certi sciendum est, prætat, vt qui Christiani summa Dei misericordia sumus, id, quod gratius est Deo, quodq. ad salutem nostram attinet, addiscamus, percepturi reliqua, si vita super fuerit.

Vtilitas, atque adeo Necessitas Geographia.

**H**inc verò micare incipit Geographiæ splendor, atque necessitas cū summa vtilitate coniunctus. Verissimū enim est, quod & Græci antiquitus, & nostri hoc sæculo de ea dixerunt. Nempe, nullum esse vel disciplinæ, vel artis genus, quod Geographiæ cognitione haud inuenitur, atque excolatur, quippe quam Philosophi omnes naturis rerum indagandis necessariam experiantur; cum infinita prope prope rerum multitudo, atque varietas tum in ipsis Terris, tum etiam in Terra contineatur. Quin etiam moralis Philosophiæ nō tam Interpretem, quam administram intelligunt; ex qua statui possit, quid cuique genti pro locorum ratione conueniat, id quod ex diuersis hominum ingenijs perspicui potest. Sed & Medici, ac Nauæ, & Mercatores, & milites ea indigent; præsertim autem qui studijs sacrarum litterarum sese dedidere, in quibus nullum verbum ociosum est, nullum non scitu dignissimū. Ex ea sanè (quod præclare Arias monuit) facile conijci potest, quenam omnino natio, cuius in amicitia, societateq. permanferit: contra verò quenam, & quinam inuenta fuerit, & inimica: quos inter populos eadem iura, eadem fœdera, eademq. viuendi ratio communis fuerit: hinc etiam similitudum, iniuriarum, bellorumq. cause, minore certe labore, maiore verò fide, multoq. certius, quam ex quouis alio scriptore cognosci possunt. Quædam enim gentes quodam veluti hereditario odio, atque discordijs inter se laborant: aliæ verò perpetuo quodam societatis iure semper fuere coniunctæ. Atque hæc quidem, huc odia, & inimicitias, seu fœdera,

Arias Montanus in Apparatu ad sacras litteras.

Vnde nam discordia nationū nascunt.

ac societatis verissimile est ex graui aliqua causa originem duxisse: quæ postea temporis progressu, non paucis de causis inter illas, ipsas gentes, ac populos cōseruata sunt, quorum ipsi initia dinumerare non potuerunt. Quæ tamen necessario ex ijs principijs, atque causis, ex sacrorum librorum lectio- ne obseruatis, manasse sciendum est. Legimus enim Chanaanos, Aegyptios, Aethiops, Libios, & Ainos raro inter se bellum gestisse: lapeg. suas copias vel ad aggrediedos, vel hostes à finibus arcendos contulisse. Neque etiā nos præterit Assyrios hisce gentibus hostes fuisse infensissimos: atque Hebræos tum Assyrijs, tum ijs, quas commemorauimus, nationibus, perpetuo vel inuisos, aut saltem suspectos fuisse. An non hæc omnia Cham, atque Sem, qui primi illarum gentium fuerunt Auctores, diuersim indicant ingenium, quod quidem in eorum altum familijs postea ad posteros deriuatum est. Illam verò Scytharum, & Aegyptiorum veterè de antiquitate contentionem quibuidam ex causis emanasse credendum est, præter quam ex illa inimicitia, quæ in Tabernaculo Noe est orta post impium illud flagitium Cham, qui quas corporis partes Patris sui tegere debuit, eas per summum icelus prodidit. Porro quod Græci, atque Latini à Iaphet pio in Patrem filio genus ducunt, illud est in causa, quam obrem ij & in rerum omnium natura cognoscenda, & Philosophiæ studijs excolendis, atque id, quod maximum est, in eloquentia excelluerint, multoq. præclarior ipsorum, quam aliarum gentium conditio in hoc genere fuerit. Illi enim pater, vtpote pietissimū filio pulchritudinem, elegantiam, atque decus in benedictione promisit. In nostris ijs, quos in Prophetas edidimus commentarijs ex antiquarum historiarum cum libris sacris collatione ostendebamus, Aegyptios, Chanaanos, & Aethiops inter ceteras omnes nationes iam inde à priicis illis sæculis ad nostram vique etatem seruituti apud alias gentes maxime fuisse obnoxios. Id quod sine dubio ex illa Patris sententia manat: Maledictus Chanaan seruus seruorum erit fratribus iuis. Infinita prope alia sunt, quæ ad mores, ritus, religionemq. gentium, ad publicarum, ac priuatarum rerum administrationem, ad bellipacisq. rationes, ad commerciorum vsum, ad omnem denique vitæ consuetudinem, mores, atque adeo ad ipsam vestimentorum rationem referunt, quorum cognitio, si ex sacra petatur Geographia, non est dubium, quin illa perfectam quandam, atque absolutam harum omnium rerum scientiam sit exhibitura, ex eaq. non parum accedet lucis ad eorum omnium intelligentiam, quæ tum in sacris, tum in profanis leguntur libris, at verò absque ea non pauca alioquin difficillima, & obscurissima etiam diligentissimum Lectorem retardabunt. Hæc Benedictus Arias.

Scytharū, & Aegyptiorū diffidia vnde.

Cur à Iaphet genus ducatur in Græcis, & Latinis.

vide Arias Montan. in Prophetas.

Vtilitas sacrae Geographiæ.

AVCTORES ANTIQVI, qui de Geographia scripserunt.

Quirve recentiores introductionem ad Geographica tradiderunt. Qua occasione agitur de ratione eam docendi, atque discendi. Cap. XX.



Prima editio Latina Geographia Ptolemaei.

Secunda editio Latina.

Tertia editio Latina.

Quarta editio Latina Io. Noumagi.

Quinta editio ex versione Iosephi Moletij.

Sexta editio Gerardus Mercatoris.

Regula quam Ptolemaeus sibi praescripsit ad Geographias Tabulas recte faciendas.

Laudius Ptolemeus principem inter Ethnicos Geographos, eo potissimum nomine obtinet locum, quod per mathematicas rationes rationem describendi Mundi rectiorem inuenit. Eam autem ex Graeco Latinam primus (quod sciam) fecit Iacobus Angelus anno 1409. mandato Nicolai de Curia Cardinalis, quam & Alexandro V. Pontifici Maximo dicauit. Deinde altera editio Romae secuta est aliquanto castigatior anno 1490. cum tabulis in ere pro ea etate elegantissime excisis, quibus Auctor, nisi forte is sit, qui Registrum ad Ptolemei libros addidit, in quo sub nomine E D E S A se Genuum aliquoties ait esse peregrinatum. Tertia editio fuit ex versione Bilibaldi Pirckeymeri, sed recognita a Michaeli Villanouano ad Graeca, & antiqua exemplaria, quae editio Lugduni prodijt in Gallia anno 1535. quae quidem in numeris sepe a duabus precedentibus differt, ac proinde fidelius est excusa. Succesit anno 1540. Coloniae editio ex versione Ioannis Noumagi, quae plus satis mendosa fuit, atque a reliquis omnibus haud paru in numeris distat, vt aliud ille habuisse videatur exemplar Graecum, quam quae supra memorati habuerint. Quinta fuit Iosephi Moletij, qui versionem Bilibaldi rursus cum multis codicibus Graecis contulit diligenter. Postrema fuit Gerardus Mercatoris, qui opus Ptolemaei, hoc est, ipsius Geographiam alia ratione, seu regula desumpsit; quam regulam ex primo capite secundi libri Ptolemei desumpsit, quamve ide Ptolemeus ad ipsam veritatem veluti directricem sibi praescripsit, cum a sinistris ad dextra, a superioribus ad inferiora, hoc est ab occidentis ad borealia, a borealibus, ad Australia se ordine progressurum dicit; qui ordo duabus de causis ab amanuensibus turbari potest nominum transpositione, & numerorum mutatione, quam obrem Mercator quinque illis versionibus, siue editionibus sic se vsum testatur, vt eam Ptolemei regulam, quoad licuit, inuiolatam seruaret, & quandiu a praescripto ordine non recederet, plurimum consensum, aut si verus locorum situs, vel natura innotuerat, id quod proximè illuc accederet, sequeretur. Sin contra ordinem numeri tenderent, & vnus alicuius longitudo, alterius autem latitudo iunctae ab ordine haud dissentirent, componere illos non dubitaret. Quo-

ties autem siue in longitudine, siue in latitudine aberrarent ab ordine omnes, sic vt nulla pro veritate conciliatio fieri posset, errorem vel ex cognito vero situ, vel ex numerorum fallaci similitudine, vel alia probabili causa, quin & verisimili nonnunquam coniectura castigaret, horumque omnium rationem in fronte cuiusque Tabulae, ordinem Ptolemei sequens afferret.

Cetera, quae ad insigniorum vrbium longissimos dies, earumque a meridiano Alexandrino distantiam pertinebant, & in quibus putauit Villanouanus Ptolemaum errasse, vel adeo quaecumque alia ad exactiorem Geographicarum Tabularum illius restitutionem, vel intelligentiam spectabant, idem Mercator praestitisse visus est, quod quidem tu praetatione in eas vberere, quae tanquam ad Geographiam vniuersam methodica est introductio, tum reliquis adnotationibus, quas singulis tabulis praefixit, studio cuilibet Geographiae liquebit.

At & praeter easdem Tabulas ex aere expressas, & Coloniae Agripping typis Godefridi Kempensis anno 1578. editas, additus est triplex Index in tres orbis partes, tanquam in tres classes distinctus iuxta trimembrem continentis, & tabularum diuisionem. quo indice quicquid in ijs descriptum est, facili obtutu incurrit in oculos.

Porro ad Ptolemei Geographiam intelligendam non desmerant, qui methodos, siue introductiones alias scripserant, Ioanes Vernerus, Petrus Appianus, Gemma Phrilius, Amirucius Constantinopolitanus, Iosephus Moletus, licet hic Italicè scripserit, vt mox dicemus.

Et Ioannes quidem Vernerus, etsi in primum librum Geographiae Ptolemaei scripsit, perutilis tamen est ad vniuersum illud opus intelligendum. Ac verò cum tradidisset in quo differat Geographia a Chorographia, quae item supponeda sint Geographiam profitenti, reliquis capitibus tuetur Ptolemaum aduersus Marinum, ac recentioribus Historicis ostendit esse inharendum ob varias, quae acciderunt in Terra mutationes: denique autem agit quam ratione Orbis in Sphaera, & alia eiusmodi sint describenda.

Quin & idem Appianus edidit librum, què inscripsit Geographiam Introductionem in doctissimas Vernerii adnotationes, continentem (vt praefert titulus) plenum intellectum, & iudicium omnis operationis, quae per sinus, & chordas in Geographia confici potest, adiuncto radio astronomico cum quadrato nonno Metehoroscopij loco logè vtilissimo. Huic accessit translatio noua primi libri Geographiae Claudij Ptolemaei. Translationi adiuncta sunt argumenta, & paraphrasae singulorum capitum: libellus quoque de quattuor Terrarum orbis in plano figurationibus, Auctore Vernerio. Locus etiam pulcherrimus desumptus

Exod. 11.

Ingolita dij anno 1533.

sumptus ex fine septimi libri eiusdem Geographiae Claudij Ptolemaei de plana Terrarum orbis descriptione iam olim a veteribus instituta Geographis, vna cum opusculo Amirucij Constantinopolitani de ijs, quae Geographiae debent adesse.

Venetijs apud Iordanum Zileti anno 1573.

Italicam verò Introductionem ad Geographiam, siue (vt Auctor vocat) Discursum in lucem edidit Iosephus Moletus, qui cum antea eundem emisisset, auctiorem denique anno 1573. & emendatiorem Italicè nobis scriptum reliquit.

At & Hieronymus Rufcellus Claudij Ptolemei Geographiam non solum è Graeca in Italicam linguam conuertit, verum etiam notationibus non negligendis, nominibusque loco-

rum recentioribus, & antiquis à Ioanne Mablumbra collectis, illustrauit, quibus addidit expositiones, & introductiones vniuersales in vniuersam Ptolemei Geographiam cum 37. Tabulis ex aere expressis orbis Terrarum tam antiqui, quam noui, cumque charta nautica, & alijs eiusmodi ad Cosmographiam spectantibus. Hic autem labor anno 1574. Venetijs ex Officina Iordani Zileti plenior in lucem prodijt.

Praeter Ptolemaum autem Alexandrinum habemus ex antiquis, qui Terrarum, Oceanique, regionumque dispositionem ac reliqua ad Mundi, vel Geographiae cognitionem spectantia scripsere. Hi autem praecipui fuerunt sequentes.

Abulfeda Ismael lingua Arabica. Abraham Ortelius, qui Theatrum Orbis Terrarum edidit, editioni autem huius, quae facta est anno 1579. plures additae sunt Tabulae, quae in prima non erant, praeterquam quod de Mona Drudum Insula, cuius in Angliae descriptione mentione fecerat, vt etiam de Romano armamentario, cuius minerat in descriptione Hollandiae, tractationem praefixit, vberesque nomina Geographicorum Indices addidit, in quorum priore per alphabeti ordinem primò Latinae vocis antiqua nomina posuit, in posteriore autem recentia nomina inuerso ordine antiquioribus praeposuit.

Alexander Crotolimus in Typoscopia. Antonini Augusti (si verus est titulus) itinerarium.

S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus in opere historico. tit. 1. cap. 3.

Antonius Pinetus, Gallica lingua descripsit, & iconibus exhibuit quamplurimas (vt titulus habet) tam Europae, quam Africae, Asiae, & noui Orbis Regionum, Vrbium, Oppidorumque Tabulas.

Antonius Verontensis. Apuleius in libello de Mundo.

Aristoteles, siue potius alius Auctor, cuius extat liber de Mundo ad Alexandrum Magnum.

Benedictus Bordonius, totius Orbis Insulas edidit.

Diodorus Siculus libris quinque prioribus Bibliothecae.

Dionysius Alexandrinus, & eius Commentator Eustathius.

Dominicus Marij Negri Veneti Geographiae lib. 11.

Franciscus Monachi epistola ad Archiepiscopum Panormitanum.

Gaudentius Merula lib. 5. memorabilium.

Georgius Bruin Agrippinensis post Theatrum Orbis Terrarum ab Abrahamo Ortelio editum, alterum edidit inscriptum Ciuitates Orbis Terrarum: quae quidem per diligentem delineatam addita earum origine, vel administratione duobus libris continentur, quorum vtrique vberes praefixit de Confecrationis humanae origine, vel administratione, de Architectura rudimentis de Oppidorum Auctoribus, & Ar-

chae, de aureo saeculo, de Regno, ac de Politia, cuius fundamentum merito statuit Religio-nem. At quoniam in ea Vrbium Topographia liberiore (vt ait) fermone exparitari non licuit, sed pro capacitate loci in altera picturarum facie vacui, Vrbium, oppidorumque, constringenda fuit descriptio, hinc factum est, vt quae pars erat dignitate de ijs deferere nequiverit, propterea ad calcem vtriusque libri Appendices addidit, quibus quidquid certi ex historicarum monumentis, aut aliunde deliberare potuit, id protulit de istis ciuitatibus.

Georgius Rythaimetus. Gerardus Mercator in Tabulas, & Geographiam Ptolemaei, deinde item in Tabulas suas Geographicas, quibus distinctionem Ordinum, & Rationem, qua Germania, Gallia, Belgium, Hungaria, & quaedam aliae Prouinciae penè hoc ipso saeculo administrabantur, adtexuit ex ijs, quos existimauit diligentius eandem rationem tradidisse. Id vero se fecisse scripsit, vt quonam modo sese inuicem possent illustrare Geographiae, & Politicae, patefceret. Verum enimvero si altior pietatis insinuatio accesserit, summam inde Christiana pectora utilitatem capient: praeterquam quod, si, antequam eorundem Regnorum perlegantur historiae, innotuerit, quibus ex partibus illorum administratione consistet, iam in Geographicas Tabulas hinc: in historias autem illinc; ita inspicere poterit, vt memoria, tanquam dispositis imaginibus, & locis ferè perpetua fiat; certè minus vacillet, aut nutet: Qui vero negocia Reip. procurant, hausta inconfusa notitia temporum, personarum, locorum, sciant quo quaeque tractanda sint ordine; Religio autem Catholica (id quod cuilibet debet esse antiquissimum) propugnetur; cum Regna religione constituta fuerint, atque firmata. Nos itaque vbi de Historia Humana egimus, Auctores quidem indicau-

imus aliquos, è quibus ea administrationis ratio percipi possit: sed & alicubi Tabulas ipsas adieci-mus, quas sine labe putauimus esse huic negotio profuturas.

Porro ijs descriptionibus, quas haecenus è Gerardo Mercatore accepimus aere expressas Regionum, Hispanicae tabulae defunt; quibus dare opera nunc vna cum filio Romualdo viro itarum facultatum perito, retulit mihi vir Germanicarum rerum scientissimus Minutius Minutius Pontificius Secretarius.

Gualterus Ludonicus in Speculo Orbis.

Hieronymus Girana.

Ioannes Bohemus, & Alexander Sardinus omnis eius gentium, populorumque mores, & ritus.

Ioannes Camers in Solinum.

Ioannes Honterus.

Ioannes Mandeuillus, & eius Comes Odericus à Foro Iulij.

Isidorus Hispalensis.

Iulius Ballinus celeberrimus Orbis Vrbium icones edidit, cum earundem breui historica enarratione, Italicè.

Laurentius Coruinus Nouforensis de Geographia in compendium redacta.

Lucas Iansenius Aurigarius, qui duos libros emisit speculi nautici, quo quilibet Geographus, siue Nauclerus, siue Historicus vti potest, vt tractus marium, & ortas pleraque, praecipue Septentrionales, profunditates item, siue altitudines secus varias nostrae navigationis prouincias, deinde & portus Europae maritimae partem descriptionem, atque delineationem vna cum formis vasorum, & signorum littoralium continet.

At antequam speculum nauticum prodijisset in lucem, duo praeter alios eiusmodi partum ediderat: Petrus de Medina de arte nauigandi.

ex parte quidem Petrus Methim-nensis tribus de nauigandi arte libris: quibus & ventorum naturam, & chartae, quam dicunt marinam, siue nauticae usum, ac modum eligendi, atque adnotandi loca, vnde Nauclero subducenda sit nauis,

Petrus de Medina de arte nauigandi.



Petrus Gar-  
cias Ferrã  
dus de ar-  
te nauigã-  
di.

† Plin. lib.  
9. c. 20. &  
28. c. 35.  
\* Leuinus  
Lænius de  
oculis re-  
rum mira-  
culis lib. 3.  
cap. 4.

fit nauis explicat. At reliqua Pe-  
trus Garcias Ferrandus, cuius li-  
ber Gallice editus est primo à  
Ioanne Marnetio Pictauij hac in-  
scriptione LE GRAND. ROTV-  
SHER. PILOTAGE. ET. AN-  
CHORAGE, DE, MER in quo  
itineraria, interstitia, portus, pericu-  
la, cautes, ætus, & recessus ma-  
ris, fluminum, portuum, Germa-  
niæ, Galliæ, Britannia, Angliæ,  
Hispaniæ, cautiones denique ad  
Nauiclerum spectantes, tractan-  
tur.

Martianus Capella.  
Paulus Orosius in frõte sue Historiæ.  
Petrus Appianus, & Bartholomæus  
Amanius.  
Petrus Ioannes Oliuarius in Melam.  
Plinius secundus 3. 4. 5. 6. libris Na-  
turalis Historiæ, de qua Plinio le-  
gendum erit, quod ad calcem 13.  
libri huius Bibliothecæ de ipso,  
eiusq. Illustratoribus adiecimus.

Ceterum quæ ad Mariam naturam,  
cursum, pericula attinent, ea peten-  
da sunt ex ijs, quos libro de Philo-  
sophia adscripsimus, ex † Plinio  
item, & alijs eiusmodi.  
Veruntamen quoniã in Geographiæ  
tractationem incidere solent ser-  
mones de nauicis instrumentis,  
nauibusq. ipsis, & harum partibus;  
de Pyxide quidem nautica, seu  
verforia agit \* Leuinus Lænius, ad  
quam Nautæ cursum institunt, &  
spacia marii, locorumq. distantias  
metiuntur, nempe quantum conse-

Pomponius Mela.  
Raphael Volateranus.  
Solinus Polyhistor.  
Stephanus de Urbibus.  
Strabo, siue (vt aliqui putant) Strabo  
xvi. libris. extrat autem Strabo-  
nis Geographiæ Epitome Gra-  
eca, quam quidam Germanus ver-  
tit in Latinum Hieronymus Ge-  
mufus.

cerint navigationis, aut quantum  
adhuc restet. Egit item multo an-  
tea Ptolemæus, dum monet, ne al-  
lio, ac cepis propinqua sit magnes,  
cuius vim illa cohibent. Egit Pe-  
trus de Medina, dum sex errores  
enumerat, qui in Pyxide versoria  
accidunt, quorum quidem emen-  
dationem docet.  
De nauibus autem, ac nauticis in-  
strumentis nostro tempore Laza-  
rus Bayfius, Rauifius, Greg. Lylius  
Gyraldus, ac antiquus Iulius Pol-  
lux.

Vibius Sequester ordine alphabeti-  
co, eius Flumina, Fontes, Paludes,  
Nemora, Montes, & Gentes.  
Vincentius Gallus in speculo histo-  
riali libro secundo.  
Vuolfgangus Lazius, & Ioannes Go-  
rop. Becanus, eius gentium origi-  
nes & migrationes.  
Zacharias Lilius Vicent. de situ Or-  
bis.

Ptolem. li.  
1. operis  
quadripar.  
cap. 4.  
Petrus de  
Med. li. 6.  
de arte na-  
uig. cap. 1.  
Lazarus  
Bayfius.  
Rauif. Tex-  
tor.  
Iulius Pol-  
lux.

*Noui autem Orbis Descriptores, qui Latine.*

Leuinus Apollonius.  
Maximilianus Transiluanus.  
Oforius Episcopus Syluentis plura

vbi scripsit de Historia Indica.  
Io. Petrus Massæus Societatis Iesv.  
in Historia Indica: & in Episto-

lis Societatis Iesv: & alij eiusdem  
Societatis.  
Petrus Martyr Mediolanensis.

*At vernacula lingua, præsertim Hispanica, & Lusitanica, quæ & in Italicam conuersa sunt, præter id, quod Itali, Galli, Germaniq. scripserunt.*

Aluarus Nunnius.  
Americus Vesputius.  
Andreas Theuetus. Gallicè.  
Antonius Mendoza.  
Didacus Godoyus.  
Fernandus Alarconius.  
Fernandus Cortesius.  
Franciscus Lopes de Gomara.  
Franciscus Vasquez.

Franciscus Vllaus.  
Franciscus Xeresius.  
Gonsalus Fernandus Ouiedus.  
Hieronymus Benzonijs Italicè.  
Iacobus Carterius, siue Cartier. Gal-  
licè.  
Ioannes de Barros.  
Ioannes Stadenus. Germanicè.  
Ioannes Verazzanus.

Iosepheus Acofta Societatis Iesv duo-  
bus libris de Natura Noui Orbis.  
& sex alijs de Procuranda Indo-  
rum salute.  
Fr. Marcus Nicænsis.  
Nunnius Gufmannus.  
Petrus Aluaradus.  
Petrus Ciccus Legionensis.

Itinerariũ  
Antonini.  
Globus O-  
ronij.  
Globus Mer-  
catoris.  
Marcellus  
Iuriscons.  
lib. 49. ff.  
tit. de Cu-  
pitijs. &  
postliminio  
reuerfis ab  
hostibus.  
Cap. Naui-  
gant. Vide  
Nauarrũ.

Ad vniuersam autem nauigandi rationem  
conferunt Geographicæ omnes Tabulæ, quæ  
videlicet sint emendatiore: Itinerarium ite,  
quod nomen præfert Antonini; deinde per-  
fectior aliquis Globus: hic verò cum magno  
pere æstimaretur, qui ab Orõtio manauerat,  
superatus est ab eo, quem Gerardus Merca-  
tor edidit, quem omnium præstantissimum  
viri periti existimant.

At nauticas leges, quando & de his haberi  
potest sermo, dum Geographia expenditur,  
Iuris Ciuilis periti fusius tractarunt. Id quod  
fecere ob conscientię securitatē alia ratione  
Theologi, quos Summistas vocant, & Cano-  
nici Iuris doctores. Quos sanè præbiterit  
prælegisse, non vt hic longior habeatur ea de

re mētio; sed vt vndeque animus salutem  
proximi sitiens, habeat, quod sensim alijs in-  
stillet ad pietatē excitadā. Permagis enim  
refert, eum, qui in portibus maritimis versā-  
tur, aut adeo maria traicit, scire in tempore  
quid agere debeat, ne nisi expiatus crimini-  
bus per sacramenta committat sese mari: ne  
quid, quod peccatum sit, vel peccati occa-  
sionem præbeat, secum afferat; libros autem  
optimos, ac pro cuiusque captu habeat, quos  
item eo in ocio legendos alijs cōmodet: quin  
& pauperes peregrinos, & remiges varijs af-  
ficiat beneficijs, vt minus Diuinam Maiesta-  
tem offendant; quæ quidem adulescentes in  
Geographiæ studijs præmoniti, aliquando for-  
san recordaturi sint, atque in rem collaturi.

Cautio ite  
Eist. pro ijs  
qui nauig-  
aturi sūt,  
aut q Geo-  
graphiam  
docent.




ARGUMENTVM  
LIBRI DECIMISEXTI.



VMANAE fructum Historiæ priore attigimus libro, cum  
deinceps Diuinam copiosius, tanquam proprio in loco, su-  
mus perfecti: Vñ denique illius cum varijs hominum ge-  
neribus monstrato, ad disciplinas, quæ subtiliorem mentis  
contemplationem sibi deposcunt, erat progrediendum.  
Qua quidem re, pro ratione, & instituti, & captus nostri, absoluta, Humanæ  
Historiæ studia indicanda sunt aliquanto planius: tum quòd recte ad vsum  
adhibita, maximè commodant ad publicam, priuatamq. prudentiam: tum  
quòd ad illam cuilibet aditus patet, sicuti & fertur propensio. Singularium  
enim rerum, personarum, & temporum, in quibus explicandis ipsa verti-  
tur, cognitio sub sensum cadit, atque ad eam pertinet: neque verò animi  
requirit agitationem, quam in ideis, & principijs rerum, primisq. causis  
vestigandis ingenia tantum solertia, & acuta non sine magno labore sibi  
necessariam esse intellexerunt

Primum igitur de Historiæ humanæ commodis liquidius, quàm antea,  
dicemus: mox, quænam Regulæ sint quasi Indices, quibus Historici cū-  
iusque fides, ac veritas exploretur: Deinde quonam animo ad eas legendas  
accedendum sit: Postea quænam series, & cursus tenendus; ne hac, illac in  
varijs historijs pererrantes, & rerum memoriam, & fructum perdamus: de-  
nique aliquot diuersarum gentium historici ordine erunt disponendi, vt  
pro occasione rerum obuij sint: ac verò præcipui quidam (si non omnes)  
facile possint occurrere.






CAPITA SEXTIDECIMI LIBRI.

- 1 Humanæ Historiæ commoda.
- 2 Regula ad explorandam fidem, ac veritatem Historicorum.
- 3 Indicia alia ad veritatem Historicorum dignoscendam.
- 4 Quo animo ad legendas hystorias accedendum sit.
- 5 Quinam scripserint de ratione condendæ hystoria.
- 6 Celebriores quidam Hystorici antiqui Græci, de quibus etiam iudicium aliquod fertur.
- 7 Celebriores alij antiqui Hystorici Latini. Ad duntur recentiores aliqui cum antiquis a-quandi.
- 8 Ratio, & ordo legendæ hystoriæ vniuersalis.
- 9 Hystorici Chaldeorum, Assyriorum, Medo-rum, Aegyptiorum, Persarum, Phæni-cum, Hebræorum, Parthorum; quorum facta ab iisdem ferè scriptoribus sunt com-prehensa.
- 10 Hystorici Græci, ad quam item pertinent Iones, Aeoles, Doræ, qui Asiam minorem, & Europam à Danubio Acroceraunijs, & Hemo monte vsque ad mare Ionicum in In-sulis, & continente sedes fixerunt.
- 11 Ordo legendi Romanam hystoriam, & Romani hystorici.
- 12 Stemma Augustæ domus, siue familie Au-gusti; cuius notitia Hystoricis Romanis in-telligendis est necessaria.
- 13 Antiquiores Romani Imperatores, & à quo-nam de vnoquoque scribatur.
- 14 Hystorici Hispanici.
- 15 Quæ Sepulueda scripsit de Eræ Hispanorum, quæve alij rectius.
- 16 Galli hystorici, ad quorum hystoriam pertinent Celtæ, Franci, qui Rheno, Pyreneis, Al-pibus, & vtroque mari cinguntur.
- 17 Hystorici Germanici, & Populorum, qui ab Alpibus vsque ad mare Balticum, & à Rheno vsque ad Vistulam sedes habent: cum quibus coniuncta est hystoria Gothorum, Vandalorum, Hunnorum, Herulorum, Hel-uetiorum, Longobardorum, Polonorum, Mosconitarum, Danorum, & Suecorum.
- 18 Hystorici Britannorum, qui post Anglofaxo-nes, & Scoti sunt appellati.
- 19 Hystorici Arabum, qui olim Africa, Syria, Persia, Hispania Imperia tenuerunt: vul-go Saraceni appellati: deinde & Turca-rum.
- 20 Indica Hystoria antiqua, & recens.
- 21 Hystoria Aethiopum, Indorum, Americo-rum, & omnium penè Africæ Populorum.
- 22 Hystorici Tartarorum, & Mosconitarum.
- 23 Hystorici Ciuitatum aliquarum.
- 24 Hystorici singulares Illustrium virorum.




ANTO-



ANTONII  
 POSSEVINI  
 SOCIETATIS IESV  
 BIBLIOTHECAE SELECTAE  
 Liber Sextusdecimus.

QUI EST DE HVMANA HISTORIA.



HVMANÆ HISTORIÆ COMMODA.  
 Caput Primum.

**A**D primò ponendum est, necessarium esse, vt homines hominibus credant, nisi pecudum more vita degenda sit: Quam rem cum Aristoteles comprobasset, aut certe pro certa posuisset, dicens: Oportet addiscentem credere; Augustinus deinceps de vtilitate credendi, ac de fide rerum inuisibilium diligentissime monstrauit. Idem fecit vnà cum alijs Theodoretus in libris de curatione affectionum Græcarum. At Cicero Historiam esse Magistratam vitæ, & lucem veritatis breuissimè, sed verissimè dixit. Nam cum semper eadem sint

**B**negocia, consilia, rerum vicissitudines, & conuersiones Regnorum, singuliq. tantum singulis ætatibus succedant, fit, vt aliorum euenta nos doceant: eq. præteritis rebus præsentia statuentes futura prospiciamus: sicq. Historiam perpetuam possessionem vocauit Thucidides, quoniam semper fructus edit vberrimos. Quæ item res fecit, vt Basilius Imperator filio Leoni eam egregiè commendaret his verbis. Per veteres hystorias ire ne recusa. Ibi enim reperies sine labore quæ alij cum labore collegerunt: atque illhinc hauries & bonorum virtutes, & improborum vitia: varias humanæ vitæ mutationes; & rerum in ea conuersiones: Mundi huius instabilitatem, & Imperiorum præcipites casus: & vt verbo complectar, malorum facinorum poenas, & bonorum præmia: quorum illa fugies, ne in Diuinæ Iustitiæ manus incidas, hæc amplecteris, vt præmijs, quæ ea comitantur, potiaris. Sic Basilius Imperator. Neque verò politicæ, aut domesticæ administrationi tantum vtilis est, sed & in omni facultate rudes sint, necesse est, in quorum lucubrationibus

*Avil. r. Elench.*  
*August. de vtilitate credendi ad Honoratū cap. 12. & de fide rer. inuisib. c. 1. & 2.*  
*Κτήμα ἐστὶν αἰῶνι σὺν κείνοις.*  
*Basil. Imp. libello, quæ inscripsit. Κεφάλαια παρασκευασθέντα καὶ ἐπισημ.*



Melchior Canus lib. 1. de locis commun.

tionibus Historia obmutescit. Accedit tertium ingens commodum; quod Theologum contra fidei aduersarios mirifice iuuat. Id quod, cum Melchior Canus vndecimo suorum communium locorum libro aptissime probauerit, inde ij viderint, quibus hæc incuberit cogitatio, & necessitas. docet autem qualia in Theologia vsus ex Humana Historia ducantur argumenta: deinde quinam ij sint Scriptores, quos in Historia Theologi admittere debeant: postremo, argumenta refutat opposita.

Regula ad explorandam fidem, ac veritatem Historicorum. Cap. II.



Inste Lipsij tres nota ad veras historias videntur.

Dionys. in præf. Ar. theolog. Kuz. n. an. Seta. d. p. X. p. omni. 200. 215.

Tacit. 1. hist. Polyb. li. 3.

Regula An. nij ex Me. 1. 1. 1.

Melchioris Cani leges ad veras Historias explorandas. Lex 1.

VAR tres notas habet, Veritatem, Explanatorem, Iudiciū; eam esse legitimam historiam scite Iustus Lipsius dixit. Prima nota est, vt res, euentusq. sincerè, atque ex fide narrentur: nec quidquam (quò nimis ferè inclinant scribentium animi) hauriatur ex vano. Veritas in hac ipsa re (ait Dionysius Halicarnassæus) principium est prudentiæ, simul & sapientiæ; Vt animanti si eruantur oculi, reliquum corpus inutile; sic, si veritas dematur historiæ, vbique errabitur. EXPLANATIO est, vt res scilicet non tantum fideliter narrentur, sed disponatur etiam, atque exponatur? quomodo item, & quare, quidque gestum sit, addatur, Vt videlicet non modo casus, euentusq. rerum, sed ratio etiam, causæq. notescantur. Hæc si auferantur ab historia, quidquid in ea reliquit, id, Polybio iudice, Iudicium magis erit, quam doctrina. IUDICIUM denique, vt discrimen, lumenq. rebus adhibeatur. Nimirum hæc probet (sed breuiter, & quasi aliud agens) hæc damnet. Quod præcipuum munus Annalium ostendit re ipsa Tacitus, ne virtutes fileantur; vtq. prauis dictis, factisq. ex posteritate, & infamia sit metus. Sic illi. Annus autem Viterbiensis, tres & ipse regulas ex Metasthene quodam affert; ad quas expendendi sint omnes chronicorum libri. Primam, vt suscipiantur absque repugnantia, quicunque publica, & probata fide scriperint, Secundam, vt gesta, & annales quatuor Monarchiarum neque reijciantur, neque negentur; quoniam (inquit) solum publica fide notabantur, & in bibliothecis, atque in archiuis asseruabantur. Tertiam, vt qui solo auditu, vel per opiniones scribunt, hi tanquam priuati haud recipiantur, nisi vbi à publica fide non dissenferint. Ex quibus infert, neminem in Chronicis esse admittendū, nisi cum quatuor Monarchiarum Annalibus conueniat.

Cum vero Canus sexto vndecimi libri capite has regulas esse fuitiles, simul item regularum exempla esse vana ostendat: leges ille sequentes subdit, quibus veraces à fallacibus historiæ internoscantur. Vt sit prima quæ ex hominum probitate, & integritate sumatur. Quæ res omnino locum habet, cum quæ nar-

rant Historici, ea vel ipsi se vidisse, vel ab ijs, qui viderint, se accepisse testantur. Scripseris autem probitas, & integritas non in his, qui olim fuerunt (licet aliquando in scriptis ipsis eluceat) sed fama, & graui, atque frequentiorum hominum testimonio cognoscitur. Sunt verò in profanis auctoribus non pauci, quorum ingenuitas, & verecundia sermone hominum celebrata est, vt nemo illos vnquam mendaces, & in fingendo impudentes existimauerit. Cæsar, Valerius Maximus, Terentius Varro, Linius, Cornelius Tacitus, Seneca, Ammianus Marcellinus, Eutropius, Flavius Vopiscus, Paulus Diaconus, Lucius Florus, Polybius, Dionysius Halicarnassæus, Iulius Capitolinus, Cornelius Nepos, Strabo, & alij plures. Id in pluribus Scriptoribus Ecclesiasticis, Ambrosio, Cypriano, Hieronymo, Augustino, Gregorio in Dialogis, &c. in quibus mendacium suspicari, quæ ad memoriam sempiternam transferre illi scribendo voluerint, piaculum est. In profanis quoque Auctoribus hæc lex, vt in Cæsare, Suetonio, Cornelio Tacito, Plinio, qui narrent quæ viderunt. In quibus licet pietas, absolutaq. virtutis officia non spectentur, licet tamen cernere probitatem quandam, bonitatemq. naturæ.

Historici profani qui nam ingenii.

Scriptores sacri qui veraces.

Lex 2. Lex secunda, Vt eos historicos ceteris anteferamus, qui ingenij feueritati quandam adiungere prudentiam & ad eligendum, & ad iudicandum: quæ lex in ijs rebus locum habet, quas neque scriptores ipsi sunt intuiti, nec à viris fide dignis, qui viderint, audierunt: homines enim graues, & feueri non solent inanem vulgi sermonem aucupari.

Lex 3. Lex tertia. Si cui Historico auctoritatem Ecclesia tribuit, hic dubio procul dignus est, cui nos eam auctoritatē adiungamus. Contra verò, cui Ecclesia derogauit fidem, ei quoque nos fidem iure, ac merito derogabimus: collaudauit illa vitas à Hieronymo conscriptas, collaudauit Orosium, Ensebij Chronica non reiecit, eas igitur tutius admittimus. Porro in quibus animi quædam maior vis, & acrior est in iudicando prudentia, ij sine hisce regulis, exacuentes ingenij aciem, vera deligēt, reijciantq. contraria. Mihi sane (inquit Canus) aliquando & verum ipsum in scribentis sinceritate, candoreq. elucet; & mendacium, contrà, auctoris quidam angor, & calliditas patefacit.

Quomodo veritas, aut mendacium historiæ agnoscebatur à C. 2. 2.

Indicia

Indicia alia ad veritatem Historicorum dignoscendam. Caput III.



T & veritatem Historiæ testantur, si tempora, si loci natura, si ratio administrationis, si numerus certus pugnantium, siue ad expeditiones euntium diligenter, ac rectè scribantur, præter ipsas res gestas quæ in primis narrandè suscipiuntur.

Clem. Alex. lib. 5. Stromatū.

Vide Bened. Pererij lib. 7. in Daniele.

Vide 2. lib. Bibl. Selecta.

Dionysius Halicarnassæus ediderat librū de regulis Eratothenis, quæ temporibus digerendis essent adhibendæ. testatur autem id à se factum præfatione operis, quo Romanas origines est persecutus. Et quanquam Eratothenis scripta non extant, qua tamen ratione tempora illustriora desinuerit, habemus ex ipsius monumētis expressum apud Clementem Alexandrinum. Ibi enim à capta Troia ad Heraclidarum descensum anni sunt 80. Hinc ad conditam Ioniam, anni 60. dinceps ad Lycurgi tutelam, anni sunt 159. inde ad annum primæ Olympiadis, anni sunt 108. A prima Olympiade ad transitum Xerxis in Græciam, anni sunt ducenti nonaginta septem. Ab eo anno ad initium belli Peloponnesiaci, anni sunt 43. & ad cladem, quam à Lacedæmonijs acceperunt Athenienses, muris Vrbs dirutis, anni sunt viginti septem: inde ad pugna Leuclricam anni sunt triginta. Ab ea pugna ad Philippi Macedonis mortē, anni sunt triginta quinque, à qua ad Alexandri Magni obitum anni numerantur duodecim. At etsi Dionysius diligens, & acutus hac in re fuit, rationem tamen temporum perturbatam secutus est, eodē prope modo, quo ceteri. Et hinc factum est, vt plurimum narrationes minorem faciant fidem: In Græcis potissimum ante Philippi Macedonū Regis, Patris Alexandri Magni. Herodotus autē cum sine vlla temporum definitione scripserit, in magnos temporum errores lapsus est. Thucydides vt prudens, at sibi conficius incerti temporis, quod describebat, licet per ætates, & hyemes, & Olympiadas res Atheniensium, & Lacedæmoniorum suo tempore gestas describit, nusquam tamen Olympiadis certæ numerum proposuit, nec quota illis temporibus ageretur Olympias, significauit. Quæ verò propterea Græcæ siue illius, siue aliorum Historiæ obijcit Iosephus lib. 1. aduersus Appionem, & priore huius Bibliothecæ libro diximus: & ex eodem Iosepho eniuus patebit. Idem plerique omnes commiserunt, vt pugnantia plerunque dicant, quæ nequeant consistere. Legat pius Lector, quod monuimus alibi, Benedicti Pererij commentaria in Daniele, & quicquid secundo libro huius operis nostri de Chronographia certiore attigimus, quæ toti huic negotio fat fuerint.

Ad loci naturam, & Regionum dispositionem quæ pertinent, ea superiore libro tractata sunt, vbi egimus de Geographia. Quæ enim meliores tabulæ sint, quæ de his exactius egerint, inde licebit intueri: vt & qui minus veraces sint Historici (quod ad hanc rem attinet) eadem opera queat intelligi.

Ratio administrationis spectat ad Magistratum officia, ceterasq. Republicæ partes, quas tum in libro de Ciuili Iurisprudentia cum formis variarum Rerumpublicarum indicauimus: tum postea dicemus, cum de Romana Republica agemus. Id certum est, cognitio rerum, ac munerum statu, quæ in Atheniensi, Romana, & ceteris Rebuspublicis, nostro autem sæculo in Imperio, in Regnis, in vrbe Romana extant, fore vt simul agnoscat, num Historicus recta incedat, aut erret de via.

Numerum verò militum, & opes, qui suæ non adscribit historiæ, suspectus sit, aut parum verax, vt plus credi, quam res habeat, facile ostendat se velle. Strabo quidem, Plinius, ac Rufus Prouincius attigerunt, opes autem Romanorum omiserunt. Sed illi, credo, non quod Romanas res tenues esse putarent: at quod notissimas, totiq. iam Mundo perspicuas esse cernerent: neque verò ita (vt factum est) interituras cogitassent. Appianus verò in Lybico eas nō omisit, quare & memoriam illarum vnus propemodum inter omnes Historicos cum laude seruauit. Habent (inquit) Romani, equitum quadraginta, peditum ducenta millia, armorum vim duplo maiorem: Minorum nauium duo millia, triremes mille, quinquereemes quingentas: Armamenta naualia multo plura: præter octoginta naues, aurea puppi, ac prora insignes; ad hæc trecentos Elephantes: & currum armatorum duomillia: Talentorum verò in thesauris Aegypti quattuor, & septuaginta millia.

Opes Romanorum.

Appianus in Lybico.

Quo animo ad legendas Historias accedendum sit. Caput IIII.



Voniā verò plerunque milites historias libentius quam ceteri legunt, idcirco meminerit quicunque & eas legere vtiliter, ac militiæ adscribi voluerit, in qua ferrū tractatur, militiæ sese alteri fuisse iampridem adscriptum, in qua lucidius armorum genus alterum splendet; hostes autem fortiores, quam qui sub aspectum cadunt, sunt debellandi: proinde sciat, & legendo, ac presertim agendo, præstandam sibi esse interioris illius militiæ fidem, finemq. illius acerrimè retinendū, si istius externæ disciplinam consequi velit. Hoc igitur vt rectissime quiq. faciat, expiè primò animum Sacramentis, sicuti & baptismo fecit, tum cum Christianæ militiæ nomen u dedit.

dedit. Neque verò semel hoc faciat, sed vt ad vires seruandas cibum corpori præbet identidem; sic ad lucem, roburq. mentis Diuina illa esca sese pascat, qua tanquam indice discernat, quid probum, improbumve sit: legendo autem, nil odio habeat eorù, quæ Deus fecit: propensiones, seu pronitates ableget, ne colore aliquo infectus oculus & caliget, atque viridi virefcere, rubro rubeferi cuncta arbitretur; In omnibus verò id, vnde maximè Diuini nominis gloria eluceat, attentè consideret, atque vnde seipsum agnoscens, ad perfectionem tendat in omnibus. cum enim studiorum, ac reliquarum actionum voluntas sit domina, & directrix, hæc quò plus sese ad sui exemplaris voluntatem componet, eo magis dirigetur ab eo, cui se tradiderit institutam. Sic enim & Moyfes (obseruat Theodor-

**EVILCHRVM**  
ex Theodo-  
reto.

retus) non prius tantæ hominum multitudinis Dux est creatus à Deo, quam dexteram illam, quæ mare diuisura, totq. res admirandas editura esset, insertam in sinum suum, leprofam animaduertit: nimirum vt homines in meditatione, tanquam sinu, intelligant, quid ipsi per se sint; quid munere ac beneficio Dei; atque illud factis experiantur quod scriptum est. **DEXTERA DOMINI FECIT VIRTUTEM.**

Ceterum Princeps, Nobilis, ac quilibet alius bonos versabunt Historicos, vt quod item ad sese perficiendos attinet, id sumant: reliqua Dei gloriæ commendandæ, detestandis peccatis, fugiendisq. vitijs, tanquam normam adhibeant; & maximam sese victoriam reportaturos de hostibus, intelligant, si seipfos custodierint. Neque verò eò legant, vt gentem suam iactabundè alijs præferant, animove plus vni, quam alteri nationi adhaereant, aut inde obloquendi de alijs captent occasionem. Quanquam enim in bello iusto ab ijs, qui militiæ adscripti sunt, pugnare liceat pro eo, cui causâ iusta adiudicata est, non tollitur tamen id, quod **CHRISTVS** tam serio mandauit: Diligite (inquit) inuicem, sicut dilexi vos. Alioquin pessimâ nobis esset Historia, quæ charitatem, quæ finis est legis, & Euangelium tolleret, sicuti & Euangelium esset mutilum, si disciplina militaris suis exculta legibus abijceretur; cum Apostolus dicat, gladium non sine causâ stringi ad vindictam malorum, laudem verò bonorum.

Neque verò abijcient animum in legendo; non inchoatas relinquent historias; non modo hanc, modo illam curiosius arripient, sed integras ea ratione, qua priore libro Bibliothecæ nostræ diximus absoluant, vt & in reliquis ad exitum adducendis viros sese præstare cordatos, & fortes assuecant.

Porro ætas Historiæ studijs idonea semper est: tenerior quidem ad mandanda memoriæ, quæ audit; prouectior autem ad percipiendâ, aut efficiendâ quæ percepit.

Præterea cum non eorundem, qui militiæ

seruiunt, sint eadem officia, artes, munera; ideo sius cuique status agnoscendus est, ad quem propriæ disciplinæ, & lectionis historice ratio referatur. Neque enim Sacerdoti, qui sequitur castra, verlandi sunt libri, qui de ratione arces expugnandi, stratagemata molendi, copias in aciem educendi, equitandi, cursum in mari tenendi, ad scopum collineandi, & iaculandi, lanceas ad congressum aptandi, ac de alijs huiusmodi agunt; sed ij, quibus vitæ Christianæ institutio, ac comitentiæ militum vincula, & solutio, exempla, ad omnem virtutem, & cohortationes ad pietatem, hæresumq. atque Ethnicorum perniciem expugnatio, Sacramentorum denique administratio traditur: Quorum omnium Methodus suo loco huius operis monstrata est.

Sacerdotis  
munus in  
castris.

At & cum maritima alij, terrestria reliqui bella tractent, ita se vir militaris initio comparet, oportet, vt ne frustra ijs tempus terat, quod legendis alijs fuerit vtilius infundum.

Hoc animo qui ad legendas Historias accesserit, alijs iam cautionibus, & legibus præmunendus est.

CAUTIONE  
alite in le-  
gendis Hi-  
storicis.

Prima, vt nihil inde concipiat, ex quo tepescat in Christiana pietate, ac Religione Catholica Romana; vel alienior fiat à reuerenti erga Catholicos Principes obsequio; vel quidquam remittat de diligentia, & fortitudine rei, quæ iustè, ac maturè à legitimis Principibus deliberata, promouenda sit. Itaque sicubi ab Historicis auctoritas, bonumve nomen Pontificum, & Principum, ac Rerum publicarum carpitur, aut etiam nõ omnino iniustè reprehenditur, nihil præiudicet; omnia verò vt ilico respuenda, sic neque facillimè credenda esse arbitretur, memor illius Diuini Verbi, **Qui cito credit, leuis est corde.**

Fieri enim potest, vt Historicus haud æquè alterius, atque alterius Principis, gesta, causas, peristates (hoc est circumstantias) sit affectus. Aut si eas nouerit, expedire tamen non existimauerit, vt quæ essent recentissima (dum ij, de quibus agebatur, erant superstites) omnia prodirent in vulgus; vnde videlicet erumperent dissidiorum semina, vel populi irritarentur aduersus Principes, aut composita aliqua pax turbaretur. Mitto spem præmiorum, adulationem, odium, ceteras animi perturbationes, & alia; quæ forsitan vel promissa, vel collata nonnullis fuerant, vt non ita religioni sibi ducerent, si quid silentio inuoluerent, vel obscurarent, vel exaggerarēt, aut denique falsarent. Et ipsa quoque rerum susceptarum consilia, variæq. rationes, quæ non statim omnibus liquent, plurimè esse possunt; puta, finium, personarum, temporum; vt qui in historijs reprehenduntur, non modo non affines culpe, sed maxima potius laude afficiendi sint. Itaque & suscepti consilij, rerumq. gestarum exitus tranquillo oculo spectandus est. Et si enim prudentiam inde, fortitudi-

Vide librum  
quintum.

itudinemq. Principis, equitatemve, siue iniquitatem causæ haud semper recte perpendes (quoniam & hæc omnia possunt impediri peccatis aliorum, quæ pluribus haud innotuere) tantam nihilominus id lucem affert, vt deinceps planum fiat, **DEVM** ipsum (licet iisdem Principes cuncta forte non prospexere) eorù cordibus illapsam, obfirmasse ijs in de liberationibus animos, quæ Historicis, & reliquo Orbi Christiano, longissimè à iusto videbantur abiisse.

*Quinam scripserint de ratione condenda historia. Caput V.*



Lucianus  
Dionysius  
Hallicar-  
naeusus.

veteribus Græcis, qui de ratione condendæ scripserunt Historiæ, duo mihi sunt, qui agmen ante alios ducerent, si eis lumene fidei ad pietatem affulisset, Lucianus, & Dionysius Hallicarnassæus: Ille breui libello, **Hic, altero, quem in scriptis, Indici de Thucydide;** quibus texendæ historiæ normam proposuerunt: sed & eadem opera Hallicarnassæus in verborum Thucydidis pondere examinando lectulus est; locosq. aliquot illius interpretatur: qui vix sine ea interpretatione intelligeretur.

Io. Iouianus Pontanus.

Io. Ant. Vi-  
peranus.

Historiæ  
forma.

Franciscus  
Robortel-  
lus.

Franciscus  
Patricius.

Inter Latinos, qui operam huic scriptioni dederunt, Ioannes Iouianus Pontanus Dialogum edidit, quem Actum in scriptis, vbi simul de Historicis fert iudicium, Poetas inter dum cum Historicis, & Salustium cum Virgilio conferens, & Historiam esse solutam Poësim inquit. Nostro verò propè tempore Io. Antonius Viperanus: Qui cum de bello Mentem historiam texisset ad Antonium Perenotum Cardinalem, librum de scribenda Historia misit, quo testatur, se cum eam scripsisset historiam, inspexisse in illam tanquam in Virginem quandam liberam & incorruptam, nulli appetitioni seruientem, veritatis cultricem, moribus grauem,iani succi, coloris luauis, omni membrorum magnitudine, & compositione perfectam, nõ leuibus rebus, & inanibus deditam, sed stidentem grauibus, & magnis, gaudentemq. ornatu modico & decente, non ad voluptatem, sed ad honestatem exquisito; qualis matronæ conuenit, non vt meretricius ille fucus est poetarum maxime proprius: Accessit Franciscus Robortellus, qui ordinem professus se secuturum, quem Aristoteles in Rhetoricis tenuit, conatus est ad artem illam præclaram quam breuissimè redigere totum hoc scribendi genus; vt noua veluti quædam peculiari nomine à ceteris distincta extaret facultas siue ars Historica: nam qui (inquit) de eadem se aut tam accuratè scripserit, aut eo ordine, quo nos, planè noui neminem. At Franciscus Patricius decem dialogos scripsit acutos, & eruditos, qui ex Italica lingua in Latinam elegan-

ter sunt versi: His autem cum in historia scribenda octo esse potissimum consideranda dixisset, Principium, ordinem, finem, res quæ vel silentio prætereunda sunt, vel enarranda, atque harum quantam obiter tantum dicere conueniat, & in quibus sit diutius immorandum, quomodo denique res gestæ narrandæ sint, non omittit priore dialogo quid sentiat, innuere de Luciano, de Pontano, de Francisco Robortello suo præceptore; sed secundo dialogo agit de Historiæ diuersitate.

Octo potis-  
simum con-  
sideranda in  
Historia.

Tertio de definitione Historiæ. Quarto de fine. Quinto de veritate. Sexto de vniuersali Historiæ genere. Septimo de historia minore. Octauo de Historia quæ de vno homine scribitur. Nono de historiæ vtilitate. Decimo de Historiæ dignitate, & collocatione. Post Patricium habemus Sebastiani Foxij Morzilli Haitulensis librum de institutione Historiæ grauem, & doctum, quo, vbi de Historiæ origine, & causis, atque auctoribus, incremento & decremento egisset, præcepta eius scribendæ omnia nititur attingere, Dionysij Hallicarnassæi sententia seruata, qui in historia scribenda putarat primo cernendum, vt commodum, gratumq. lectoribus quæretur argumentum. Scripsit etiam Vbertus Folieta de ratione scribendæ historiæ ad Octavianum Pasquam Episcopum Hieracensem, cui adtexuit alteram Tractationem de similitudine normæ Polybianæ ad Rainaldum Corsum. Sed Franciscus Balduinus alia ratione inita liberos duos emisit de Institutione Historiæ vniuersæ, nimirum de Titus cum Iurisprudentiæ coniunctione. Quin & audio quendam Vberturam Cæcum emisisse Bononiæ librum de historia conscribenda.

Sebastia-  
nus Foxius

Vbertus  
Folieta.

Franciscus  
Balduinus.

Dionysius itè Lambinus qualitates ipsius historiæ explicans agit: Quenam orationis forma in historico esse debeat, quidve inter hunc, & Philosophum simile sit, aut dissimile. Philosophum quidem in rebus vniuersis versari: Historicum partes, personas, temporum momenta, inclinationes, & res singulares persequi. addit discrimen inter poësim, quæ fingit qualia probabile est esse facta, & inter historiam, quæ ea, quæ facta sunt, ita, vt facta sunt, exponit: Vtilitatem denique maximam historiæ declarat, quod ea doctrina, quam è rerum singularium vii conuequimur, magna mercede nobis consistat, & periculis; lectio autem historiæ omnium incommodorum expertem doctrinam in se inclusam continet. Cetera item commoda recenset complura. Reliqui fuere Io. Bodinus de methodo Historiæ, & David Chytræus. Sed ille legendus non est ex Ecclesiæ iudicio, nisi à pluribus mendis, quibus scaturit, repurgetur, hic autem, hoc est Chytræus omnino reiectus est. Causam vtranque priore libro huius Bibliothecæ exposuimus. Bodini præsertim, cum capite eiusdem nostri libri primi vigesimo lexto, errores qui in ea methodo sunt,

Lambinus  
in Aemilij  
Probi Vi-  
tas initio.

de  
Poetica.



aperuimus. Ceterum maxime probandus eorum est scopus, qui etiam res humanas & res Principum gestas attingunt, non tamen omnino præmittunt, quæ ad Diuinam Providentiæ vias, atque ad refellendas hæreses spectant. Qui enim altiora Theologiæ mysteria non capiunt, nec quarunt, his pro eorum capto panis frangendus est. Quod si Historici omnes ita essent Spiritu sancto afflati, quasi tuere, qui solue, ac Regum historias scriperunt, nullam Methodum aliam sequendam esse nemo ingenius diceret.

Historia Iosue, & Regu forma historiarum.

Celebriores quidam Historici antiqui Græci, de quibus etiam iudicium aliquod fertur. Caput VI.

Herodotus. Cic. 1. de legib.

**H**ERODOTVS Halicarnassensium, quem Græci Parentem Historiæ Cicero dixit, sine salebris quasi sedatum amnem fluentem, eo tempore superstes, quo ab Efdra, & Nehemia Iudæorum Republica instaurabatur, vix inter Historicos à quibusdam numeratur; quod plurimum loci rebus hæctis, & adumbratis eum dedisse inquit; quare nec esse, cur in illo Historiæ ratio refecetur ad vinum: quin & ipsum Musas suum opus inscripserit, quibus fabule plerunque tribuantur. Strabon quoque non historiam, sed Mythohistoriam, hoc est fabulosam historiam scripsisse putat. Ego vero crediturim viro, uti Ethnicis, satis prudenti (nec forsitan sine Diuina Providentiâ pro eius ætatis, & Græciæ captu, in qua tum Athenis Sophocles, Euripides, atque alij florebant) eam mentem fuisse, ut Mularum inscriptione legentes alliceret, atque ab ipsis fabulis sentim abduceret ad solidiorem, quantum ipse alle-

Delchior Canus lib. 12. locor. comm. Strabo lib. ultima.

Thucydides

qui potuerat, veritatem: Extat, editionis Græcæ ipsius Herodoti initio, Præfatio, quæ historiam illius tuetur, ac vindicat. Certe cum in Diuina Historia Prophete ea, quæ digniora vita sunt, vsque ad Cyrum ab ineunte Mundo enarrasset, inde, hoc est ab Cyro sua Herodotus historiam oritur vsque ad bellum Xerxis deduxit: cui Thucydides in historia succedens à Xerxis ductu ex Græciâ vsque ad annum belli Peloponnesiaci vigesimum perlecutus est. Cum mox res subinde quadraginta annorum in Græciâ gestas Xenophon: Macedonicas verò Philippi, & Alexandri Magni, & successorum in Græciâ Monarchia, Diodorus Siculus; Linius autem Romanas vsque ad quartum annum ante Christi Domini natalem sunt perlecuti. Ac quod ad Herodoti mentem pertinet, frequens illa verborum iteratio innuit veritatis sese fuisse cupidiorum, quàm fabularum. Quæ ex aliorum (ait) relatu accipi, narranda mihi sunt, quæ tamen omnia non omnino credere debeo: quod in omni mea narratione memores cu-

pio esse legentes. Sic ille. Variarum profecto rerum, & exemplorum, quæ passim in Herodoto sunt, copia occasione præbet ijs, qui sapiunt, & virtutes sectandi; & prudentiæ concipiendæ, ac gentes, fideiq. hostes in quibusdam euincendi, cum homo Ethnicus earum rerum mentionem faciat, quas Scriptura Diuina vel commemorat, vel de varijs Regnis futura prædixit.

Primo igitur libro agit de Regnis Lydiæ, ac Mediæ, deq. Regibus Cyro, & Cræso, de veteri Ionia, de moribus Persarum, Babyloniorum, de bello contra Massagetarum, in quo Cyrus interiit. 2. Vniuersa describitur Aegyptus, ac Regum Aegyptiorum series. 3. Historia Cambysis filij Cyri, electio Darij Histaspis: ordo Prouinciarum Imperij Persici: recepta à Dario Babylon. 4. Scythiæ descriptio continetur, Darij bellum, & interitus: Conditâ à Mynijs Cyrene in Aphrica: & Gætium Lybiæ narratio. 5. Quinam Thraces Legatio Persarum ab Amynta petentium deditio nem: Pœna Sisamnis iniusti iudicis: Seditio, & exitus Aristagoræ Mileijs: Quinam Darij Histaspis tempore status Ciuitatis Atticæ, Lacedæmoniorum, & Corinthiorum. 6. Punictio Histigæ seditiosi, & origo rerum Lacedæmoniarum: Bellum Darij aduersus Græcos, in quo Miltiades Persas ad Marathonem deuicit. 7. Deliberatio, & expeditio Xerxis in Græciam: & prælium ad Thermopylas. 8. Prælium ad Salaminem. 9. Pœna Licidiæ, & Prælium ad Plateas, in quo Perseus Græciâ fuere eieci.

Quoniam verò (ut diximus) Herodotus lapsus est grauius aliquando in Chronologia, ideo videndum est, quid Benedictus Perferius de eo scribat in 10. librum in Danielem. Nam & in librum 7. ostendit quam diuersa, immo contraria scripserint de Cyro, & Astiæge Herodotus, & Xenophon: atque huic magis adhibendam esse hdem scribit, quod Herodoto recentior est, præter alias illius Scriptoris dotes.

THUCYDIDES est octo libris quos reliquit de bello Peloponnesiaco scripsit bellum civile, quod Græciæ ciuitates inter se gesserunt, cum iam post Persicæ victorias opibus atque potentia creuissent, & animis ex rerum successu elati, eodem bello conciderunt, plura tamen interfert, quæ ad vniuersam Græciæ historiam facere possunt.

Sanè primo libro affert. 1. Descriptionem veteris Græciæ, inde vsque à temporibus Argonautarum, & belli Troiani. 2. Interitum Pausaniæ, & 3. Themistoclis exilium, ac mortem. 4. Orationes aliquot illustres. 5. Deliberationes de bello, pro & contra.

Secundo autem libro. 1. Adhortationem Archidami ad curam & vigiliam. 2. Descriptionem Periclis, & gubernationis ipsius. 3. Orationem funebrem à Pericle

à Pericle habitam. 4. Prodigia quæ præcesserunt pestem. 5. Descriptionem pestilentie & caularum. 6. Phormionem ducem Atheniensium, consilio & virtute præstante. 7. Potidææ obsidionem, famem, & deditioem. 8. Obsidionem Plateensium.

Sed libro Tertio. 1. Mitylenæ ab Atheniensibus deficientes, & rursus in potestatem eorum redactos, atque punitos. 2. De pœna horum deliberationes, & orationes contrarias valde illustres. 3. Urbem Plateam captam, & solo equatam, & eo in loco orationes illustres. 4. Descriptionem seditionis Corcyreorum. 5. Demosthenis Ducis res gestas. 6. Hesioidi mortem, & locum sepultura.

Libro Quarto. 1. Pylum communitam, obsessam, defensam, & 2. Nobilitatem Spartanorum ibidem viciniam, atque captam. 3. Descriptionem turbulenti, & seditiosi ciuis Cleonis, qui fuit fax patriæ. 4. Res gestas Brasidæ, qui insensius dux & bellator fuit apud Lacedæmonios.

Libro Quinto. 1. Brasidam, & Cleonem interfectos. 2. Varia fœdera utrobique. Vtraque enim pars sibi nouas vires quasiuere, & nouis fœderibus se communiurunt. 3. Alcibiadem, qui inceperat inclarescere.

Libro Sexto. 1. Descriptionem Siciliæ. 2. Deliberationes varias de bello Siculo: cum Nicias esset diffusor, Alcibiades autem impulsor & inuitator. 3. Missam Athenis classem in Siciliam, & aliquid ibi gestum.

Libro Septimo. 1. Mycæstis ciuitatis mediterraneæ Beotiæ expugnationem, vbi horribiliter seuitum est, ita ut etiam pueri in scholis trucidarentur, quorum in ea ciuitate magnus numerus erat. Atheniensem enim dux milites Thraces mercenarios eò duxit, & ita ciuitas subito oppressa est, & perijt. Cum verò talia crudelitatis exempla edebantur, tunc magne clades imminere, quemadmodum & Atheniensibus accidit. 2. Bem deinde Siculi descriptionem, & cladem acceptam in Sicilia.

Libro Octauo. 1. Mutationem status Democratici Athenis. 2. Initium fœderis à Lacedæmonijs cum Persarum Rege, & Tissapherne Satrapa Regis. 3. Antiphonis & Phrynici Atheniensium descriptionem, & eorum consilia, ac Politeumata. 4. Reditum Alcibiadis ad exercitum.

In Thucydide igitur multa digna historico sunt. Inprimis quadam pietatis species, quæ religionem sapere potuisset, si veram hdem in Deum habuisset. Iosephus eum inter omnes Græcos historicos inprimis scrupulosum vocat. Demosthenes illum secutus omnes descripsit, ut testatur Lucianus. Cicero prudentem rerum explicatorem laudat. Antiquitas varietatem figurarum in eo est admi-

Thucydides expensio.

rata, quare & τὸ γυμναστικὸν in eo dixerunt esse pulcherrimum, & laudatissimum πάντων καὶ πάντων ἐπανέτων. Sanè res & personas, occasionès, momenta rerum, consilia, errata, euentus, & causas appositè describit, supernacanea præcidit, acutus, concitatus, nervosus, denus, solidus & sapiens, ut multum inde ad iudicium atque ad mores formandos percipi vtilitatis possit. Genus orationis Atticum, sublime, graue, ac quod antiquum obtinet: quale credunt aliqui fuisse Catonis, nisi eius historiæ interijissent. Porro in Thucydide obseruauit Halicarnassensius poeticam in delectu vocum libertatem, in compositione ne sanè asperiorè, & subhorridiorè, multaq. non coherentia, qualia præca illa etas vsurpabat: quamobrem veteres dixerè scripsisse illum grauiâ, & maiestatis plena, non autem dulcia. Contra verò scripsisse Xenophontem iucundiora magis, quàm grauiâ.

Ceterum qui de Thucydide rectius iudicare volet, legat quod de eo iudicium proprio libello sunt Dionyus Halicarnassensius, vti supra iudicauimus. Nam & Interpretis munere non vno in loco hic fungitur: ut sine illo egre Thucydidem intelligi posse exitumetur. Xenophon in Socratis Schola eruditus, fere legi posse militaris gloria præstans, quippe qui expeditioni Cyri aduersus Artaxerxem interijit, ut Fabius ait, magis inter Philolophos, quàm

Historicos reddendus est. Is enim optimi Principis formam, & ad exemplum vitæ magis, quàm ad fidem rerum in Cyro conatur effingere: ut expectandum non sit, qualifnam Cyrus reuera fuerit, rex licet eximius, sed qualis futurus sit in Repub. Imperator: quare & Scipio Africanus eum de manibus ponere facile non solebat. Ac tamen septem libris ἑλληνικὴν παραλειπομένην à sine Thucydide historia incipiens, bella inter Græcâs ciuitates gesta circiter 44. annorum vique ad Epaminonda prælium ad Mantineam cõscripsit. Adiecit altero libro Dicta, factaq. digna memoria, quæ ille ἀπορρημιθέντα vocauit.

In historiâ igitur huius siue Græci, siue Persici, lauitas, fides, & circumpectio rectè obseruata sunt: sic quidem, ut magis ex eo prudentia ciuili hauriatur, quàm ut vitio propinetur. Agnoscunt autem merito iuri ingenuitatem, qui cum haberet in sua manu, ut opprimeret Thucydidem adhuc latentem, primus ipse protulit, & diuulgauit.

Ex Xenophonis porro operum interpretationibus Græcolatinis Hispani Theologi in expurgatorio suo Indice monuerunt, ut deleterentur prætationes, & nomina hereticorum Ioachimi Camerarij, Sebaltiani Castellonis, Ioannis Ribitti, Bilibaldi Pirkamieri, & Conradi Geileri. Id quod etiam Theologi Lo-nanientes in altero suo Indice expurgatorio ex parte monuerunt.

Polybius Megalopolites cum peracri iudicio nactus occasionem ingentem eius &

Poetica licentia Thucydidis in delectu vocum.

Sine Dionyus Halicarnassensius iudicio egre Thucydidem intelligi posse exitumetur.

Quint. Hist. lib. 10. c. 1.

Xenopho.

A sine Thucydide historia.

Xenophon his expensio.

Cautio in quibusdã editionib.

Exco-

excolendi, & monstrandi, insignis fuit Historicus. Occasio fuit, quod Scipionis Iunioris qui Carthaginem deleuit, no tam præceptor, quam consiliarius & comes perpetuo fuerit. Romana autè à primo bello Punico historia texuit, multam illam, & præclaram, omnium ferè populorum, qui suis florere temporibus ab Olympiade 129, hoc est ab orbe condito 3680. vsque ad annum 3766. idq. libris xl. quorum magna pars aut perijt tota, aut mutilata ad nos venit. Et in hac tum pieraque de militari, & vrbana disciplina: deq. historici officio, egregie disputat: vt sepe non tantum narret, quam ex professo doceat, sensuq. suos magis, quam Thucydides fecit; loca verò & regiones diligentissime explicet, non veritus superiorum temporum & historicorum ignorantiam sepe arguere, qui multa de Romanis fabulose scripserunt. Extat quinque priores libri, & sequentium duodecim Epitome.

Quam Po-  
lybij extet.

DIONYSIVS  
Halicanas-  
sæus.

DIONYSIVS Halicanasæus, cuius integra non extat historia, homo Græcus, & nullus in Romana Republica magistratus adeptus, Varroni, Iulio, & Pompeio Magno magna benevolentia coniunctus, de Romanis multo verius, ac melius scripsit, quam Fabius, Sallustius, aut Cato, qui in sua Republica opibus, & honoribus floruerunt. Nam Polybius homo Græcus sæpè mendacij coarguit Fabium, & Philinum; quod alter Romanus, alter Carthaginensis de bello Punico contraria scripserunt; ille præclara omnia de Romanis; de Pænis contra Philinus, Pænos omnia laudabiliter, ac fortiter (sic enim Polybius) Romanos autem turpiter, & grauiter gessisse. Dionysius igitur Halicanasæus, cuius maior fides est in historia, quam Lium Tranquilli, Taciti, Arriani, quod de aliena non de sua Republica scripsit, & omnium Commentarios, ac ciuitatis arcana ex actis publicis collegit, propter moderatum dicendi genus, & Atticam puritatem antiquitates Romanorum, ab ipsius origine vrbis tanta diligentia conscripsit, vt Græcos omnes, ac Latinos superasse videatur: Nam quæ Latini quasi peruulgata neglexerunt, iacrificia, ludos, triumphos, Magistratum insignia, tum vniuersam Romanorum in gubernanda Republica disciplinam, censum, auspicia, comitia, totiusq. populi difficilem in classes, ac tribus partitionem: postremo Senatus auctoritatem, iussa plebis, Magistratum imperia, Populi potestatem, vnus omnium accuratissime tradidisse videtur: Quæ vt planius intelligerentur, Græcorum leges, ac ritus cum Romanis institutis comparat, & cum iura clientelærum, quæ Romulus instituit (quam ea quoque Gallorum communia fuisse tradit Cæsar) ab Atheniensibus, & Thessalis, altius repetit, ac Romanorum Dictatorem parè potestatem habuisse, atque Harmosten Lacedæmoniorum: & Archum Thessalorum, & Aezimnetem Mitylenæorum. Leges

Fides, ac  
diligentia  
Dionysij  
in Histo-  
ria.

A autem Romuli, Numæ, Seruij, vna cum antiqua Romanorum origine, sine hoc auctore penitus interijissent: quæ Latini quasi peruulgata negligenter omiserunt, atque id ferè omnibus historicis contigisse videtur, vt, quæ vulgo cognita sunt Republicæ instituta prætermittant; quasi exteris æque, ac ciuibus nota, vel etiam immutabilia fore iudicarent.

Ceterum hac in re falsus non est, qui desiderauit in nostri temporis historicis, vt Dionysium sibi proponerent ad imitandum, qui singulas historiae utilitates vbique colligens, omnia dicta, facta, consilia ad bene instituta ciuitatis formam reuocauit.

Diodorus ex Aegyrio, sive Argurio Siciliæ ciuitate, Siculus appellatus, quem Plinius inter Græcos ait delisse nugari: Iustinus Martyr celeberrimum Græcorum Historicorum; Eusebius autem Pamphilus illustrem virum appellauit: totos triginta annos in condendam Bibliothecam Historicam se insumpsit, & magnam Europæ, atque Asiæ partem magnis cum ærumnis, atque periculis peragrante testatur, aduinculis duobus ad rem absoluendam vsus tum tractandi in commune bonum huius argumenti cupiditate: tum omnium rerum, quæ huc facere poterant, copiam Romæ consecutus; quam ille diu incoluit; quippe quæ adeo super alias omnes emineret, vt eius potètia vsque ad extremos Orbis terminos pertingeret. Nos enim (inquit) ex Aegyrio vrbe Siciliæ orti, atque ob commercium, quod nobis cum Romanis in Insula versantibus erat, magnam linguæ Romanæ cognitionem adepti, omnia huius Imperij gesta ex vetustis, quæ apud illos asseruantur, monumentis delimplimus.

Diodorus  
Siculus.

Iustinus  
Martyr.

Diod. lib. 1.

Et si verò Bibliotheca Historica titulus præfertur operi huic Diodori, alij tamen numero plurali Bibliothecas vocarunt. Eusebius inquitens *ὁ τὰς βιβλιοθηκῶν ἐπιταυτὸν ὀνομαζομένων*. Iustinus Martyr *ὁ τὰς βιβλιοθηκῶν ἐπιταυτὸν*. & Plinius.

Euseb. lib. 1. præf. Euseb. in-  
uag. in-  
uag. in-  
uag. in-  
uag. in-

Et alij quidem Historici vnus gentis, aut vrbis, aut Principis gesta ferè tractauerunt, cum Diodorus manus opus aggressus est, quos omnes eodem tempore gestas vel in remotissimis Orbis partibus, quasi in vna, eademq. tabula sub vnum aspectum posuit.

Ex Herodoto igitur, Ctesia, Thucyde, Xenophonte, Theopompo, Ephoro, Philisto, Callisthene, Timæo & alijs, præterea item è Romanis monumentis historiam libris quadraginta, vsque ad Iulij Cæsaris complexus Bibliothecam inscripsit, Quinque prioribus libris, quos Poggius Florentinus Interpretes, & alij in sex distribuerunt, ex vltima sibi cognita vetustatis memoria originem Mundi, antiquitates Aegyptias, Aethyrias, Lybicas, Græcas, atque aliarum gentium res gestas summatim repetens.

Ex quadraginta tamen eius libris non solum posteriores viginti, verum etiam quinque

que illi, qui inter quintū, atque vndecimum intererant, sæculi superioris iniuria, vel potius Diuina Prouidentia interierunt. Fragmenta dumtaxat quædam ex illis posterioribus libris excerpta prodierunt in lucem vna cum Græca ipsius editione nouissima.

Primus autem liber diuisus fuerat in duas, sive sectiones, seu partes: quod notatur ijs verbis, *τμήμα δεύτερον*, quamuis antea *τμήμα πρότερον* (vti opus erat) non fuerit scriptum. Quæ res fecit, vt Volaterranus, & alij, sexto Diodori libro, qui non extat, tribuerint, quæ in quinto habentur; versione autè eorū quinque librorum, quos sex numeravit Interpretes qui eam edidit haud bonam, ceteris præbuisse anam errandi certū est. Vbi enim Diodorus posteriorum libri partē inchoat, ille initium libri secundi facit, ipse tertium inde credit incipere. Ceterum qui aliqua ex verè sexto libro legere cupit, videat Eusebij librum secundum Evangelicæ Præparationis.

Neque verò quoniam omnium librorum Diodori vna fuit inscriptio Historicae Bibliothecæ, propterea eadem singulorum extitit. Quintum enim, quod in eo de Insulis egit *ἱστορικῶν βιβλίων*, hoc est, insularem librum inscripsit; quæ cautio fuerit, ne si quis in alios incidit Auctores, qui *ἱστορικῶν βιβλίων* citent, eum esse de numero librorum Historicae Bibliothecæ inficietur.

Diod. lib. 1.

Atqui Diodorus ipse, quidquid suis libris continebatur, particulatim exposuit, cum hæc inquit. Ex libris primis quidem complectuntur sex, res ante Troiani belli tempora gestas, & ea, quæ fabulis tradita de eo sæculo fuerunt; atque horum tres posteriores Græcas ferè complectuntur; Vndecim autem sequentibus à Troiano bello vniuersitatem rerum gestarum, vsque ad Alexandri mortem, memoriæ prodidimus; In ijs qui supersunt viginti tribus reliqua omnia gesta collocauimus, vsque ad initium belli Romanis aduersus Celtas exorti. Hæc ille.

De temporis autem longitudine, quod toto suo complectitur opere, paulò post ipse scribens, ait, se id quidem tempus, quod bellum Troianum antecessit, certo spatio non definire, sed à Troiano bello (Apollodorum Atheniensem sequendo) nonaginta annos vsque ad Heraclidarum reditum statuere: ab hoc autem vsque ad primam Olympiadem trecentos viginti octo, à Lacedæmoniorum Regibus tempora computando. Postremo à prima Olympiade vsque ad Celtici belli initium (quò suam historiam clausit) septingentos triginta annos. Adeo vt vniuersum opus, quod quadraginta libros habet, spatium annorum mille centum triginta octo complectatur, etiam tempore rerum ante Troianum bellum gestarum excepto.

In Diodoro  
Chronographia  
non integra.

Porro Diodorus, licet vniuersalem historiam temporibus & annis distinxit, duo tamè obstant, quæ non integram chronologiæ rationem suppedient.

Alterum, quod desiderantur ij libri, in quibus eam expresserat. Alterum, quod modo *ἀρχόντων*, modo *Consulium*, interdum vtrorumque simul nomina secus apud eum, quam apud alios scripta inueniuntur. Quin etiam, quod ad temporum notationem attinet, peculiare illi est non solum *ἀρχόντων*, & *Consulium*, verum etiam vrorum Illustrium nominibus ea signare. Interdum etiam tempus, quod describit, esse id ait, à quo hic vel ille suam sit orsus historiam; simul & tempus, in quod ea desinat, significas.

Stylus autem non adeo fluens, aut placidus atque Herodoti. Sed vicissim neque Herodorus, nec Thucydides, neque Xenophon vniuersalem Historiam scripserunt. Fieri enim vix possit, vt ij, qui tantam moliantur molè, cum in varios Auctores incidunt, è quibus colligunt permulta, ne variationem aliquam concipiant; certè dum intexendis rebus incumbunt, non adeo tantam verborum curam habere possunt.

Stylus Dio-  
dori qua-  
lis.

Id sanè scriptori huic proprium est, vt sapienter pleraque interserat, quibus Prouidentiam Dei, Iustitiamq. demonstrat, dum à cogitatione fortunæ homines auocat, suumq. esse dicit institutum, fortis alicuius viri morte narrata laudes eius adtexere. modum inter tam in laudationibus, quam vituperationibus tenet: ac non pauca intermiscet Diuinæ historiae nostræ vestigia, quam si nouisset, clariora potuisset exprimere.

Quid pro-  
prium sit  
in historia  
Diodori.

Hæc cum ita sint, Ioannes Ludouicus Viues vir alioquin doctus, & prudens de Diodoro ita scribit. Diodorus Siculus ab inundatione, quæ sub Ogyge fuit, Rege Bæotia ad sua tempora, hoc est ad C. Cæsarem dictatorem historiam deducit, quem Plinius nescio qua de causa dicat primum apud Græcos desisse nugari, cum nihil sit nugacius. Nisi forsitan quod nullum operi suo illecebrosum, aut magnificum titulum indiderit, sed inscripserit tantum Bibliothecam. Hæc ille. At neque credendum est, Diodorum, qui tanto studio connixus est vt historiam texeret, voluisse cominisci mendacia, licet *ἀρχαιολογίας* illas antiquas fabulosas recitabat: aut quas antiqui fabulas putabant. In quibus tamen quædam vera latebant, vel ab Ethnicis existimata falsa qualia de Moyse cum alij, tum Hecataeus, & Alexander Polyhistor arbitrati sunt: quemadmodum item quæ de diluio Berofus, Hieronymus Aegyptius, Mnafeas, Abidenus scripta reliquerunt, hæc vt somnia delirantium esse ethnici putarunt.

Ludouici  
Viuis de  
Diodoro  
iudicium.

PLUTARCHVS Cheronensis Traiani Principis Moderator, ac denique Iſtria Præfectus vt multa prudenter, atque ad mores spectantia scripsit, vno illo (quod quidem maximū fuit) dolendus est, quod inter Christianæ veritatis radios, qui passim emicabāt, ethnicam vnam philosophiam sectatus, inde tantum monita deprompserit; quædam item miscuerit, quæ

Plutar-  
chus.



quæ pietatem labeficiant, quemadmodum priore diximus libro. Sanè centum post annos quàm CHRISTVS Dominus passus est, vixit. At quod ad Historiam spectat, sequor eorum sententiam, qui inter Græcos medios eum locant, ac dignum Principe Scriptorem faciunt, qui iudicium formet, & ad prudentiam ducat. Vitæ autem Græcorum & Latinorum quinquaginta scripsit, orsus in Græcis à Theseo Athenarum Rege, ac finiens in Philopæmene Duce Achæorum, qui post bellum Antiochi Magni cum Romanis centum propemodum & octoginta ante CHRISTI natalium, annos obiit: In Latinis verò à Romulo vsque ad Galbam, & Othonem, qui septuaginta plus minus annis inter se de imperio pugnarunt. Bellorum quidem causas, initia, progressus, offensiones, victorias, (fateor) non aliter quàm bonus Imperator diligenter explicuit. Siquid fabulosum interferit, addit verbum illud, *φασί*, ne quis temerè credat. Veruntamen quod alibi subindicauimus, iidem illi, quæ de Plutarcho ita iudicant, non negat, quin illud animaduersione dignum est, quod Græcos Principes cum Græcis, & Romanos inter se bona fide comparauerit, Græcos verò cum Romanis non item; id quod facile intelligi possit, in comparatione Demosthenis ac Ciceronis, Catonis & Aristidis, Syllæ ac Lyfandri, Marcelli ac Pelopidæ. Interdum etiam in Romanorum antiquitate lahitur: quod in homine Græco, qui se linguam

Plutar-  
chus non  
æquus iu-  
dex inter  
Græcos, &  
Romanos.

Non satis  
Latinâ lin-  
guam esse  
adæcquus.

Melchior  
Canus lib.  
11. de Hu-  
mana hi-  
storia in lo-  
cis commu-  
nibus.

Appianus  
Alexandri-  
nus.

Latinam non satis intellexisse in vita Demosthenis confitetur, mirum videri non debet. Scribit Gracchum equites cum Senatoribus rogatione Sempronia de iudicijs coniunxisse: qua tamen adempta sunt iudicia Senatoribus, & ad equites omninò translata; vt Velleius, Appianus, Alconius, Tacitus, & Florus confirmant. Itaque legem Liuiam pro Sempronia, & Gracchum, pro Drulo vsurpauit. Simile est illud, quod Romanorum denario, drachmam, libræ minam æquauit in vita Fabij, & Antonij, id quod Budæo præbuit errandi occasionem. Nam his fundamentis malè iactis, errores varij cõsequuntur. Quod item in Catone Vticensi mutuum dare vxorem apud Romanos licuisse tradit. Notant denique quod cum de suis ciuibus ageret, sibi temperare non potuerit, quin aduersus Herodotum *ἡδὲ κακὸν θέλας* scriberet in quo nihil æquè reprehendat, atque scripta de Bæotis, & Cheroneis. Nec Canus tacuit dicens. Plutarchus aliqui verax, in rebus Græcorum illustrandis & cęcuture, & fingere videtur interdum. APPIANVS Alexandrinus, qui tẽpore Marci Aurelij Imp. vixit, etsi in Romanorum antiquitate sæpe lapsus esse deprehenditur, vnus ex omnibus Historicis est, qui Romanorum Prouincias, opes, exercitus, totiusq. Imperij descriptionem proponit. Magna verò historiæ Appiani pars interiit. Nam libri Si-

culus, Macedonius, Hibericus, & Carthaginiensis desiderantur. Quæ tamen sarciri poterant. opera Dionis Calsij, nisi maior esset huius quàm illius iactura, tametsi Xiphilinus in Epitomen quæ potuit coniecit.

DION CASSIVS Nicæus historiam annorum 981. ab V. C. ad Christi Domini annum 231. contexit. Ex octoginta libris viginti quinque tantum supersunt continentes seriem annorum 121. Improbis (ait Gilb. Genebrardus) fuisse videtur, quod Ciceroni, Senecæ, Calsio, atque omnibus bonis fuerit infensus.

Certe videtur vbique tutari partes Cæsaris aduersus Pompeium, & Antonij aduersus Ciceronem. Quin & ea quæ in acie Marcomanorum Diuinitus contigisse scimus, ipse Arnupho Aegyptio tribuit: contra quos testati sunt Tertullianus, Eusebius, Orosius, Iustinus, Paulus Diaconus, & Marcus. ipse Aurelius in suis litteris ad Senatam. Sanè verò quoniam vitam in gerenda Repub. Dion cõsumpsit, perq. omnes honorum gradus bis ad Consulatum euectus, deinde Proconsul factus prouincias cum laude administrauit, bonorumq. artium scientiam ad vsum adiunxit, Comitiorum autem, & Magistratum Romanorum, ac publici Iuris disciplinam diligenter collegit, Principumq. relationes illas in Deos (si Deo placet) siue *ἀποδείξας* tradidit, & ea, quæ Tacitus Imperij arcana vocat, pene solus euulgauit, multa possunt ex eo intelligi, quæ ad Romanæ historiæ notitiam absolutiorem pertinent.

NICETAS Choniates Græcanicæ res Imperij, orsus à Ioâne Commeno Alexij F. ad Vrbem captam, siue ad Balduinum Flandrum, quem Viri docti dignum notitia: purumq. & rectum ingenium (si aliud ab illo æuo) esse agnoscunt. Stylum quidem eius operosum, Poëtæ & Homerum respicientem; at rem, & narrationem ipsam distinctam, compositam, sine vanitate, sine ineptijs, breuem, quod satis sit, & fidam: crebra, & opportuna monita: iudicia non libera solum, sed sana.

NICEPHORVS GREGORAS historiã Nicetæ Choniatę, & filum narrationis eius excepit, at non laudem. Scripsit enim ab Vrbe capta res ad Andronici Palæologi posterioris mortem: sed nequaquam pari castigatione, aut industria, & vitia plura traxit sui æui. Superfluit, aut euagatur: & res, orationesq. propius miscet, indecore, immo (ait Lipsius) inepte. Iudicia tamen eius crebra, & plerumque recta: causę euentuum curiosè positę: pietas inculcata, & multa opportune ad primam illam causam, idest Deum, relegata. Prouidentiam asserit. Sed tamen cautiissime legendus tum vbi agit de fato, tum quod diffidia in sacris recitans non æquus est iudex.

Dion Cas-  
sius.

Ab anno  
Christiano  
1118. vsq.  
que ad an-  
nũ circiter  
1210.  
Nicetas.

Nicepho-  
rus Grego-  
ras.

Cautio in  
Nicepho-  
ro Grego-  
ra.

Celebriores

Celebriores alij antiqui Historici Latini.  
Adduntur recentiores aliqui cum  
antiquis æquandi.  
Cap. VII.

Q. Cur-  
sius.



CVRTIVS, probus est, legitimusq. Historicus, si quisquã fuit. Mira, vt vir doctus testatur, in sermone eius facilitas, in narrationibus lepos: astrictus idem, & profluens; subtilis, & clarus; sine cura vlla accuratus. Verus in iudicijs, argutus in sententijs, in orationibus supra quàm dixerim facidus. Quod si varium magis argumentum habuisset; sine dubio variæ prudentię eximium magis specimen præbuisset. Sed Alexander quid, nisi bella?

C. SALLVSTIVS mirandus magis, quàm iudicandus: maxima tamen pars eius historiæ interiit. Qui eum Thucydidi similem asserunt, vera dicunt: In Thucydide porrò, quæ fuerint dotes, vide quæ de Thucydide diximus.

CAIUS IULIUS CÆSARIS de bello Gallico septẽ, de Ciuili tres Commentarij extant, quos Plutarchus *ἐπιμνησθῆναι*, Strabo rectius *ἰστορικῶν* vocauit. Qui autem de bello Gallico agunt, vnà cum octauo libro A. Hirtij, qui septem alijs Cæsaris adiunctus est, nouennij historiã continent, quo Cæsar bella gessit in Gallijs: Vt primus annus ingentes Helneticorum copias, quæ patrijs sedibus relictis in fines Gallicos infuebant, represserit; magnaq. cæde fusas, ac disiectas, domum reuerti coegerit: Ariouistum Germanorum Regem, ac sæpè iam victorem, qui magna suorum manu Sequanorum sedes occuparat, ibiq. annos iam XI v. confederat, prælio superatum, è Gallijs finibus expulerit. Alter bellicosissimam Belgarum gentem armis oppressam, sub Cæsaris potestatem redegerit. Tertius Venetos, Antuates, Vnellos, Aquitanosq. eidem parere compulerit. Quartus Vspetes, & Tencteros, qui è Germania in fines Galliæ progressi, Rhenum transferant, multis prælijs fractos, domum reuerti coegerit. quo anno victor Cæsar, ponte in Rheno decem diebus extructo, in Germaniam terroris iniiciendi causa, profectus est; paulloq. post reuersus, & in alteram orbis partem digressus, Britannos sibi, & Morinos subegerit. Quinto, Pirusas, & Britannos rebellates domuerit. Sexto, Nervios, Senones, Carnutes, Menapios, & Treuiros prælijs fractos contuderit: iterumq. in Germaniam, altero effecto ponte transmiserit. Sicambros, qui eodem flumine traiecto, in Galliam inuaserant, repulerit. Septimo, totius ferè Galliæ rebellionem summa ciuitatum omnium consensione excitatam, compluribus factis prælijs sedauerit, vrbesq. quã plurimas vi cõperit. Octauo, nouos item

A alios multis Galliæ partibus excitatos fluctus composuerit. Extremo autem quassatam ac defessam tot malis Galliam pacauerit, atque in Prouincię formam redactã, ignatum (vt ait Eutropius) tributũ pendere coegerit. Tantis rebus gestis, cum in Patriam victor parta immortalis gloria, quiete perfrui, domiq. ocium cum dignitate (quòd ætas illa summum hominis bonum iudicabat) obtinere posset, in nouos, multòq. maiores fluctus, ac tempestates incidit, graui oblato aduersario Cn. Pompeio Magno, qui nihil maiorem sibi summis rebus terra mariq. gestis, gloriam pepererat. Itaque ciuile bellum ingressus, cum biennij spatio Italiam, Siciliam, Sardiniam, vtranque Hispaniam, suam in potestatem redegisset, compluribusq. prælijs victor, suis aduersariorum copijs, superato, fugatoq. Pompeio, Regiam potestatem sub perpetuè Dictaturæ nomine, occupauit. neque ita multo post, occulta Senatorum amplius lx. coniuratione oppressus in curia, & xxxiii. vulneribus confossus est.

Post Cæsaris Commentarios tres adhuc sunt libri A. Hirtij. Vnus de bello Alexandrino; alter de bello Africano; tertius de bello Hispaniensi.

Castigator editio, & interpretatio Cæsaris, unde, & vbinam prodijt: Deinde & Cautio de Francisco Hotomano.

QVÆ verò è multis ad manus nostras venit editio, & interpretatio locorũ difficultium Cæsaris, & Hirtij Commentariorum, ea fuit, quæ primo Lugduni prodijt (si tamen Lugduni; nam typi, papyrus, & alia, quæ mox adnotabimus, sapiunt Geneuam) anno huius seculi septuagesimo quarto, in octaua parte folij Gallici, cum Scholij Francisci Hotomani, Fuluij Vrsini Romani, Aldi Manutij Pauli F.

Et primò in hac editione se offerunt, præfatio Hotomani: deinde figuræ pontis à Cæsare ad Rhenum extructi, Bisontis, Alcis, Vri, murorum Gallicorum, Alesię, & operum ad ipsius oppugnationem, Aggeris, & Loricæ, Lilitorum, id est stipitum & talearum, ac cipporum, Turris ad Mafsiliam, & prehensionis; Præterea obseruatio eiusdem de aliquot rei bellicę Instrumentis. Deinceps capita vniuscuiusque libri. Postremò Notę in omnes Commentarios. At post Notas in octauum librum de bello Gallico interiecta est ea pars Itinerarij quod aliqui vocant, Antonini, quæ ad Galliam pertinet, simulq. Regum, ac Principum Gallorum, Germanorum, & Britannorum, Barbarorum nomina, litterarum ordine ab Hotomano collecta.

Et quidem quoniam hæ notæ, hominis fuerunt,

runt, à Catholica fide alieni, non sine Ecclesiæ permisso legendi sunt; quamvis in ijs vix occurrant, quæ labem animis possint aspergere: nisi quòd præfatio nescio quid latentis habet, quo obliquè Romanam Urbem, seu Pontificatum Christianum carpit: videlicet qui admirari diuitias Sapientiæ Dei debebat, qua factum est, vt pes Piscatoris calcaret colla Romanorum Imperatorum, & iugo CHRISTI subderet; is contra in dolet, populum orbis Dominum, victorem, & triumphatorem, omnesq; ferè gentium exterarum Reges, Terrarchas, Dynastas sibi seruire cogentem, nunc sub vnus hominis Dominatum subactum esse, (vt idem inquit) miserrimam suis posteris eiusdem seruitutis hereditatem reliquisse. At secus Esaias, Augustinus, Orosius, & alij rectissimè, hic intelligunt, quod infirmum erat Dei, potentius fuisse omnibus hominibus, & potestatem Diuinitus institutam vigere maximè in eius successoribus, quibus CHRISTVS Dominus claus Regni celsitatis, & oues suas pascendas tradidit.

Eiusmodi est item illud in Hotomani Notis capite quarto in librum sextum Cæsaris, vbi cū hæc verba ex Tacito attulisset; non aliunde aduersus validissimas gentes pro nobis vtilius, quàm quòd in commune non consulunt; sed per Principes factionibus, & studijs trahuntur; Ita dum singuli pugnant, vniuersi vincuntur. Itaque cum diuturnis ciuilibus bellis Galli inter se conflictati essent, Cæsar hanc occupandam Galliæ occasionem sumpsit. Statim Hotomanus, sine aliquis Geneuenfis Caluianus infarcior, adiecit hæc blasphemam. Et has easdem artes, qui magnæ bestia simulachrum appellatus est, studiosè retinuit. Cùm autem Hotomanus interdum citet alios suos labores; sicut capite vndecimo libri primi Cæsaris Commentariorum, facit, Lectorem mittens ad disputationem suam de fendis, cap. penultimo, qua egit de Diuinationibus, & sortilegijs, videndum est, ne quid sit eiusmodi, quale vbi de Iurisprudencia egimus, cum de illo, tum de alijs Lectorem mouimus.

Porro eidem editioni adiuncta sunt Fuluij Vrsini Romani primò Fragmenta aliarum rerum ad Cæsarem pertinentium, ex varijs eius Epistolis, quæ sunt inter Familiares, & eas, quas ad Atticum Cicero scripsit. Deinde Fragmenta Orationum eiusdem C. Iulij Cæsaris: Fragmenta Anticatonis, Librorum de Analogia, Apophthegmatum, Auspiorum, Poematum, Dictorum.

Mox sequuntur eiusdem Fuluij Vrsini emendationes in eundem Cæsarem, & aliquid Hirtij, ex Vaticano, & alijs vetustioribus codicibus.

Denique Scholia Aldi Manutij Pauli F.

Post Aldi Scholia est locuples Index Latino Gallicus, Galliæ populorum, vrbium, fluuiorum, montium.

Deinde nomina Ciuitatum, cum interpretatione Germanica, & propria, hoc est Index Latino Germanicus.

Denique nomina vrbium quarundam, & locorum Hispaniæ, Hispanicis vocabulis relata.

Postea Cómentariolus Aldi Manutij Pauli F. de Galliæ diuisione.

Ad extremum, veterum Galliæ locorum, populorum, vrbium, montium, ac fluuiorum Alphabetica descriptio, sed quæ sapit Scholia, auctore Raymundo Marliano,

*Cautio in ipsis Cæsaris Commentarijs, & styli commendatio.*



ÆSAR etsi (quod Hircius scripsit) non præbuit, sed præripuit (quidquid vnicus Pollio secus apud Træquillum dicat) materiam scribendi alijs; eiusq; stylus sit castus, & veritate plenus; ac rebus, quibus interfuert, præfuit: tribuit tamen tantum fortunæ, ac diligentia, vt ab alterutra, aut ab vtraque omnia pendere putari possit ab eo, cui lux Veritatis haud illuxit: cum si ille sapiisset, de quo fuisse quæsitum, ecquid esset Fortuna, confessus fuisset, aut eam nihil esse, aut Prouidentia Dei regi omnia, eiusq; Iustitia tribui cuique suum: quod in Diuinis historijs patet aperissimè. Taceo quo stimulo in susceptis bellis permotus, innumerabilium hominum cædes fecit, vt denique & ipse interficeretur, ac sempiternum pro fluxa gloria sibi compararet interitum. Itaque cum egregijs animi dotibus (si vnquam Ethnicus Imperator) polleret, iudicio, diligentia, vigilantia (vt ait Cicero) horribili, ac verò summa fortitudine omnes sui temporis Romanos anteisset; non intelligebat tamen,

ea omnia sic iustissimè à Deo permitti, atque disponi; vt denique Diuinæ Prouidentia esset instrumentum ad complandam meliori Dictatori viam; ignorans venturum paulò post CHRISTVM, qui Mundo pacato, pacem alteram interiorem in hominum mentes inferret; & Imperium illud transferret ad Piscatorem, atque ad Christianum Pontificatum.

Hæc qui ad Cæsaris lectionem, ex Orosio, & Augustini libris de Ciuit. Dei, adhibuerit; & eius vitæ à Plutarcho scriptam, cum Caroli Magni Vita contulerit, sic, vt gesta, & bella cum bellis, victorias cum victorijs, trophæa cum trophæis, & templis Diuino cultui dicatis; mortem cum morte, reliquias posteritatis cum reliquijs; gloriam illam fluxam cum perenni gloria Caroli componat, habebit excellentiores in Cæsarem notas, quàm quas adhuc præstantia in eum ingenia scripserunt.

Venetijs autem Cæsaris Commentarij Italicè versi sunt editi cum delineationibus, siue ichnographijs Palladij anno 1575. in 4.

Ferrariæ verò in Italia primò, mox & Venetijs

netijs sæpè prodijt liber Italicus, hac inscriptione. Brancatius de vera disciplina, & arte militari in Iulij Cæsaris Commentaria redacta ad vsum militarem. Quo libro Brancatius interiora militaris disciplinæ persequitur, & antiquam Cæsaris cum nostra sic confert, vt lucem nõ exiguam afferat ijs, qui plus rerum militarium, quàm verborum in perlegendò Cæsare curam habent.

Eodem pertinere aliquatenus possunt, quæ Guillelmus Bellayus, vir in Gallia primarius, quique, Francisco Rege Primo, armis, litteris, nobilitate præstitit, scripta reliquit eo libro, quem primò Parisijs Michael Vascosanus anno 1553. edidit Gallicè, hac inscriptione. INSTRVCTIONES bellicæ, è libris Polybij, Frontini, Vegetij, Cornatiiani, & aliorum bonorum auctorum, excerptæ. Gallicè sic. INSTRVCTIONS sur le fait de la guerre, extraictes des liures, de Polybe, Frontin, Vegece, Cornazan, & plusieurs autres bons auteurs. Nisi quòd vbi Macchiauellum affert de rebus militaribus loquentem, id expungendum est, ob eas causas, quas alibi de illo diximus. Cùm autem initio eius libri Bellayus disputat, num liceat Christianis bella gerere, piè, ac sapienter monet, ensem in perfidos vnanimi cõsensu esse stringendum, potius quàm vt sanguis Christianus fundatur.

Si quis verò Pauli Aemilij Historiam de Vitis Gallorum Regum, cum Cæsaris Commentarijs coniunxerit, cum ad intelligentiam locorum, personarum, rerum; tum certè ad pietatem maximè proderit.

Iam cum Iucundus, Budæus, Cardanus, Butto, Turnebus, & alij de ratione pontis, quem Cæsar fecit ad Rhenum transeundum, aliqua scripserint; ea quidem ad id intelligendum facere possent: nisi quòd non omnino rem assecuti putantur ab ijs, qui posteriores in Cæsarem notas accuratè scripserunt. Iulius autem Cæsar Scaliger exercit. 329. eundem pontem planius exponit.

*De C. Iulio Cæsare, quedam ex Cicerone, & alijs.*

ED tamen Brute, inquit Atticus, de Cæsare & ipse ita iudico, & de hoc huius generis acerrimo æstimateatore sapissimè audio, illum ferè omnium Oratorum Latinè loqui elegantissimè: nec id solum domestica consuetudine, vt dudum de Lætorum; & Domitiorum familijs audiebamus; sed quàmquam id quoque credo fuisse, tamen vt esset perfecta illa bene loquedi laus, multis litteris, & ijs quidè reconditis, & exquisitis est consecutus &c. Sed perge Pomponi de Cæsare, & redde quæ restant: Solum quidem (inquit ille) & quasi fundamentum Oratoris &c. Cæsar autem rationem adhibens, consuetudinem vi-

tiosam, & corruptam, pura, & incorrupta consuetudine emendat. Itaque cum ad hanc elegantiam verborum Latinorum, quæ, etiam si Orator non sis, & sis ingenuus ciuis Romanus, tamen necessaria est, adiungit illi oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tanquàm tabulas benè pictas collocare in bono lumine. hanc cum habeat præcipuam laudem in communibus; non video cui debeat cedere, splendidam quãdam minimèq; veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu, forma, etiam magnifica, & generosa quodammodo. Tum Brutus, Orationes quidem eius &c. atque etiam Commentarios quosdam scripsit rerum suarum, valde quidem, inquam, probandos: nudi enim sunt, recti, & venusti, omni ornatu orationis tanquam veste detracta: sed dum voluit alios habere parata, vnde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volunt illa calamitris inurere. sanos quidem homines à scribendo deterruit, &c.

Quid Oratorum? quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? quis sententijs aut auctior, aut crebrior? quis verbis aut ornator, aut elegantior?

Quid noster hic Cæsar? nonne nouam quandam rationem attulit orationis, & dicendi genus induxit prope singulare? quis vnquam præter hunc Tragicas penè Comicè, tristes remissè, seueras hilare, forenses scenica prope venustate tractauit? atque ita, vt neque iocus magnitudine rerum excluderetur, nec grauitas facetijs minueretur.

Sed bene loquendi de Catulis opinio non minor; sale verò conditus, & facetijs Cæsar.

Reliquit & rerum suarum Commentarios Gallici, ciuilibque belli Pompeiani. nam Alexandrini, Aphricique, & Hispaniensis incertus auctor est. alij enim Oppium putant: alij Hirtium, qui etiam Gallici belli nouissimum, imperfectumq; librum suppleuerit. Paullò post. Pollio Afinius parum diligenter, parumq; integra veritate compositos putat: cum Cæsar pleraque & quæ per alios erant gesta, temerè crediderit; & quæ per se vel consultò, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit; existimatq; rescripturum, & correcturum fuisse.

Caius verò Cæsar, si tantum foro vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur: tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, vt illum eodem animo dixisse, quo bellauit, appareat. Exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cuius propriè studiosus fuit, elegantia.

Quid tantum noceret vim Cæsaris, asperitatem Cælij, diligentiam Pollionis, iudicium Calni quibusdam in locis assumere?

Hinc vim Cæsaris, indolem Cælij, subtilitatem Calidij, grauitatem Bruti, acumen Sulpitij, acerbiteriam Cæsij; diligentiam Pollionis,

Cic. ad Cor. molium Ne portè, apud Suetonium in Cæsare, Cic. lib. 3. de Oratore.

Cicero de Offic.

Sueton. in Cæsare.

Quint. in lib. 10.

Quint. in lib. 10.

Quint. in lib. 12.

Brancatius de arte militari.

Guillelmus Bellayus.

Cic. in Bruto.

Cicero in Bruto.



lionis, dignitatem Messalæ, sanctitatem Cal-  
 ui reperimus.  
 At tristior Caluus, numerosior Asinius,  
 splendidior Cæsar, amarior Cælius, grauior  
 Brutus, vehementior, & plenior, & valentior  
 Cicero.  
 λέγεται δὲ ὁ φύλας πρὸς λόγους πολιτικούς  
 ὁ Κᾶσαρ, ἄριστος καὶ δὴ ποιητικῶν φιλοσοφικῶν  
 τῶν φύλων, ὡς τὰ δὲ δὴ τερῆα μὲν ἀδριτίως  
 ἔχον, ἔσ.  
 Εὐ δὲ δὴ ῥώμῃ πολλῇ μὲν ἔπαι τῶν λόγων περι  
 τὰς συνηγορίας αὐτῶν χάρις ἐξέλαμπεν.  
 Ac mihi ex Græcis orationes Lyfiæ often-  
 tat, ex nostris Gracchorū, Catonisque, quo-  
 rum sanè plurimæ sunt circumcisæ & breues.  
 ego Lyfiæ, Demosthenem, Aeschinem, Hype-  
 ridem, multosq. præterea; Gracchis, & Ca-  
 toni Pollionem, Cæsarem, Cælum, in primis  
 M. Tullium oppono &c.  
 Sed ego vereor, ne me non satis deceat,  
 quod decuit M. Tullium, C. Caluum, Asinium  
 Pollionem, M. Messalam &c. Iulium Augu-  
 stum, Neruam, T. Cæsarem &c.  
 TITVS autem LIVI vs priore decade CDLX.  
 annos ab V.C. Altera verò decade LXXI I I I.  
 tertia XVII I I. quasi serio ad historiam aggre-  
 deretur, reliquis decem, & centum libris  
 XCX I I. annos complectitur. Neque enim vl-  
 lo tempore populus Romanus à bellis con-  
 quieuit; quin etiam multò plura gesta sunt ab  
 exactis Vrbe Regibus vsque ad Appium Cæ-  
 cum, quàm inde ad Cæsarem: Sed id factum,  
 quod veterum Commentarios, qui nascente  
 Imperio pauci; florente, innumerabiles exti-  
 terunt, in vnum quasi corpus coaptauit. Cum  
 autem in eos incideret, qui rectius scripse-  
 rant; ijs se totum addidit; vt videre est in Pu-  
 nico bello; quod quidem ad verbum de Poly-  
 bio translulisse videtur. Ceterum magnitudi-  
 ne, ac maiestate ceteros anteit. Diffusus  
 ille (inquit Lipsius) & placidus, in concioni-  
 bus maximè; & talis omnino, qualem Fabius  
 descripsit. Patauinitas ei obiecta ab Asinio:  
 id est, nisi fallor, sermonis quædam peregre-  
 nitas, nec tā in verbis, quàm stylo toto. Nos  
 quoque (inquit idem Lipsius) supinum cum  
 alibi, aut frigidum, immo & ταυτολογον agno-  
 scimus: deriuatur libenter tamen in excri-  
 ptores hanc culpam. Iudicij, sententijq.  
 bonus est, & si non frequens: quid refert  
 pro ipso loquitur, docetq. copia tot euentu,  
 & exemplorum.  
 Et quidem alijs visus est Liuius nimis reli-  
 giosè, vel superstitiosè scripsisse. Nihil enim  
 frequentius, quàm boues loquutos, scipiones  
 aruisse, statuas sudasse, quod pluuio Cælo fre-  
 quenter accidit: Deum Annibali apparuisse;  
 Infantem semestrem triumphum clamasse:  
 Vt Polybius eiusmodi scriptores Tragædos  
 appellaret: quanquam Polybius de religio-  
 nibus nefarie scripsit. Certè verò negandum  
 non est, quin Liuius aliquanto copiosior in

laudibus alienis fuerit. Cum enim P. Sem-  
 proniū ciuibus omnibus antetulisset (in quo  
 reliquis iniuria fieri videtur) omnibus hu-  
 manis à natura, fortunaq. bonis congestis in-  
 structum fuisse tradit. Nec eò contentus sin-  
 gula copiosè amplificat à generis splendore,  
 opibus, eloquentia, forma, ætate, animi ma-  
 gnitudine, disciplina militari. Furium verò  
 Camillum in Cælum vsque; Africanum supra  
 Cælum tollit; vt mirum videri non debeat, si  
 Augustus Pompeianum appellauit: quod in  
 Pompeio laudando, fatietatem explere non  
 potuisset, at in reprehensionibus parcus est,  
 & grauis.  
 Et si verò editus est Liuius anno 1578. Fræ-  
 cofurti ad Mænum, cum adiunctis, siue opu-  
 sculis, siue Interpretibus. Sciendum est tamen  
 Simonem Grynzæum, Cælum secundum Cu-  
 rionem, & Ioannem Velcurionem inter Au-  
 ctiores primæ classis Indicis librorum à S. Se-  
 de Apollonica prohibitorum connumerari,  
 reliquorum verò non prohibitorum hæc sunt  
 nomina.  
 Bartholomei Marliani de origine Urbis  
 Romæ, caput.  
 Messalæ Cornuini libellus ad Octavianum  
 Augustum, in quo Romana historia ab exor-  
 dio quàm breuissimè describitur.  
 Sexti Ruffi viri consularis de historia Ro-  
 manorum breuis libellus.  
 Tabulæ concionum, atque orationum omniū  
 T. Liuij, velut generis diuisionem in species  
 complectens, ad communem quandam om-  
 nium generum scribendi, dicendiq. facultate  
 comparandam.  
 L. Flori Epitome in singulos T. Liuij li-  
 bros,  
 Chronologia noua in T. Liuij historiam  
 accommodata ad Tabulas Capitolinas Ver-  
 rij Flaci.  
 Francisci Robortelli Vtinenfis de conue-  
 nientia supputationis Liuianæ ann. cum mar-  
 moribus Romanis, quæ in Capitolio sunt.  
 Pomponij Latini de antiquitatibus Urbis  
 Romæ libellus.  
 Ioannis Bartholomei Marliani de antiquæ  
 Romæ topographia Epitome.  
 Publij Victoris de vrbis Romæ Regionibus,  
 & locis libellus.  
 Henrici Loriti Glareani annotationes.  
 Caroli Sigonij Scholia, quibus T. Liuij Pa-  
 tauini historia, & earum Epitome partim  
 emendantur, partim etiam explanantur, cum  
 Glareani responsione.  
 Eiusdem Chronologia.  
 Laurentij Vallæ iudicium de quibusdam  
 apud Liuium locis; ex quo proficitur se osten-  
 dere, qua cura, ac diligentia sint auctores le-  
 gendi.  
 Emendationes eiusdem in sex libris de se-  
 cundo bello Punico.  
 M. Antonij Sabellici, Beati Rhenani, Sigif-  
 mundi Gelenij annotationes.

Ioannis

Ioannis Saxonij Hattestedij Commenta-  
 rioli duo ad T. Liuij Patauini historiam ab  
 Vrbe Condita librum XXI. & XXI I.  
 Vniuersi Godeleuani in omnes T. Liuij li-  
 bros obseruationes, ex varijs Auctorum scri-  
 ptis collectæ.  
 In T. Liuij historiam accommodata ad Ta-  
 bulas Capitolinas Verrij Flacci, annotatio-  
 nibus diffensionem Auctorum circa Consul-  
 um Romanorum nomina demonstrantibus  
 illustrata.  
 CORNELIVS vero TACITVS nò eloquentia,  
 aut alijs virtutibus Liuii superior, sed prude-  
 tia, ac iudicij notis illustris Res Tiberij, Clau-  
 dij, Caij, Neronis, glisciente adulatione, ac  
 florentibus ipsis ob metum, at postquam oc-  
 ciderant, recentibus odijs compositas, falsas  
 fuisse proficitur, atque inde sibi consilium si-  
 ne ira, vel studio ea tradere, quorum causas  
 procul haberet. scripsit enim centesimo an-  
 no, post illorum imperia, veritatem ama-  
 uit, & breuitatem. Quis enim narrando  
 magis docet? In moribus quid est, quod  
 non tangat? In affectibus, quod non reue-  
 let? mirabilis omnino scriptor, & qui serio  
 hoc ipsum agit, quod non agit.  
 Nec enim  
 historia solum est: sed velut seminarium præ-  
 ceptorum. Vt ij, qui vestes acu pingunt, in-  
 geniosè gemmas inserunt, sine confusione;  
 aut noxa formarum: sic iste passim sententias,  
 serie narrationis nihil omiſsa, aut læsa. Sic  
 Lipsius. Ac tamen quæ in eo pietati, ac pro-  
 inde verè prudentiæ aduersantur, alibi dixi-  
 mus, quæ omnino legenda sunt.  
 Scripserunt autè in Tacitū Andreas Alcia-  
 tus, Carolus Paschalius Cuneas, qui Parisijs  
 prodijt 1581. apud Robertum Colimbellum,  
 Annibal Scotus Placentinus, Romæ an. 1589.  
 excusus; sed ad extremum Iustus Lipsius No-  
 tas peracri iudicio scriptas vnà cum ipso Ta-  
 cito euulgauit, quæ ab Antonio Gryphio  
 Lugduni fuissent excusæ anno 1585. denique  
 auctiores, atque emendatores Antuerpiæ  
 anno 1588. sunt editæ.  
 C. SVETONIVS TRANQVILLVS historicus prudens, & ve-  
 rax: Antiquitatis autem Romanorum, & Græcorum pe-  
 ritus admodum, vt nemo idonee magis de plerisque scri-  
 pterit, quæ Tzetzes, Priscianus, alijq. de illo referunt.  
 Ac sanè cum causas in foro magna cum laude egisset,  
 atque Hadriani Epistolarum magister fuisset, mirū vide-  
 ri non debet, si tantus in x. librorum inscriptione euaserit.  
 Scripsit autem (quæ nescio an alicubi extant) de Regibus,  
 de Prætoribus, de Romanorum institutis, de officio  
 rum institutione, de dignis, siue notis, de anno Romano,  
 de vestium generibus, de spectaculis, item de Græcorū  
 certaminibus, siue ludis. Et ludicræ quidem historia  
 mentionem Gellius fecit, quæ plena fuit ingenij, ac ven-  
 uustatis. At quod de vitijis corporalibus eum scripsisse,  
 asserit Seruius in Virgilij eclogas, id ad ædilitium edi-  
 ctum sicuti & ad sacrorum ritus libros de omnibus ver-  
 bis esse referendum existimat Læuius Florentius, qui  
 secundò in Suetonium emendatiora, & auctiora cōmen-  
 tariæ eius eruditione digna, in Cæsarem Viras emisit.  
 Reliqua de Suetonio Angelus Politianus, ac nonnulli  
 alij in eius vita scripsere: in quem item extant Philippi  
 Beroaldi, Antonij Sabellici, & aliorum commen-  
 taria.

Anno 1591

Veruntamen quoniam, quæ iniuria temporum è Suet-  
 tonij Iulio Cæsare exciderant de gentis Iuliæ origine,  
 deq. familijs, in quas scissa gens descendit, ea Io. Ludou-  
 uicus Viues attentauerat restituere, nec prorsus fuerat  
 affectus, debemus & hoc Læuio Florentio, quod præ-  
 ter cetera, hoc ipsum perfecerit, restituens quæ affirma-  
 ta temerè, aut minus è veritate historiarū perita fuerant:  
 vt pauca illa addita ad Stemma Augustæ familie, quod  
 huic libro è Lipsio inseruimus, Romæ lucem historiarū  
 sint allatura.  
 Quin & Fragmenta Historicorum ab Antonio Augu-  
 stino collecta, & à Fuluio Vrsino emendata, quæ hoc ipso  
 anno 1593. primò prodierunt è Plantiniana officina ad  
 Sallustium, ad Cæsarem, ad Liuium, ad Velleium, ad Ta-  
 citum, ad Suetonium, ad Spartianum, & alios, magni mo-  
 menti erunt ad eiusdem Romane historie noticiã con-  
 sequendam. Nam & huc suam operam contulere præter  
 illos duos, Octauius Pantagathus, Gabriel Faernus, Pe-  
 trus Ciacconus, M. Antonius Muretus, Latinus Latinius.  
 Iudicium de Iustino, qui Trogum in epitomen  
 redegit: ac de alijs gentilibus  
 scriptoribus.  
 At quod alibi attingimus præse, hic planius explican-  
 dum est, & in vno Ivsrmo, qui Trogum in epitomen re-  
 degit, ostendendum, quàm mendaciter, tum ij, de quibus  
 hæcenus egimus, tum alijs gentilibus scriptores sacras hi-  
 storias prodiderint, quales fuerunt Tacitus, Appion, Pol-  
 idonius, & reliqui, quos aduersus Appionem Iosephus  
 commemorat. Iustinus igitur lib. 36. breui oratione de-  
 scribens gentis Iudeorum primordia, & incrementa, tor-  
 penè in sua narratione errores admittit (vt scite inquit  
 Pererius in Daniele) quos posuit verba. Primus fuit,  
 quo at originem Iudeorum esse ex nobilissima Syriæ  
 Vrbe Damasco: genus autem à Syriæ Regibus, & Regi-  
 na Semiramide. Secundus error in Damasco primò re-  
 gnasse Damascum Regem post huc Abraham, Moysem,  
 Istaëlem, etiam inibi fuisse Reges. Tertius: Istaël decò  
 fuisse filios, quibus ille populum in decem Regna diui-  
 sit, omnesq. ex nomine Iudæ, qui post diuisionem dece-  
 ferat, Iudæos appellauit, cuius etiam ab omnibus memo-  
 riam coli iussit: eius autem portio omnibus alijs accessit.  
 Quartus: filiorum Istaëlis minimum natu fuisse Io-  
 seph, hunc Magicas artes in Aegypto doctū, scientiam  
 interpretandi prodigia, & somnia, primum condidisse.  
 Quintus: huius filium fuisse Moysem, quem propter sca-  
 biem, & pruriginē, quæ latè, grauiusq. in Aegypto gra-  
 fabatur, Aegyptij cū omnibus agris, ne ea postea ad plu-  
 res serperet, Aegypto pepulerunt. Sextus: quoniã Moy-  
 ses in deserto cū fuit exulibus fame, sitiq. fatigatus, die  
 septimo esset eo malo releuatus, propterea septimū quē-  
 libet diem, more gentis appellatum sabbatum, in omnē  
 æuum ieiunio sacrauit. Septimus: quoniam metu con-  
 tagionis, pullos se Aegypto meminerant Iudæi, ne eadē  
 causa inuisi apud incolos forent, cauerunt ne cum pere-  
 grinis communicarent: quod ex causa factū, paulatim  
 consuetudo in disciplinam, religionemq. conuertit. At-  
 que hæc quidem omnia, ex ipsis sacris litteris patet esse  
 falsa. Octauus error: post Moysem (ait) etiã eius filius  
 Aruas Sacerdos sacris Aegyptijs, mox Rex creatur: sem-  
 perq. exinde hic mos apud Iudæos fuit, vt eosdē, & Re-  
 ges, & Sacerdotes haberent. Quorum iustitia religione  
 permixta, incredibile quantum coluere. Sed errat Iu-  
 stinus. Nam vt ijdem essent Principes seculares, & Pon-  
 tifices Iudeorum, tempore Machabæorum primū fieri  
 ceptum est: præsertim autè principatu Aristobuli, qui, Iosephus  
 primus Iudaicum principatum summo pontificatu con lib. 13. An-  
 iunctū in regni formam vertens, diademata sibi imposuit: tri-  
 annis post reuersionem Iudeorum ex Babylonica capti-  
 uitate in Iudæam 480. Nonus error fuit. Xerxes Per-  
 sarum Regem, primum omnium domuisse Iudæos:  
 Atqui nec Xerxes Iudæis bellum intulit: quippe qui  
 iam inde à Cyro, primo Persarum Rege, Persico  
 imperio semper fuerant subiecti: & plus centum quin-  
 quaginta annos ante Xerxem, Chaldaeorum Rex Na-  
 bucho-

Quam mul-  
ta peccata  
vit Iustinus  
in Histo-  
ria rerum  
Iudaicarū.

x bucho-

buchodonoſor, ter iam domuerat Iudgos, gra uiq. ſubegerat, & afflixerat ſeruitute. Verum de Iuſtini erroribus circa Hiſtoriam rerum Iudaicarum, ita dictum ſit.

Paulus Aemilius.

Qui PAVLVM AEMILIVM Gallorum Regum Vitas ſcribentem comitem Cominao dedit, quique eum dixit eſſe penè vnũ inter nouos, veram & veterem viam Hiſtoriae videntem, eamq. firmo pede calcantem, vera dixit, què admodum & illa, cum inquit. Genus ſcribendi eius doctum, neruoſum, preſſum; ad ſubtilitatem & argutias inclinans, & relinquens, deſigenſq. aliquid in animo ſerij lectoris. Sententias & dicta ſepe miſcet, paria

Hec Lipsius.

antiquis. Rerum ipſarum ſedulus ſcrutator, ſeuerus Iudex: nec legi noſtro auro, qui magis liber ab affectu. In tantis tamen virtutibus videtur aliquibus, quod ſtylum parum ne ctat, & ſpargat, diuidatq. eum in minuta quedam mèbra. Deinde quod inæqualis. Quodq. vetuſtatis neſcio quid affectet in nominibus hominum, locorum, vrbium immutandis, & in veterem formam redigendis: ſepe tamen eruditè. Notant quod Chartierium Gallorum Cæcellarium, Quadrigarium vocauerit, cum Prefectum iuris dicere potuiſſet: quodq. Regem Tarraconenſem, Caſtulonenſem, Ducem Gelbudèſem qui nobis & maioribus fuerunt Aragoniae, Caſtellae, & Geldriae, aliaq. eiufmodi pleraque. Sanè Catholicam religionem ſpirat vbique, ac nihil temerè affirmat, rumores vbique peruulgatos non omiſit; centefimo poſt anno cum Italus de Gallis à Ludouico xij. Gallorum Rege adſcitus ſcripſiſſet, oſtendit id ſe ita feciſſe, vt nulla vel gratia, vel odio, vel metu commoueretur.

Notata in Paulo Aemilio.

PHILIPPVS COMINAEVS Hiſtoricus ſuperiore exeunte ſæculo, ſed cum antiquis melioribus comparandus. At Ioannes Sleidanus, qui eum Latinum fecit ex Gallo à nobis primo noſtri operis libro ſcleris accuſatus eſt, quod quæ Cominaeus de religione ſcripſerat, is ipſe Sleidanus ſuppreſſerit, aut inuerterit. Qui verò eum legendum ſuadent, modum hunc præſcribunt. Vt neque Cominaeus de laudibus Ludouici vndecimi ſcribenti, omnino aſſentiantur: ſed etiam Meierum Belgicarum rerum ſcriptorem adhibeant: neque hunc tantum, verum etiam Paulum Aemilium; propterea quod vnus eſt plenus laudum Ludouici: Alter eas omnino reiicit: Tertius medium ferit: At Iuſtus Lipsius cum dicat viſam eſſe Patrum, & noſtro quo hiſtoriam eũ

Philippus Cominaeus

Biblioth. Selecta.

Meierus Belgicarum rerum ſcriptor legendus cū Cominaeo.

commoniſſe, ſic ait. Scripſit eam ante annos paulò minus centum Philippus Cominaeus, ita laudabiliter, vt nihil verè componere eum cum quouis antiquorum. Incredibile eſt, quàm ille omnia videat, penetret, arcana conſiliorum eruat, & ſubinde inſtruat nos ſalutaribus, rarifq. præceptis. & id diſſuſe Polybiano quodam exemplo. Quanquam re vera Polybium, aut talem aliquem ille nec vidit: Et hoc quoque laudem eius auget, quod

tanta præſtitit, litterarum omnium rudis, ſolo vſu rerum peritus, & naturali quadam iudicij bonitate. Enchiridion principibus Cominaeus eſto dignus Alexandris omnibus hic Philippus.

Ratio & ordo legendæ Hiſtoriae Vniuerſalis. Caput VIII.



VI in hiſtoria vniuerſali à breuiſſimis Chronicis, ſed certioribus inchoandum eſſe conſulant, ij rectè ſapiunt. Quasi enim exemplar, & Idea ſe oculis offerunt, ad cuius partes quidquid deinde ſuſius ſcriptum ſit, queat aptari. Mens item, quaſi filo, ſerie illa temporum, per varias rerum ambages, recta deducitur. Et Euſebij ſanè Chronicon laudauerim, de quo egi ſecundo libro: at integrum non extat, ſine ſuperiora ſæcula, huc quæ ſecuta ſunt ſpectentur. Itaque quod ibidem pluribus dixi, nunc paucis hic aſſero: Notas Chronicas Gilb. Genebrardi, in quas grande illud opus ſuũ chronographiæ contraxit, expedire vt ante omnia percurrantur.

His perlectis ad Vniuerſalis Hiſtoriae ſcriptores ita veniendum eſt, vt melior editio, ſeu verſio, & in qua nulla ſit ab hæreticis, vel alijs inſperſa labeſ, tractari ea ratione incipiatur, qua monſtratum eſt, cum de lectione cuiuſlibet operis eſt actum.

MOYSES autem, & qui eum ſubſecuti ſunt in Biblijs, primi ſunt. Humanam enim hiſtoriam pertractant, quatenus ex Dei omnipotentis, & omnia ſapientiffimè diſponentis gloria poſſit agnoſci. At de Moyſe, qui primus omnis hiſtoriae, Diuinae, Eccleſiaſticae, Naturalis, Humanae ſcriptor fuit, multa ſupeditabit ſecundi huius Bibliothecæ libri tertium caput, quod erit operæpretium legere. Is autem, cum hiſtoriam annorum duum milium, & quadringentorum fuiſſet complexus ab orbe condito vſque ad Hebræorum migrationem in Paſtinaam, reliqui ea, quæ inde ſecuta ſunt vſque ad Cyrũ, litteris conſignarunt.

Euſebij chronicon ab orbe condito vſque ad annum Chriſti 300. texit. Hieronymus annos adiecit quinquaginta, Proſper Aquitanus quadraginta, Palmerius Florètinus 1011. Palmerius Piſanus 30. Iulius autè Aphricanus de tēporibus ab orbe condito vſque ad annũ Chriſti 320. olim extabat. Phreculphi Epitome hiſtoriarum ab orbe condito vſque ad annum Chriſti 550. Bedæ Angli chronica ab orbe condito vſque ad annum Chriſti 700. habemus. Adonis Viennensis de ſex Mundi ætatibus vſque ad annum Chriſti 900. & Helmandi chronicon ab orbe condito vſque ad ſua tempora. & Hermanni Contraçti Heluetij de ſex ætatibus vſque ad ſuam ætatem. & Mariani Fuldenſis Scoti chronicon ab orbe con-

Euſebij Chronicon.

Notæ Chronicæ Genebrardi editæ ſunt Parisijs & Coloniae.

Primo lib. Bibliothecæ Selectæ cap. 26.

MOYSES qui ante CHRISVM Dominum claruit anno 1330.

Claruit anno Chriſti 312.

340

560

730

980

1066

1067

1088

be condito vſque ad ſuam ætatem.

1120 Zonara ſuſa hiſtoria vſque ad annum Chriſti 1127. tribus partibus diuiſa; prima pars Hebræorum eſt, altera Græcorum, tertia Latinorum.

1120 Honorij Auguſtodunenſis chronicon ab orbe condito vſque ad ſua tempora.

1130 Sigeberti Galli chronicon ab anno Chriſti 381. ideſt à ſine tripartitæ hiſtoriae vſque ad annum 1113. cum appendice incerti auctoris vſque ad annum 1216.

1229 Abbatis Vrſpergenſis chronicon ab orbe condito vſque ad Fridericum II. Imperatorem, ſed à qua abſte appendix addita ab Hæreticis: quæ dicitur Paralipomena.

1260 Vincentij Belluacenſis hiſtoria ab orbe condito vſque ad annum Chriſti 1201.

1480 Antonini Archiepiſcopi Florentini ſuſa hiſtoria ab orbe condito vſque ad annum Chriſti 1470. ſed quæ emendatior prodijt.

Faſciculum temporum ab orbe condito vſque ad annum 1484. incerti Auctoris.

1490 M. Antonij Coccij Sabellici æneades 11. hiſtoriae ab orbe condito.

Pij Secundi Pont. Max. Commentarij rerum memorabilium, quæ tēporibus ſuis contigerunt, à Ioanne Gobellino Vicario Bonnen. iamdiu ſcripti, & à Franciſco Piccolomineo Archiepiſcopo Senenſi ex vetuſto exemplari recogniti, & Gregorio XIII. Pont. Max. dicati.

Eiuſdem item Pij, dum Cardinalis eſſet, reſponſio ad Martinum Mayer pro deſenſione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Romæ ex Typographia Dominici Baſæ 1584.

Adiectis Epistoſis, & alijs quibuſdam, quæ Commentariorum intelligentiæ commo-

Extat autem liber manuſcriptus ſub nomine Commentariorum Pij Secundi, qui ſunt ijdem, quos poſtea edidit Ioannes Gobellinus, quippe qui eorum Auctor fuerit, Romæ tandem, vt diximus, editi. Ante manuſcriptos autem, quos ego vidi Senis, tum apud Archiepiſcopum Senenſem, tum apud Hippolytum Auguſtinum virum Illuſtrem, indicium præfixum eſt Ioannis Antonij Campani Epicoſopi Aprutini, quod ille tulit de operibus Pij Secundi Pont. Max. ſcribens Iacobo Cardinali Papienſi. commendat autem Pium Secudum ab eloquentia, à rebus geſtis, à legationibus, & à dignitatibus, quas obtinuit, ſummis, aut à peregrinationibus ingentibus, vt etiam quidam alluſiſſe nomini eius rectè videatur, qui pro Pio, Pan dicentes, inuenterint, tanquam ad omnia totum, nullius rei mancum, cuncta vnum perſcientem, quæ multi ne conari quidem potuiſſent. In manuſcriptis autem iſtis Commentarijs plura ſunt, quàm in ijs, qui editi ſunt Romæ; fortasſe quod exiſtimatum ſit aliqua reticenda, quæ minus erant temporibus his commoda.

1496 Donati Boſſij Mediolanenſis hiſtoria ab orbe condito vſque ad annum 1489.

Ioannis Naucleri chronica ab orbe condito vſque ad annum Chriſti 1500.

Philippi Bergomenſis hiſtoria ab orbe condito vſque ad annum Chriſti 1503.

Gilberti Genebrardi chronographia, de qua ſuſius ſecundo libro noſtræ huius Bibliothecæ, vbi de chronographis egimus.

Pauli Iouij hiſtoria omnium penè populorum ſui temporis ab anno Chriſti 1494. vſque ad annum 1540.

Ioannes Tarcagnota.

Ioannis Villani hiſtoria.

Strabonis Cappadocis libri 16. in quibus breuem omnium Populorum hiſtoriam cum geographia coniungit. De Strabone autem vide alia, quæ ſcripta ſunt ſuperius, vbi de Geographia.

Pomponius Mela Hiſpanus de ſitu orbis vna cum hiſtoria populorum.

Raphaelis Volaterani libri 38. quibus vniuerſam hiſtoriam cum Geographia complexus eſt.

His addi poſſunt Hiſtorici rerum variarũ, quales ſunt Atheneus, Aelianus, Tzetzes, Leonicus, Solinus, Valerius Maximus, Plinius, Suidas.

Edita eſt autem Symphonia Iuris vtriuſque Chronologica: in qua vt libri Inſcriptio præfert, non modò omnium Pontificum, Imperatorum, Conſulum Romanorum, Iuriſperitorum item, tam veterum, quam recentium nomina, ſucceſſiones, ætates, temporaq. currentia; ex diuerſis hinc inde, in vnum corpus, & conſonantiam redacta, velut in Tabula ſpectanda proponuntur: ſed & quid ab vnoquoque vel Pontifice, vel Imperatore in vtroque iure conſtitutum, ſancitumve ſit; quæ quoque tam Codicis, quàm Nouellarũ Conſtitutiones, quibus Conſulibus quo anno, quò menſe, quove die menſis, datae, vel acceptæ ſint: quæ item ex Reſponſis Prudentum in ſingulas Pandectarum leges tranſlata; quæ ex iſdem in Codice, Nouellis, & Inſtitutionibus citata à Labitto recenſentur, obſeruata temporum, & annorum ſymphonia; præcipuis inſuper textuum concordantijs, & discordantijs, multiſq. ſimilibus obſeruatiõibus, paſſim inſertis, noua ratione oſtenditur. Auctore Ioanne Vuolfgango Freymonio, Bauaro.

Elenchus eorum, quæ Symphonia Chronologica extra ordinem accedunt, & quorum in titulo nulla eſt facta mentio.

Ea verò, quæ ſymphoniæ chronologicae extra ordinem accedunt, & ſuccincta delineatio originis, & progreſſus tam Imperij, quàm Iuris Romani, à primis orbis conditi

Claruit ante Chriſtum anno 20.

Aetate Chriſti.

1500

E

x 2. tempo-



temporibus, ad C. Iulium Cæsarem vsque (à quo symphonia incipit) ex probatis deducta Auctioribus.

II. Synopsis omnium etatum Mundi, vna cum Hebræorum, Græcorum, Latinorumque, veterum, pariter & recentium, diuersis supputationibus.

III. Ordo, & successio quattuor Monarchiarum. quibus accedit Regnum Assyriorum, Persarum, Macedonum, & ex quibus Romanum promanauit Imperium, Troianorum, & Latinorum nomenclatura.

III. Index omnium ferè Historicorum, qui res gestas totius orbis per singula Monarchiarum tempora ordine descripserunt.

V. Catalogus Exarchorum Italiae, quive hos proximè subsecuti sunt, Imperatorum Orientalium, à translato ad Germanos Imperio, vsque ad hodiernum Turcarum Principem Selymum.

Historici Chaldaorum, Assyriorum, Medorum, Aegyptiorum, Persarum, Phœnicum, Hebræorum, Parthorum; quorum facta sunt ab iisdem ferè Scriptoribus comprehensa. Caput IX.

Libri Regum, Paralipomenon, & Esdræ. Herodoti Halicarnassei libri nouem historiarum.

Claruit ante Christi ann. 445

Ctesia Cnidij, Agatharchidis, & Memnonis fragmenta de Regibus Persarum, & Assyriorum.

Xenophontis Atheniensis de expeditione Cyri (cuius fuit Legatus) in Persidem.

anno Christi 99.

Iosephi libri duo aduersus Apionem Grammaticum, ac viginti antiquitatum Iudaicarum.

Hegesippi liber 1. de bello Parthico. Appiani Parthicus. Procopij de bello Persico.

Historia Græca, ad quam item pertinent Iones, Aeoles, Dares, qui Asiam minorem, & Europam à Danubio Acroceraunijs, & Helmo monte vsque ad mare Ionicum in Insulis, & continente sedes fixerunt. Cap. X.

Claruit ante Christi ann. 425.

Herodoti Halicarnassei libri nouem, ubi parsim de Græcis agit vsque ad fugam Xerxis, complexus historiam annorum 240. de quo egimus supra.

Ante Christi 140.

Thucydidis Atheniensis libri 8. quibus à fuga Xerxis vsque ad annum circiter 21. belli Peloponnesiaci annorum 90. historiam conscripsit.

Xenophontis Atheniensis libri 7. quibus Thucydidis narrationem persequitur earum

rerum, quæ annis 43. in Græcia gestæ sunt, vsque ad prælium Lacedæmoniorum, & Thebanorum ad Mantineam.

Georgij Gemisti libri duo, quibus Xenophontis historia ex Plutarcho, & Diodoro cõtinaua serie perpetuatur à prælio Mantineo vsque ad cladem Cherroneam.

Polybij liber secundus, quartus, quintus cū epitome sequentium, & Liuij quarta, decas cum fragmentis quintæ decadis res Græcorum complectuntur, quæ cum Alexandri successoribus gestæ sunt.

Diodori Siculi liber decimus sextus continuam Gemisti narrationem persequitur de Philippi, & Alexandri Magni rebus gestis.

Plutarchi Aratus, Philopemen, ac Demetrius plurimū conferunt ad posteriores Græcorum historias intelligendas.

Pausaniæ Cefariensis Attica, Corinthiaca, Laconica, Messeniaca, Elea, Achaica, Arcadica, Bœotia, Phocensia.

Procopij libri 7. rerum sub Iustiniano gestarum.

Ioannis Zonaræ tomus tertius à Constantino Magno vsque ad obitum Alexij Comneni, idest ab anno Christi 300. vsque ad annum

C 1113.

Annæ Alexiados libri xx. rerum ab Alexio patre Imperatore gestarum, quibus Zonaræ narrationem persequitur.

Nicephori Gregoræ historia centum & quadraginta quinque annorum à Theodoro Lascari vsque ad Andronicum Palæologum posteriorem.

Nicetæ Acominati Choniatae annorū 86. ab anno, quo deserat Zonaras vsque ad exitum Murzufuli Imperatoris, idest vsque ad annum 1203. libris 19. comprehensa.

Aemilij Probus, siue Cornelius Nepos, de Vitis Græcorum Imperatorum. Vide supra capite 2.

Nomina verò Imperatorum Græcorum, quorum Vita ab Aemilio Probo, seu Cornelio Nepote scripta est, hæc sunt.

- Milciades. Alcibiades. Themistocles. Thrafsybulus. Aristides. Cono. Pausanias. Dio. Cimo. Iphicrates. Lifander. Chabrias.



Ordo

Ordo legendi Romanam Historiam; in quo & de Historia Italica esset agendum: sed partim vide ad calcem huius capituli partim cap. xiiij. ubi agitur de historia ciuitatum aliarum. Cap. XI.

DE Romana Historia legenda præfandum hoc puto. Primum in hac magis, quam in alijs, tanquam in totius Humanæ Historiæ principe seruandum esse rerum gestarum ordinem, qui solet esse memoriæ cultus. Deinde cum variata sit interdum Romanæ Reipublicæ, atque Imperij administratio, varias quoque ipsius formas pro ratione temporum esse prænosendas: Præterea familias, stemmataque (inprimis familiæ Augusti) petenda esse inde, ubi certius fuerit conscripta.

Vide paulo post infra.

Petrus Angelus Bargæus, Paulus Manutius, Onufrius Sigonius.

Ordinem autem eiusdem Historiæ, præter alios contexit diligentius (at quod scia non emisit) Petrus Angelus Bargæus vir doctissimus, & Poëta eò insignior, quo castior, & purior, vti suo loco monstrabimus. Fastos, Consules, Magistratus, Leges Paulus Manutius, Onufrius Panuinius, & Carolus Sigonius. hic autem præter fastos consulares edidit opus de antiquo iure populi Romani: alterum item de antiquo iure ciuium Romanorum. aliud de antiquo iure Italiæ; aliud de antiquo iure Prouinciarum, quorū postrema editio locupletior prodijt in lucem anno 1574. Præterea de iudicijs. Deinde de occidentali Imperio; denique de Regno Italico, qui eos libros, qui scripserunt de occidentali Imperio excipiunt.

Ant. Augustinus.

Familias. Antonius Augustinus Herdensis Episcopus, & Fuluius Ursinus Romanus. ac quidam Elias Resnerus Leorinus Silesius, cuius liber euulgatus est anno 1589. Francofurti: Augustæ autem domus familiæ, quæ magnam legendæ Romanæ Historiæ lucem affert, Lipsius in tabula descripsit, quæ, ne desit, huic loco adjiciam.

Opes Romanorum.

Opes. Appianus Alexandrinus. cum enim tribus mundi partibus Romani imperassent non quidem vsquequaque, sed latissimè tamen: Terminus autem Occidentalis Imperij fuisset extremas Hispaniæ. Orientalis, Eufrates, Taurus, & Armenia. Septentrionalis, Rhenus, & Danubius. Australis, Aethyopes.

dominantur item vniuerso mari Mediterraneo, & omnibus, quæ in eo sunt Insulis. præterea in Boreali Oceano, ipsi Britannia. non dubitat affirmare Appianus, omnes priores Monarchias Assyriorum, Medorum, Persiarum & Græcorum, vix dimidiatam Imperij Romani partem possedisse. Hoc ipsum in exordio suæ historiæ confirmat Polybius. Bellica porrò potentia, terrestris quidem ordinaria, ac militum stipendiariorum varia fuit,

A diuersis temporibus nunc maior, nunc minor: tempore Appiani, hoc est principatu Adriani, sicut ipse Appianus scribit in procemio historiæ Lybicae, tanta ferè erat bellica potentia terrestris Romanorum: ducenta millia peditum; quadraginta millia equitum, trecenti elephati bellicosi, tria millia curruum, armorum verò in supplementum, trecenta millia. Nec minor erat naualis potentia; habebant enim Romani duo millia nauium, mille & quingentas triremes, magnas verò naues proris, puppibusque aureis, scilicet ad ostentationem Romanæ Maestatis, & vsus Imperatorum octoginta. adhæc parata erant instrumenta naualia eo numero, vt armandæ duplo maiori, quam quæ dicta est, classi sufficere possent. Postremo de incredibili copia pecuniæ, in diuersis ærarijs ad vsus bellicos comparatæ, scribit Appianus eam fuisse ad septuaginta quinque millia talentorum Aegyptiorum: talentum autem Aegyptium, sicut auctoritate Varronis confirmat Plinius lib. 33. cap. 3. pendebat pondo seu libras octoginta: quocirca singulis libris aureos centum assignando, vnum talentum Aegyptium idem valebat, quod octo millia nostrorum aureorum: quo fit vt summa illa quinque & septuaginta mille talentorum Aegyptiorum, secundum nostram computationem, sexcæties dena centena millia aureorum, & vt vulgè loquimur, sexcentum miliones efficeret.

Quod igitur ad ordinem Romanæ Historiæ legenda pertinet, ita inchoandum est, vt sit primus.

Dionysius Halicarnasseus: cuius Historia complectitur vetustissimas Italarum, & Urbis Romæ origines, & Romanorum res gestas domi forisque, vsque ad Laërtem Herminium Exquilinum, T. Virginium Tricostum Cælimontanum Cofs. id est ad annum ab Urbe condita 307. Deinde.

T. Liuius; cuius primi tres libri ab aduentu Aeneæ in Italiam vsque ad Laërtem Herminium, & T. Virginium Tricostum Cofs. conueniunt cum vndecim libris Dionysij, qui extant, & eadem omnino tractant, quæ Dionysius, sed breuissimè, si cum Dionysio comparatur. Postea hoc ordine sequentes.

Eutropij primus liber ferè totus cum iisdem tribus libris T. Liuij coniungendus.

Plutarchi { Romulus. Numa Pompilius. P. Valerius Publicola. Cn. Martius Coriolanus. } cum primo secundo. } Liuij.

T. Liuij extremus tertius liber ab Laërte Herminio scilicet T. Virginio Tricosto Cofs. vsque ad extremum decimum librum, id est

ad annum ab Vrbe condita CDLII. quo anno fuere Cofs. Q. Fabius Maximus Gurges, & Iunius Brutus Scaeva; & erit decursus circiter 155. annorum.

Eutropij extremum caput primi libri de capta Vrbe à Gallis.

L. Flori primus liber vsque ad bellum Tarentinum, & cum Pyrrho Rege.

Plutarchi L. Furius Camillus.

L. Flori extremus primus liber de seditionibus, de prima, secunda, tertia, & quarta Vr- bis discordia.

Ab Q. autem Fabio Max. & Iunio Bruto Cofs. vsque ad P. Cornelium Scipionem, T. Sempronium Longum Cofs. quibus Cofs. geri ceptum est bellum Punicum secundum, Anno videlicet 536. ab Vrbe condita, Liiij historia 74. annorum amissa est. In eius locum leguntur T. Liiij libri, à L. Floro in com- pendium redacti, quæ vulgo Epitome nomi- nantur. Sunt autem isti.

T. Liiij liber 11. ac reliqui 19. qui eum statim sequuntur ab Q. Fabio Max. Gurgite, & Iunio Bruto Scaeva Cofs. vsque ad P. Cornelium Scipionem, T. Sempronium Longum Cofs. At- que hic erit (vt paullo ante diximus) circiter 74. annorum decursus.

Plutarchi Pyrrhus.

L. Flori de bello Tarentino, & cum Pyrrho Rege: de bello Picente: de bello Salentino: de bello Volfiniensi.

Polybij primi duo libri.

L. Flori secundus liber de primo bello Pu- nico: de bello Ligustico, Gallico, Illyrico.

Eutropij liber secundus de Tribunis Mil. Cofs. potestate vsque ad initium belli Punici secundi.

T. Liiij liber 21. ac nouem, qui eum statim consequuntur, à P. Cornelio Scipione, T. Sem- pronio Longo Cofs. vsque ad Sex. Sulpitium Galbam, C. Aurelium Cottam Coss. ad annū videlicet ab Vrbe condita 554. Est autem de- cursus annorum circiter 18. ab initio scilicet belli Punici secundi vsque ad initium belli Ma- cedonici primi.

Appiani Alexandrini de bello ab Annibale gesto, libellus vnus.

Polybij tertius, & quartus liber. Præterea nonnulla in fragmentis, vsque ad extremum xvij. librum: Quæ tamen quia manca sunt & valde perturbata, separari commodè pote- runt à tertio & quarto libro, atque ex ordine reijci.

Eutropius de bello Punico secundo, quod extremo capite tertij libri comprehensum legitur.

Plutarchi { Q. Fabius Max.  
M. Claudius Marcellus.

L. Flori historia de bello Punico secundo, quæ libro secundo legitur.

Hinc ad primum bellum Macedonicū per- gendum est, quod cum Philippo Rege Persei Patre gestum fuit: ideoque post superiores

A continuò legendi sunt.

T. Liiij liber 31. ac reliqui nouem, qui eum statim consequuntur, à Ser. Sulpicio Galba, C. Aurelio Cotta Cofs. qui anno ab Vrbe condita 554. Consulatum gesserunt vs- que ad C. Claudium Pulchrum, T. Sempro- nium Gracchum Cofs. id est annum ab Vrbe condita 577. quo anno bellum Istricum geri ceptum est: Et erit decursus circiter 24. an- norum.

L. Flori de bello Macedonico primo, de bello Syriaco Regis Antiochi, de bello Ae- tolico.

Plutarchi M. Portius Cato Censorinus, seu Maior, vt ab alijs appellatur.

Appiani Alexandrini liber de bello Syria- co, &

Eutropij lib. 4. de bello Macedonico, & de bello Syriaco: & hic est decursus ferme duo- rum & viginti annorum: ab Vrbe autem con- dita 577.

T. Liiij liber 41. & reliqui quattuor, qui po- stremi consequuntur à C. Claudio Pulchro, T. Sempronio Graccho Coss. vsque ad C. Sul- pitium Gallum, M. Claudium Marcellū Cofs. Annum scilicet ab Vrbe condita 588. Et erit decursus 11. ferme annorum.

Plutarchi T. Quintius Flaminius.

L. Flori liber secundus de bello Istrico, de bello Gallo Græco, de bello Macedonico se- cundo, ac de bello Illyrico.

Plutarchi L. Aemilius Paulus, qui Perseum vicit, ac de Macedonia triumphauit.

Eutropij liber 4. de bello Macedonico se- cundo: Et hic erit decursus 12. ferme an- norum.

T. Liiij liber 46. & tredecim qui proximè se- quuntur, ab L. Floro in Epitomas redacti. (Nā ipsius qui erant integri, perierunt) legendi à C. Sulpitio Gallo, M. Claudio Marcello Cofs. vsque ad extremum 59. librum, id est ad M. Aemilium Lepidum, L. Aurelium Orestem Cofs. annum, scilicet ab vrbe condita 628. & erit circiter 40. annorum decursus.

Appianus Alexandrinus de rebus Lybicis, si- ue Carthaginiensium.

L. Flori de bello Macedonico tres libri. de bello Punico tres. de bello Achaico, de rebus in Hispania gestis, de bello Numantino, de bello Asiatico.

Eutropij de bello Punico 3. de bello Ma- cedonico 3. de bello Achaico, de bello Nu- mantino.

Plutarchi C. & T. Gracchi.

L. Flori de legibus Gracchanis, de seditio- ne T. Gracchi, de seditione C. Gracchi li- ber 3.

T. Liiij lib. 60. ac 30. qui deinceps illum sequuntur, à M. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreste Cofs. vsque ad extremum 89. librum, id est ad M. Aemilium Lepidum, L. Volca- tium Tullum Cofs. annum, scilicet ab Vrbe condita 688. Et erit ferme 60. ann. decursus.

C. Crispi

C. Crispi Salustij liber de bello Iugurthino. A

L. Flori de bello Iugurthino, de bello Allo- brogico, de bello Cymbrico, Theutonico, & Tigurino: item de bello Thracio.

L. Flori de seditione Apuleiana, de seditio- ne Drusiana, de bello, quod aduersus socios gestum est, de bello seruili.

Eutropij de bello Iugurthino, de bello Cym- brico, de bello sociali, de bello ciuili Maria- no, & Mithridatico: item prima pars sexti libri, vsque ad bellum cum Spartaco gestū, &

Plutarchi { C. Marius.  
L. Cornelius Sylla.

Appiani Alexandrini primus liber de bel- lis ciuilibus.

T. Liiij liber 16. ac 17. qui eum ordine se- quuntur vsque ad extremum 108. id est à M. Aemilio Lepido, L. Volcatio Tullo Cofs. & C. Claudium Marcellum, L. Cornelium Len- tulum Cofs. annum videlicet ab vrbe condi- ta 705. quo anno geri ceptum est bellum ci- uile Cæsaris & Pompeij. Et erit circiter 17. annorum decursus.

Eutropij liber 6. de bello cum Spartaco.

L. Flori de bello cum Spartaco, de bello ciuili Mariano, Sertoriano, de bello ciuili sub Lepido, de bello Mithridatico.

Plutarchi Sertorius.

L. Flori de bello Pyratice, de bello Creti- co, de bello Balearico, de expeditione in Cy- prum, de bello Gallico, de bello Parthico.

Plutarchi { L. Licinius Lucullus.  
M. Tullius Cicero.

Dionis fragmenta 35. & 36. libri.

Appiani Alexandrini libellus de bello Mi- thridatico.

C. Crispi Salustij de coniuratione Cati- linæ.

Dionis liber 37.

L. Flori bellum Catilinæ.

Eutropij coniuratio Catilinæ, bellum Gal- licum vsque ad Cæsarem Dictatorem.

C. Iulij Cæsaris Commentarij de bello Gal- lico.

Dionis liber 38. ac duo deinceps, qui eum continuò sequuntur, vsque ad extremum 40. librum.

T. Liiij liber 109. ac septem qui deinceps eum sequuntur, à C. Claudio Marcello, L. Cornelio Lentulo Cofs. vsque ad C. Iulium Cæsarem, M. Antonium Cofs. annum scili- cet ab Vrbe condita 710. quo anno Cæsar in E Magistratu occisus est. Et erit decursus cir- citer quinque annorum.

C. Iulij Cæsaris libri de bello ciuili Alexan- drino, Africo, Hispaniensi.

Suetonij Tranquilli C. Iulius Cæsar.

L. Flori liber 4. de bello Cæsaris, & Pom- peij, &

Dionis liber 41. ac duo sequentes vsque ad extremum 43.

Eutropij C. Iulius Cæsar Dictator.

Plutarchi { Cn. Pompeius Magnus.  
C. Iulius Cæsar.  
M. Portius Cato Vticensis.

Appiani Alexandrini liber secundus de bel- lis ciuilibus.

T. Liiij liber 117. ac viginti tres qui deinceps eū ordine sequuntur: præter quos nulli alij, ad nostrā ætatem peruenerunt, à C. Iulio Cæsare scilicet, & M. Antonio Cofs. vsque ad Neronem Claudium Drusum Germanicum, T. Quinctium Crispinum Cofs. quo in magistra- tu Drusus est mortuus; annum scilicet ab Vr- be condita 745. Et erit circiter 35. annorum decursus.

L. Flori extremus quartus liber de Cæsare Augusto, ac reliqua deinceps omnia.

Eutropij liber 7. vsque ad T. Claudium Ne- ronem Cæsarem Imp.

Plutarchi { M. Antonius.  
M. Iunius Brutus.

Appiani Alexandrini de bello Illyrico, & tres extremi libri de bellis ciuilibus.

Dionis liber 44. & duodecim qui continuò sequuntur, vsque ad extremū, 56. librum scilicet, id est vsque ad Imperium T. Cl. Neronis.

Suetonij Tranquilli C. Iulius Cæsar Augu- stus: & erit decursus circiter 21. annorum, à Druso scilicet, & Crispino Cofs. vsque ad Sex. Pompeium, & Sex. Apuleium Cofs. qui- bus Coss. Augustus obiit. Et hunc annorum decursum cum superiori decursu coniungi oportebit.

Huc addemus prius & posterius volumen Velleij Paterculi in quē Lipsius edidit Notas; Ioānis Zonaræ Annales ab Vrbe condita, vs- que ad Imperiū Tyberij Cæsaris, & Iordanis Episcopi librum de Regnorū, & Temporū succeffione, qui perpetuo, & continenti ordi- ne ea breuissimè cōplectitur, quæ à Romulo vsque ad Tyberium domi forisq. acta sunt; quan- quā hi (quia cōtinuata historia est) facile con- iungi cum superioribus poterunt, sic vt res cum rebus, tempora cum temporibus aptissi- mè cōueniant: Id quod intelligi etiā volumus de Diodoro Siculo, de Pompeio Trogo, de Va- lerio Max. de Paulo Orosio, de eo, qui libellū de viris Illustribus scripsit. Omnia enim, aut capitibus ita distinguuntur, vt sine vllō labore ad rem præsentem accommodari possint; aut ita cōtinenti oratione perscribuntur, vt dif- fecari nequeant, quin legentis ordinem & cursum perturbent, ac remorentur.

Perducta igitur historia ad obitum Augu- sti, id est, vt diximus, ad annum vrbis 756. hæc quæ sequuntur, supererunt legenda, vt perpetuo ordine Historiam ad hanc ætatem nostrā perducamus.

P. Cornelij Taciti ab excessu Augusti Anna- lium libri 5.

Dionis liber 57. & 58. quibus continentur res domi forisq. gestæ; annorum circiter 26. ab excessu Cæs. Augusti, ad excessum C. Cali- gulæ.

Suetonij



Suetonij Tranquilli { Tyberius Cæsar.  
C. Caligula.  
P. Cornelij Taciti liber vndecimus, ac reli-  
qui, qui sequuntur omnes: nam à 5. ad 11.  
amisi sunt.

C. Suetonij Tranquilli { C. Claudius Cæsar.  
Nero Claudius Cæf.  
Sergius Galba.  
Plutarchi Sergius Galba.  
C. Suetonij Tranquilli Otho Syluius.  
Plutarchi Otho Syluius.

C. Suetonij Tranquilli { Aulus Vitellius.  
Vespasianus.  
Titus.  
Flauij Iosephi libri de bello Iudaico.  
C. Suetonij Tranquilli Flauius Domitianus.  
Ioannis Zonaræ eorūdem Imp. Vita, quæ  
& ipse apud illum aliæ ab alijs distinctæ, seor-  
sum legi possunt vsque ad Iustinianum Imp.  
ad annum scilicet ab Vrbe condita 1280. à  
CHRISTO autem nato 529.  
Iornandes Episcopus de rebus Geticis.  
Procopius de bello Gothorum, de bello  
Persico, de bello Vandalico.  
Agathias de bello Gothorum.  
Leonardus Aretinus de bello Italico aduer-  
sus Gothos.  
Ioannis Zonaræ Iustinianus.  
Paulus Diaconus de gestis & origine Lon-  
gobardorum.  
Hinc prosequenda, quæ à Dione Cassio, ab  
Aelio Spartiano, à Iulio Capitolino, ab Aelio  
Lampridio, à Trebellio Pollione, à Flauio Vo-  
pisco, à Volcatio Gallicano, ab Herodiano, à  
Sex. Aurelio Victore, ab Eutropio, à Pompo-


A nio Lato, ab Ammiano Marcellino, à Ioanne  
Zonara, à Niceta Choniata: postremò à Pe-  
tro Melsia Hispano, de Imp. per scripta sunt:  
Quæ omnia ita separari, ac rursus componi  
possunt, & ex vnoquoque Auctore seligi, vt  
singillatim Imp. Vita, & res gestæ continua-  
te legantur.  
Huc addi præterea debent.  
Ioannis Vill. ni ab anno 1390. vsque ad  
1347.  
Matthæi Villani ab anno 1348. vsque ad  
1367.  
Blondi Flauij Foroliuiensis }  
M. Antonij Sabellici. }  
Leonardi Aretini. } Historia.  
Poggij Florentini }  
Pauli Iouij Nouocomensis }  
Compendium rerum Neapolitanarum, &  
alia huiusmodi sexcenta, quæ à nostris scripta  
sunt. Sed & imprimis quæ Carolus Sigonius de  
Regno Italiæ, ac de Imperio Occidentali scri-  
psit. Hæc sunt (inquit Bargeus) quæ de ordine  
eius historiæ, quæ ad Romam, Romanumq.  
Imperium pertinent, legenda, præcipere vo-  
luimus. Si qui tamen existimabunt, nos fuisse  
in partiendis Temporibus, quasiq. in disse-  
candis tanquam in membra ac frustra quæ-  
dam Auctoribus, nimium diligentes, eun-  
dem propemodum ordinem sequuti, primum  
quemque auctorem, cuius partes legendas  
proposuimus, legere totum poterunt. Nos  
certè hunc ordinem, quod ad res memoriæ  
mandandas pertinet, esse optimum non mo-  
dò iudicauimus, sed etiam experti sumus.



STEM-

STEMMA AVGVSTÆ DOMVS.

Caput XII.



VXORIA

## VXORIA STIRPS.

T. CLAVDIUS NERO cui vxor Liua Dru- filla, post- ea Augu- sta. Ex hac	TIBERIVS NERO qui Imp. cui I. vxor Vipsania Agrippina M. Vipsianæ A- grippæ ex Põ- ponia Attici, filia. Ex hac II. Vxor Iulia Augusti F. Ex ea proles, sed infans extin- cta.	DRVSVS, cui vxor Liua fi- ue Liuil- la soror Germani ci. Ex hac	TIBERIVS GEMELLVS, quem Caius sustulit. Sueton. cap. 14. GEMELLVS alter, cuius nomen non proditum, ex pag. 77. qui perijt quadrimus, ex pag. 120.	IULIA, cui vir Rubellius Blan- dus pagina 166. Rvbellivs PLAVTVS, quem Nero sustu- lit, cui vxor Pollutia, pag. 321. Ex hoc
DRVSVS NERO GERMANICVS, cui vxor An- tonia minor. Ex hac	LIVILLA cui vir C. Cæsar, dein Drusus frater patruelis: desponsa etiam postea Sciano, ex pag. 158.	CLAVDIVS, qui Imp. cui I. vxor Plautia Vrgu- lanilla. Ex hac	DRVSVS cui desponsa Sciani filia. Sueton. Claud. cap. 27. Tacit. pag. 92. CLAVDIA, quam abiecit.	ANTONIA, cui vir Pompeius Magnus, à Claudio inter- fectus. postea, Faustus Sulla.
	III. vxor Va- leria Messali- na. Ex hac	OCTAVIA, cui sponfus L. Silanus. postea maritus Nero Imperator. CLAVDIVS BRITANNICVS, à Nerone sublatus.		

ANTIQUIORES ROMANI IMPERATORES,  
 & à quonam de unoquoque scribatur. Caput XIII.



**L**IVIVS Cæsar. apud Dionem, A  
apud Tranquillum, & apud  
Egnatium.  
Octavius Cæsar Augustus. a-  
pud Dionem, apud Tranquil-  
lum, apud Sextum Aurelium  
Victorem, & apud Egnatium.  
Tiberius Cæsar. apud Dionem, apud Tran-  
quillum, apud Sextum Aurelium Victorem,  
& apud Egnatium.  
C. Cæsar Caligula, apud Dionem, apud  
Tranquillum, apud Sextum Aurelium Victo-  
rem, & apud Egnatium.  
Claudius Cæsar. apud Dionem, apud Tran-  
quillum, apud Sextum Aurelium, & apud E-  
gnatium.  
Nero Claudius Cæsar. apud Dionem, apud  
Tranquillum, apud Sextum Aurelium Victo-  
rem, & apud Egnatium.  
Sergius Galba. apud Dionem, apud Tran-  
quillum, apud Sextum Aurelium Victorem,  
& apud Egnatium.  
Otho Sylivius. apud Dionem, apud Tran-  
quillum, apud Sextum Aurelium Victorem,

& apud Egnatium.  
Aulus Vitellius. apud Dionem, apud Tran-  
quillum, apud Sextum Aurelium Victorem,  
& apud Egnatium.  
Vespasianus. apud Dionem, apud Tran-  
quillum, apud Sextum Aurelium Victorem,  
& apud Egnatium.  
Titus Vespasianus. apud Dionem, apud  
Tranquillum, apud Sextum Aurelium Victo-  
rem, & apud Egnatium.  
Flavius Domitianus. apud Dionem, apud  
Tranquillum, apud Sextum Aurelium Victo-  
rem, & apud Egnatium.  
Cocceius Nerua. apud Dionem, apud Sex-  
tum Aurelium Victorem, & apud Egnatium.  
Vlpivs Traianus. apud Dionem, apud Sex-  
tum Aurelium Victorem, & apud Egnatium.  
Aelius Adrianus. apud Dionem, apud Ae-  
lium Spartianum, apud Sextum Aurelium  
Victorem, & apud Egnatium.  
Aelius Verus. apud Aelium Spartianum.  
Antoninus Pius. apud Dionem.  
Iulius Capitolinus. apud Sextum Aurelium  
Victorem, & apud Egnatium.

M. An-

M. Antoninus Philofophus, apud Dionem, A  
apud Herodianum, apud Iulium Capitoli-  
num, & apud Sextum Aurelium Victorem.  
Verus Imperator. apud Iulium Capitoli-  
num.  
Auidius Cæsius apud Vulcatium Galli-  
canum.  
Commodus Antoninus apud Dionem, apud  
Herodianum, apud Aelium Lampridium, apud  
Sextum Aurelium Victorem, & apud Egnati-  
um.  
Helivius Pertinax. apud Dionem, apud  
Herodianum, apud Iulium Capitolinum,  
apud Sextum Aurelium Victorem, & apud B  
Egnatium.  
Didius Iulianus apud Dionem, apud He-  
rodianum, apud Aelium Spartianum, apud  
Sextum Aurelium Victorem, & apud Egnati-  
um.  
Septimius Seuerus apud Dionem, apud  
Herodianum, apud Aelium Spartianum, &  
apud Sextum Aurelium Victorem, & apud  
Egnatium.  
Pescennius Niger. apud Aelium Sparta-  
num.  
Clodius Albinus. apud Iulium Capitoli-  
num.  
Antoninus Cæracalla apud Dionem, apud  
Herodianum, apud Aelium Spartianum, a-  
pud Sextum Aurelium Victorem, & apud  
Egnatium.  
Antoninus Geta. apud Aelium Spartianum.  
Opilius Macrinus. apud Dionem, apud  
Herodianum, apud Iulium Capitolinum,  
apud Sextum Aurelium Victorem, & apud  
Egnatium.  
Antoninus Diadumenus. apud Aelium  
Lampridium.  
Antoninus Heliogabalus. apud Dionem,  
apud Herodianum, apud Aelium Lampridi-  
um, apud Aelium Spartianum, & apud E-  
gnatium.  
Alexander Seuerus. apud Dionem, apud  
Herodianum, apud Aelium Lampridium,  
apud Sextum Aurelium Victorem, & apud  
Egnatium.  
Maximini duo. apud Herodianum, apud Iu-  
lium Capitolinum, apud Sextum Aurelium  
Victorem, & apud Egnatium.  
Maximinus Iunior. apud Iulium Capito-  
linum.  
Gordiani tres. apud Iulium Capitolinum,  
apud Sextum Aurelium Victorem, & apud E  
Egnatium.  
Gordianus Iunior. apud Herodianum, apud  
Iulium Capitolinum, apud Sextum Aurelium  
Victorem, & apud Egnatium.  
Maximus (qui & Papienus) & Balbinus,  
apud Herodianum, apud Iulium Capitoli-  
num, apud Pomponium Lætum, & apud E-  
gnatium.  
Philippi. apud Sextum Aurelium Victorem,  
apud Pomponium Lætum, & apud Egnatium.  
Marcus, & Seuerus Hostilianus Imperato-  
res, apud Pomponium Lætum.  
Decius. apud Sextum Aurelium Victo-  
rem, apud Pomponium Lætum, & apud E-  
gnatium.  
Verius Gallus, & Volusianus Imperatores.  
apud Sextum Aurelium Victorem, apud Pom-  
ponium Lætum, & apud Egnatium.  
Aemilianus. apud Pomponium Lætum, &  
Egnatium.  
Licinius Valerianus. apud Trebellium Pol-  
lionem, apud Sextum Aurelium Victorem,  
apud Pomponium Lætum, & apud Egnatium.  
Valerianus Iunior. apud Trebellium Pol-  
lionem.  
Gallienus. apud Trebellium Pollionem,  
apud Sextum Aurelium Victorem, apud Pom-  
ponium Lætum, & apud Egnatium.  
Soloninus Gallienus. apud Trebellium  
Pollionem.  
Triginta Tyranni Gallieni tempore exor-  
ti, apud Trebellium Pollionem.  
Claudius. apud Trebellium Pollionem, a-  
pud Sextum Aurelium Victorem, apud Pom-  
ponium Lætum, & apud Egnatium.  
Quintilius. apud Sextum Aurelium Victo-  
rem, & apud Egnatium.  
Aurelianus. apud Flavius Vopiscum, apud  
Sextum Aurelium Victorem, apud Pompo-  
nium Lætum, & apud Egnatium.  
Tacitus. apud Flavius Vopiscum, apud  
Sextum Aurelium Victorem, apud Pompo-  
nium Lætum, & apud Egnatium.  
Florianus. apud Flavius Vopiscum, apud  
Sextum Aurelium Victorem, & Egnatium.  
Probus. apud Flavius Vopiscum, apud  
Sextum Aurelium Victorem, apud Pompo-  
nium Lætum, & apud Egnatium.  
Firmus, Saturninus, Proculus, & Bonofus:  
apud Flavius Vopiscum.  
Carus. apud Flavius Vopiscum, apud  
Sextum Aurelium Victorem, & apud Egnati-  
um.  
Numerianus. apud Flavius Vopiscum, &  
Pomponium Lætum.  
Carinus. apud Flavius Vopiscum, & apud  
Pomponium Lætum.  
Diocletianus, & Maximianus Imperato-  
res. apud Sextum Aurelium Victorem, a-  
pud Pomponium Lætum, & apud Egnatium.  
Constantius Chlorus, & Galerius maximi-  
nus Imperatores, apud Sextum Aurelium Vi-  
ctorem, apud Pomponium Lætum, & apud  
Egnatium.  
Seuerus, & Maximianus Imperatores. a-  
pud Egnatium.  
Licinius, & Constantius Imperatores. apud  
Pomponium Lætum, & Egnatium.  
Constantinus, Constans, & Constantius  
Imperatores. apud Sextum Aurelium Victo-  
rem, apud Pomponium Lætum, & apud Egnati-  
um.  
Iulianus. apud Sextum Aurelium Victorem,  
apud



apud Egnatium, & apud Ammianum Marcellinum.

Iouinianus (qui & Iouianus) apud Pomponium Lætum, apud Egnatium, & apud Ammianum Marcellinum.

Valentinianus, & Valens. apud Sextum Aurelium Victorem, apud Pomponium Lætum, apud Egnatium, & apud Ammianum Marcellinum.

Gratianus. apud Sextum Aurelium Victorem, apud Egnatium, & apud Ammianum Marcellinum.

Theodosius. apud Sextum Aurelium Victorem, apud Pomponium Lætum, & apud Egnatium.

Arcadius, & Honorius, apud Egnatium.

Theodosius Iunior. apud Pomponium Lætum, & Egnatium.

Valentinianus Tertius. apud Pomponium Lætum, & Egnatium.

Flavius Valerius Martinianus, apud Pomponium Lætum, & apud Egnatium.

Flavius Valerius Leo. apud Pomponium Lætum, & apud Egnatium.

Leo Iunior. apud Egnatium.

Flavius Valerius Zenon. apud Pomponium Lætum, & Egnatium.

Flavius Valerius Anastasius. apud Pomponium Lætum, & apud Egnatium.

Flavius Valerius Iustinus Secundus. apud Pomponium Lætum, & Egnatium.

Tiberius. apud Pomponium Lætum, & Egnatium.

Mauricius, apud Pomponium Lætum, & apud Egnatium.

Phocas. apud Pomponium Lætum, & Egnatium.

Heracius. apud Pomponium Lætum, & apud Egnatium.

Ceteri autem Imperatores apud solum Egnatium habentur.

Ioannis autem Cuspiniani liber inscriptus Imperatorum, & Cæsarum vita, cum imaginibus ad viam effigiem expressis, quamdiu emendatus non prodierit, (uarij enim errores in scriptis sunt) ab sancta Apostolica Sede prohibitus est.

Vide autem supra cap. 10. vbi de Vitis Græcorum Imp.

Præterquam autem quod in ijs, quos diximus, qui de vniuersali historia scripserunt, multa sunt, quæ ad Vitas ipsorum Imperatorum pertinent, extant item Turpinus, Egnardus, & Acciaiulus qui Vitam Caroli Magni, duo illi priores ætate eiusdem Caroli Magni, tertius anno 1490. posteritati reliquerunt.

Otho ite Frisingensis res gestas Friderici, Aenobarbi, Staphylus, & Vltroa Caroli V. ne dicam quæ Panuinius conscripsit de Cæsari-

bus, sed non edidit; quæve interdum Flavius Blondus suis decadibus, & Carolus Sigonius libris de Regno Italiæ, ac de Occidentis Imperio Paulus Iouius de elogijs, & lib. de vitis diuerforum Principum, de varijs Imperatoribus intexuerunt.

HISTORIA HISPANICA.

Capitulum XIII.

**H**ispanicam Historiam, qui rectè scribendam susceperunt, hanc in quattuor ætates, quasi partes primarias partiti sunt. Primam quæ tanquam infantia hoc est rerum Hispanicarum initijs responderet, quo nimirum tempore ea regna simplici naturæ ductu vitam agebant nulla cum alijs bella gerentem, neque res mundanas persentiscentem neque curantem. Secundam quasi adolescentiæ, dum Hispania sub iugo aliarum gentium administrabatur; quales fuere Romani, Gothi, & aliæ nationes; sub his autem experimento multarum rerum docti, vitæ, atque insidijs Arabum, & Maurorum cognitæ, prudentiam sunt assecuti. Tertiam iuuentutis ac virilitatis, nempe cum iam Hispani viribus proprijs, atque fortitudine iugum illud Mauritanum cæperunt excutere; quo in bello septingenti propemodum, & amplius anni effluerunt, quibus pro aris, & focis bellicissimè pugnarunt. Quartam maturæ ætatis, quæ expulsis ex vniuersa Hispania à Ferdinando rege hostibus fidei, imperium vna cum Christi fide propagarunt. Id quod hoc præcipuè sæculo in Indijs fecere.

Et quidem priorem illam ætatem vix aliqui scriptis attigerunt; nisi quod ex Diuinis litteris, & Pomponio Mela, qui fuit Hispanicus, à Thubale nepote Iapheti, cum Iberi Aquilonares iuxta Mæotidem conleuissent, nomine paulum mutato, aspirata detracta, & L. & R. affine, ab his Iberis Hispaniæ deductæ Colonia Hispanicam occupauere, eamque Iberiam seq. Iberos appellarunt.

Porro quemadmodum apud Hispanos constans est fama Iubal fuisse primum illius regionis cultorem; Sic Hispanicam apud Hebræos non solum Sepharad fuisse dictam, & ex Abdiæ vaticinio intellectam, verum etiam à voce פפרר Hebraicè sic appellatam, quod פפרר portum seu litem extendentè designat, Syriacè verò à nauigandi peritia sortita est denominationem.

Dicitur enim Hispania, & Phania à Sphina Hebraicè, & Chaldaicè, vnde Syris Sephinto & Arabibus Saphimathun, quod nauim seu nauium classem notat, inde etiam Naucleri ספנין, Sapanim Chaldaicè, & Saponè Syriacè nuncupantur. Eò igitur spectant verba illa Abdiæ, quæ Latine ad verbum expressa sic sonant. Et transmigratio exercitus huius filiorum

Porro quemadmodum apud Hispanos constans est fama Iubal fuisse primum illius regionis cultorem; Sic Hispanicam apud Hebræos non solum Sepharad fuisse dictam, & ex Abdiæ vaticinio intellectam, verum etiam à voce פפרר Hebraicè sic appellatam, quod פפרר portum seu litem extendentè designat, Syriacè verò à nauigandi peritia sortita est denominationem.

Dicitur enim Hispania, & Phania à Sphina Hebraicè, & Chaldaicè, vnde Syris Sephinto & Arabibus Saphimathun, quod nauim seu nauium classem notat, inde etiam Naucleri ספנין, Sapanim Chaldaicè, & Saponè Syriacè nuncupantur. Eò igitur spectant verba illa Abdiæ, quæ Latine ad verbum expressa sic sonant. Et transmigratio exercitus huius filiorum

Bened. Arias Montanus in lib. Phaleg.

Guido Fabricius Boederianus, ep. ad Philippum Catholic. regè in Biblijs regijs Platinis, in cælestium nouum abs se è Syriaca lingua cõuertum.

Hispania vnde dicitur

liorum Israel, qui Chananai sunt, hoc est humiliati, & Chananais additi Tzarphats Galiam, & transmigratio Hierusalem, quæ est in Sepharad Hispania, hereditate possidebunt ciuitates Aultri, & ascendent salutem procurantes in montem Syon ad iudicandum montem Esau, & erit Domino regnum.

Ceterum quæ ad secundam Hispaniæ ætatem pertinet, plures è prisca Latinis, & Grecis; ex Hispanis item recentioribus scripsere, dum simul res geitas à Romanis sunt perfectæ, Cornelius Tacitus, Aelius Spartianus, Dio, Iulius Capitolinus, Herodianus, Lampridius, Flavius Vopiscus, Ammianus Marcellinus, Trebellius Pollio, Volcatius Gallicanus, Eutropius, Paulus Diaconus, Suetonius Tranquillus, Ablauus Iornandus, Gulstas, Agathius, Procopius, Gennadius, Prosper, Suerus Sulpitius, Eusebius Cæsariensis, Hieronymus. Hispani autem, Victor Episcopus Toletanus, Ioannes Abbas Viclarentis, quem vulgus de Veiciara nominat, quorum vterque appendices Eusebii Chronico adiunxerunt vsque ad tempora Recaredi Regis Gothorum in Hispania. Isidorus item vir sanctus, idemq. Archiepiscopus Hispalensis Chronicon breue condidit Vandalorum, Alanorum, Sueuorum, & Gothorum, quo primum tempore isti ex eorum regionibus exiere vsque ad Regem Bambam, qui Princeps Gothus regnauit in Hispania: Addidit librum de viris illustribus Ecclesiæ, secutus Hieronymi, & Gennadij Catalogum, seu de ijs narratione; rursum his libellum adiecit Ildephonsus vir Sanctus.

Post Regem Bambam, Chronicon Hispanicum Iulianus quidam rectè disposuit, quem suspicantur Toletanus fuisse Archiepiscopi cognomento Pomerium, licet Felix & ipse Toletanus Antistes, dum Iuliani libros, atque horum materiam recenset, nullam eius Chronici mentionem faciat, sed tantum libri eius meminerit, qui de quorundam equitum defensione agit à Paulo quodam incitatorum aduersus Bambam Regem Gothum.

Post Iulianum gesta Hispanica persecutus est Iulianus Diaconus Toletanus natione Grecus, at Toletanus incola. Hic vt Florianus Ocampus existimat, rectius, quam ceteri, qui eatenus scripserunt historiam hanc edidit, qua repetitis breuiter Hispanicis Antiquitatibus fufus differit de periculis ex victorijs sancti Regis Pelagij, quo tempore is vixit.

Reliqua vsque ad Alphonsum Regem huius nominis secundum cognomine castum, scripsit diligenter Sebastianus Salmantica; designatus, iue (vt vocabatur) electus.

Post hunc vsque ad Bermudum, qui dictus est Podagricus, nonnullas historias texuit Zaphirus Episcopus Asturicensis, quæ item Sampyrum nominantur. Hinc Pelagius Episcopus Ouertensis Chronicon continuauit vsque ad mortem Alphonfi Octauj, quem dia-

Scriptores rerum Hispanicarum.

Iulianus diaconus. Florianus Ocampus.

demate Imperatoris Hispaniæ ornarunt, cum ex Vrraca regina, eiusq. coniuge Raymundo S. Aegidij comite fuisset natus.

At non defunt qui Hispaniæ recentiora litteris mandarunt, Isidorus Minor Episcopus Badaiocensis: Lucas Episcopus Tuitientis: Rodericus Ximennus Archiepiscopus Toletanus: Alphonfus Carthaginis Episcopus, Ioannes Aegidius Zamorensis, qui generale Chronicon digessit mandato duorum Regu Alphonsum, quorum alter deuicit Insulas Algeziras; Alter appellatus est Sapiens. Horum igitur omnium scripta Florianus Ocampus sic probat, vt ex ijs potissimum se collegisse dixerit, quæcunque scripsit: Quanquam Ambrosius Morales narret, hunc morietem non reliquisse alia, quæ hdem facerent, quam priores quinque Chronici libros. Etsi verò Gironensis Episcopi extabant quæ Paralipomena Hispaniæ inscripta sunt, quæve Ioanes Rihuergensis, & alij quidam collegerant, Ocampus tamen eas seie minime admittere voluisse scripsit, quod integram ijs hdem haud habuisset.

Ad Florianum Ocampum vt redeam, hic mandato Caroli V. Chronicon generale Hispaniæ collegit, cuius quinque libros habemus, editos compluti anno huius sæculi 78. apud Ioannem Ignatium Lequericensem. Ex his autem libris fuit, qui quattuor integros descripsit, atque suo nomine Hispanicè editos dicauit Regi Catholico tñ Hispaniæ principi hac inscriptione. Liber de rebus memorabilibus, & magnis Hispaniæ gestis. Prodidit autem ex typis Domini Roberti Hispalensi anno huius sæculi vndequinquagesimo.

Porro quinque Ocampi libros septem alij consequuntur, quos Ambrosius Morales de Chronico Hispaniæ generali cõscripsit, quiq. annis 1574. & 1575. Compluti ab eodem Typographo euulgati sunt. In his autem libris viri celebres tam gentiles, quam christiani, Imperatores quoque ac Philofophi & viri sancti commemorantur. Adiecit decimo libro, qui est Ambrosij Moralis quintus, compendium earum rerum, quas quinque prioribus libris conscripserat, quibus etiam de Romanis, qui bellarunt in Hispanijs, de Prouincijs & regionibus, populis, Insulis Hispanicis, ciuitatibus, oppidis, fluminibus, montibus tam antiquis, quam recentioribus, lapidibus, & numismatibus antiquis, locis auctorum declaratis, aut emendatis, Concilijs Hispanicis; in his autem omnibus egit de sanctis qui in cælo sunt, quorum mentio fit in vnoquoque libro.

Vndecimo autem & duodecimo libro primum de ratione supputandorum annorum doctè, deinde de libris antiquis, atque aliquibus alijs subdijs mandato Philippi Catholici Regis.

Mox scribit de Prouincia Gothica, & Gothis.

Habetur huius rei mentio in titio operis Florianus Ocampi post regium privilegium in titulis litteris, seu typis.

Post duodecimum librum de antiquitatibus ciuitatum Hispaniæ quæ tota tractatio cum plena sit eruditionis deq. itineraio agat (vt vocant) Imp. Antonini, Geographiq. alijs quibus & historicis tam Græcis qua Latinis & Hispanicis ac plerisque alijs, vnde Historiæ & Geographiæ certitudo desumitur, maximâ lucem non solum Hispanicis, verum etiam alienis historijs affert.

Porro omnibus his libris historia vsque ad 716. annum à Christo nato continetur eorum quæ in Hispanijs contigere post Iubal, qui mandante Noe ad eas appulit, vt hominibus, qui ex Diluio perierant, impleret; Quo citius anno Mauri venerant in Hispanias, maximâq. ijs clades intulerant. Et quidem Florianus Ocâpus præfatione in quinque priores libros pollicitus erat se vsque ad hoc seculum & Caroli V. Imp. qui & Rex Hispaniarum fuit, etatem ac gesta scripturum; veruntamen ille id præstare nõ potuit, nisi vsque ad annum bis centesimum ante Christum natum. Vnde Ambrosius Morales reliquâ Chronicon profectus est. Atqui & Ocampus, cum ingenue suam historiam scripsisset, deprecatus est culpam siquid in ea irrepisset erroris ex auctorum defectu, qui turbulentis Hispaniæ temporibus aut nullâ, aut minus certam historiam conscripsissent.

Et ille tamen summam adhibuit diligentiam in peruestiganda rerum gestarum serie; nisi quod (vt nihil simul inchoatum, & absolutum solet prodire) cauedum est, ne id, quod ille ex Beroso Babylonio se accepisse scribit ad Hispaniæ pertinens antiquitatem, vllam fidem faciat, cū nullus Berosus Babylonius iam extet, quemadmodum supra non semel ostendimus. Fictitium autem illum Annij Viterbiensis nemo prudens admiserit, nisi licubi cum historia Diuina contentiat, ac tum penes ista, non penes illum fides esse debet.

Quod verò ad Hispaniæ Historiæ scriptores hos attinet, nunquam sane commendari satis possunt, cum præter synceram rerum gestarum narrationem, summa pietate vitas sanctorum eorum suis interuerunt historijs, qui vel Hispaniæ lumina fuerunt, vel certe attritis eius rebus maximo præsidio fuerunt. Sed & cum Synodorum ac reliquorum huiusmodi meminerit accuratè Ambrosius Morales, est, quo gratiæ agatur, Deo, quod Philippi Secundi Catholici Regis mandato vir ille omnes peragrauerit Hispanias, quidq. in quaq. celebriori Bibliotheca asseruaretur, quidve præstaretur ab ecclesijs in Sanctarum Veneratione reliquiarum, aut in sacris, pro Regib. qui olim obiere, faciendis, qui item libri essent antiquiores, accuratissimè perquireret: Quo ex studio, & itinere historiam suam magnopere auxit & ornauit.

At antea quoque Hieronymus Zurita scripsit Annales regum Aragonensium vsque ad mortem Ferdinandi Catholici, stylo perele-

gant Hispanico, quamuis prolixior, quod nomina omnium intererat eorum, qui in Regum illorum expeditionibus fuere. ij vero annales quinque voluminibus comprehenduntur, quæ etli perampla sunt, vtilitas tamen, quæ ex ijs capitur, molestiam, & temporis iacturam superant. Idem autem deinceps Latine cuncta illa in compendium redegit. Quæ omnia Cæsar Augustus prodierunt in lucem.

Stephanus quoque de Garibay, & Zamalosa Cantaber Nauarrus, & ipse copiosus, licet non ita elegans, Hispaniæ Regna singula, Maurosum item, & Lusitanorum descripsit, perquisitis vndique diligenter vetustioribus originibus rerum, & scriptis, ac temporibus additis. Quos duos Auctores vir Illustrissimus Gulielmus à S. Clemente, qui plures iam annos apud Rodolphum Cæsarem Legati munere pro Philippo Catholico Rege fungitur, posse plusquam satis esse ad res Hispanicæ pernoctandas, mihi scripsit, cum ille sedulo historias illas scrutatus fuisset, ac perlegisset.

At sequentes item libri tribus Tomis Latine editi, materiam vberem suppeditant Hispanicarum rerum noscendarum, nepe Marij Aretij Patricij Syraculani Hispaniæ Chorographia, & Ioannis Gerundensis Episcopi Paralipomenon Hispaniæ libri x.

Roderici Archiepiscopi Toletani Ostrogothorum historia.

Eiusdem Hunnorum, Vandalorum, Sueuorum, & Silinguorum historia.

Eiusdem Roderici Toletani Præfatis de rebus Hispaniæ libri ix.

Roderici Sanctij Episcopi Palentini Historiæ Hispanicæ partes III. Hispanicæ.

Ioannis Vasæi Brugensis Hispaniæ Chronicon.

Alphonfi à Carthagena Episcopi Burgenfis Regum Hispaniæ Anacephalosis.

Michaelis Ritij Neapolitani de Regibus Hispaniæ libri 3.

Francisci Taraphæ Canonici Barchinensis de Origine ac rebus gestis regum Hispaniæ libri 1.

Breuis rerum à Philippo II. Hispaniæ Rege gestarum descriptio.

Lucij Marinei Siculi regij historiographi de rebus Hispaniæ memorabilibus lib. 22.

Laurentij Vallæ de rebus à Ferdinando Aragoniæ rege gestis lib. 3.

Aelij Antonij Nebriensis rerum à Ferdinando V. & Helisabeta Hispaniarum regibus gestarum Decades duæ.

Eiusdem de bello Nauarriensi lib. 2.

Damiani à Goes Equitis Lusitani Hispanica genealogia regum Hispaniæ, recens ex Italico translata, & diuersorum Principum ac Ducum Catalogi.

Aluari Gomefij rerum gestarum à Francisco Ximeno Cisterio Archiepiscopo Toletano libri 8. perpulchri.

Continet

Continet ea historia septem libris, ortum, educationem, vocationem Ximenij ad Franciscanorum Ordinem, ad officium Prouincialatus, ad munus Confessarij apud Regnam Isabellam vxorem Ferdinandi Aragonij regis Catholici, ad Archiepiscopatum Toletanum, ad quem inuitus assumptus est, ad magni Inquisitoris officium, ad administrationem Hispaniarum, ad Complutensium Academiae erectionem, ad Messalcabiensis Africanæ portus, eo consulente, expugnationem, ad Orani, ipsomet traiciende in Africam, expugnationem, ad summam prudentiam, & constantiam sub Philippi primi Regis Castellæ adolescentia, ac sub Ferdinando Rege Catholico, ad Castellæ Regni administrationem, denique ad officium Proregis biennio ab eodem Ximeno administratum in vniuersa Hispania, dū Carolus Philippi filius, qui postea Carolus V. dictus est, ex Belgio in Hispaniam appulit. Eo verò tempore quanta egerit Ximenes in Hispanicis, & Belgicis rebus, & in re publica iuuanda, fusius tractantur. Obijt ætatis suæ anno 80. cum omnia sacramenta pie sumpisset, plures sacras Aedes extruxisset, rationes regni & lites maximas composuisset.

Octauus liber Aluari Gomefij continet, quæ contigere à condita Academia Complutensi, atque huius progressu, vsque ad Bartholomæum Mirandam Archiepiscopum.

Extant item Chronica Hispaniæ Petri Antonij, Hispanicæ, & Italicæ.

Appiani Ibericæ.

Roderici Palentini de rebus Hispanorum Hispanicæ.

Petrus Methimna de rebus memorabilibus Hispaniæ, lingua Hispanica.

Christophorus Scobar de præclaris Hispaniis. Venet. in fol.

Mariæ Siculi Aragonensis Historia.

Ioannis Bracelli de bello Hispanico libri quinque.

Caroli Verardi de expugnatione regni Granatæ, & eiusdem Beticæ Historia.

De noua autem Hispania. Vide caput 21.

Quæ Sepulueda scripsit de Era Hispanorum, Quæve alij rectius. Cap. XV.

**I**N designandis temporibus Historicis nõ solum annorum ab Orbe, vel alij ab Vrbe condita, siue Olympiadum, vel consulum, vel Natalis Domini, vel Indictionum, vel Hegirarum, de quibus loquimur, vbi agemus de Turcica, & Arabica Historia, verum etiam Aere Hispanicæ mentionem sæpe faciunt; quam nosse expedit eos, qui Hispanicam legent Historiam. Ac quidem de Aera Ioannes Sepulueda vir præstans veritatem attingisse vitus est

multis, qui rem altius non peruestigarant. At alij rem aliter se habere monstrarunt, quæadmodum infra subiiciemus, si prius quæ pro se attulerit Sepulueda, dixerimus. Is autem sic.

Hispanorum fuisse consuetudinem repetendi annos ab Augusto Cæsare, Iulij Cæsaris successore: quod illis Augusti felix, & salutare fuerit Imperium, tum cum Hispaniarum ad ipsum solum priuatim delatum fuit dominium. Id verò fuisse factum post bellum Perusinum; itatim post Lucij Antonij Consulatum, hoc est, quarto triumuiratus anno Cn. Domitio, & C. Asinio Coss. testantur Plutarchus in Antonio, & Dion in Augusto: quod quidem tempus incidit in annum ab vrbe condita 714. annis ante natum Dominum 38. Tum autem Hispania, Italia, & reliquæ occidentis circa mare Ionium regiones in Augusti solius imperium concessere: sicuti reliquis orbis ad Orientem Antonio permissus est, & Africa Lepido attributa. Ex eo tempore, rerum actarum & gestarum annos soliti sunt Hispani annotare in hunc modum: Acta sunt hæc, exempli causa, Cordubæ, pridie Kalendas Aprilis. Annus erat Augusti septuagesimus. Deinde breuitatis gratia principia verborum duntaxat scribebant, sed punctis iuncta in hunc modum. A. FR. A. LXX. id est, Annus erat Augusti septuagesimus. Posteriorum autem socordia & temeritate factum est, vt omnis punctis eadem litteræ, velut in vnum verbum, cuius prima syllaba esset diphthongus Ae, scriberetur confusè, non aliter, quam cum æra scribentes, nummos æreos volumus intelligi. Ita negligentia & incititia librariorum & tabellionum consula illa verba pro vna voce sunt accepta, cui posterorum ignoratia declinationem attribuit, qualem voluit. Cui etymon quoque ab eadè incititia officina profectum, accommodauit: errore multiplici ex vno, sicuti fieri solet, variè disseminato. Morem autem notandorum annorum per æras iussit Ioannes Rex eius nominis primus, lege lata de ea re anno Domini 1372. qua fuit cautum, vt anni deinceps, & tempora, à Christi Domini die natali, & non ab æra Cæsaris computarentur. Hæc ille. At alij verius, quæ sequuntur.

Æram inquit Hispanicam non solum 38. annis præcessisse natalem Christi, sed etiã attributã esse Iulio Cæsari ab Hispanis, sciunt qui illorum libros, & Alphonfinos indices legerunt. Quemadmodum Antiocheni Æram Alexandri vocant, quæ tamen est Seleuci Nicanoris, ab eo quod initio anni Alexandri vtuntur ab Autumno, & clade Darij vltimi. Sic etiam Hispani eum annum, quo formam Iulianam acceperunt, Iulio Cæsari attribuunt, qui tamen annus erat septimus ordinationis Iulianæ, sextus à cæde Cæsaris. Annus natalis Christi Dionysianus est Periodi Iulianæ 4713. Deductis 38. remanent 4675. Verus annus

y 2 Æræ



Aeræ Hispanicæ, cyclo Lunæ primo, Solis 27. Sed is annus erat secundus cycli vitiosi Iuliani. Vterque cyclus tam verus, quam vitiosus habuit litteram Dominicalem B. sed quia in vitioso præcipitata est Bisexti intercalatio, à terminalibus feriæ illius anni non competunt cyclo emendato. Aeræ Hispanicæ mentionem faciunt plerique in Hispania Cippi, & alia monumenta, vt apud Ambrosium Morale virum optime de historia meritum legimus. Porro Cœcilium Toletanum celebratum est Fl. Stilicone, Fl. Aureliano Cofs. anno Dominico vulgari 400. In fronte Concilij, in vetustissima membrana ita scriptum fuisse testis est is, quem modo nominauit, Ambrosius Moralis, vir historię Hispanicæ peritissimus. Incipiunt exemplaria professionum in Concilio Toletano contra sectam Priscilliani. Aera 438. Porro extant & Cippi complures in Hispania cum Eræ annotatione: Vt in agro Hispalensi, Paula clarissima femina, famula CHRISTI, vixit an. 24. mentes 2. Recessit in pace 16. Kal. Febr. Era 582. In agro Eborensi. Iulianus famulus CHRISTI Episcopus Ecclesię Eborensis H. situs est. Vixit ann. plus minus 70. Rec. in pace Kal. Decemb. Era 604. In agro Hispalensi: Macarius famulus Dei vixit annos 52. Recessit in pace die 10. Kal. Ian. Era 558. In eodem agro: Alexandria clarissima femina vixit annos plus minus 25. Recessit in pace 10. Kal. Ianuarias. Era 503. Plura apud eundem Moralem reperies.

Sed quærunt multi, quid sit Aera, & vnde dicta. Sepulveda Cordubensis in libello quę de anni emendatione edidit, aut vitiose interpretum AERA, pro A. ER. A. idq. esse dicit. Annus erat Augusti. Mirum est hominem doctissimū, ac præterea Hispanum, cum tot monumenta extant in Hispania, in quibus huius rei mentio sculpta est, ne vnum quide vidisse. In illis nunquam Aera, sed Era exaratum est. Sed esto. In omnibus exaratum fuerit AERA. Quis vnquam legit annum singulari A in cōpendijs scriptiois antiquę, aut in veteribus monumentis? Quare A. singulare, annum potius, quam Agrum, aut Annum, aut aliud potius significet? Cur verò Era duabus litteris, non singulari E notatum est? Denique cur ex duobus A. A. singularis alterum Annus, alterum Augusti significat in tribus tatummodo verbis? Tamen illi viro erudito adeo placuit commentum suum, vt eius rei gratia duxat inscriptionem illius libelli de anni emendatione suscepisse videatur. Postremò quare Augusti annos interpretatur, quos Hispani semper Iulio Cæsari attribuerūt? *ὄρατο τῆς εὐσεύχιας.* Sciamus igitur Eram perperam pro Aera scriptam, illo barbaro sæculo. Id probat Nonius Marcellus, qui ab Era deducit. Nam quamuis is Grammaticus Aerę nomen apud Lucillum extare falsò putat, tamen rectum & verum est tum etymon, ab Aere, tum etiã Aeram numerum significare. Ita enim vsurpat Faustus Re-

ginęis primo de Spiritu sancto: Sacer (inquit) numerus decimus: quia trecenti in Era siue supputatione signū Crucis I. & c. Iudorus ex Canonibus Euangelicis Gręcis Eusebij Cęsariensis semper aras dicit, quod Gręcus scriptor *ἀριθμοὺς*. Per singulos inquit Euāgelistas numerus quidã capitulis affixus adiacet, quibus numeris subdita est Era. quędã minio notata, quę indicat in quoto Canone positus sit numerus, cui subiecta est Era, verbi gratia, si est Era prima, in primo Canone &c. Hęc ille. Vbi Era est titulus numeri aut per numeros cōceptus. In veteri Breuiario Codicis Theodosiani; Imperator Theodosius Aera 22. Aerã siue Aeram vocat tituli numerum. Hildericus Gallus equalis Iudoro Eras dieru dixit pro numeris dierum. Aerã igitur sine controuersia est numerus. Quod nomen sæculi inereduto, ex neutro in femininũ *μετρητὰ*, quemadmodum in veteri lingua Latina, ostiam oppidũ ab ostijs Tiberis fluminis. Et in Ecclesiastico Idiōtismo Aetherã pro Aethere cōsuetudo deriuauit. Deinde Enallage numeri cōmissa est à plurali in singularem, vt & in ostia videmus: & Idiōtismus Epactã dicit, tametsi plures sint Epactę. Veteres enim illi qui pure locuti sunt, partes alsis, & cuiuslibet integri numeri Era vocarunt: quales sunt sextule, vncie, silici, & ceterę minimę partes alsis, quas minutias vocant, ex quibus scilicet summa conficitur. Vnde Era summa dicuntur quasi *μέρη τοῦ ὅλου*. Lucillus. Hęc ratio peruerfa est: Era summa subducta improbe. Cic. in Hortensio. Quid tu, inquam, soles, cum rationem à dispensatore accipis, si Era singula probasti, summã quę ex his contexta sit, non probare? Varro: Veteris consuetudinis; vt retro Era dicerent, ita vt semilquintus, semiquartus, semitertius pronunciarent. Volufianus Mecianus: siue denaria, siue sestertiarã ratio conficeretur, isdem notis, id est, libellarum, & singularum, & terunciorum præposita nota denarij, vel sestertij, vt erat ratio, Era exprimebatur. Manifestissimè his *τὸν κολλυβάρου καὶ τὸν κερματισμῶν* Era vocari apparet. Quare vt Aera Latinis est verbum mensurarium, caploru, collybitarum: sic etiam apud Hebręos receptiores *אָרָא*, apud Arabas *أَرَا*. Rursus quemadmodum Era pro quouis ratiocinio & numero etiam extra rem monetariam sumitur: ita etiam illud Hebraicum, atque Arabicum, quod iam dixi. Item propriè Era sumitur in Abaco logistico pro numero subiecto millenarijs, nempe centum, nonaginta, sexaginta &c. Ad eundem modũ illa duo Hebraicum & Arabicum. Nã Hebręi vocant *אָרָא* numerũ cuiuslibet epochę subiectũ millenario. Arabes verò *أَرَا*. Quare in hoc anno Dominico 1593. illud 593. quod subiectum est millenario, sunt Era ratiocinij annorũ CHRISTI, vt Latini loquuntur: ex cōsuetudine autè posteriorũ sæculorũ aras vocabimus. Quod autè anni vnus epochę vocentur numerus, hoc verò nouũ nõ est: Cum

Cum Iudęi epochen Seleucidarũ vocēt nunc rũ contractũ, quod ex cōsuetudine Hispanię diceretur Era contractum. Hęc est vera de Aera Hispanica *ἀρχαιολογία*, quę cum 38. annis natalem Christi Dionysianum præcellerit, vix tandē in Aragonia desinit anno Christi vulgari 1350. In Castella anno 1383. In Portugallia 1415. Quare hodie penitus desinita est Era in Hispania: eiusq. nomen in libris dumtaxat, & monumentis superest.

*Gallica Historia, ad quam pertinent Celta, Franci, qui Rheno, Pyreneis, Alpibus, & utroque mari cinguntur. Caput XVI.*

Claruit ante Christi ann. 43. Iulij Cæsaris de bello Gallico libri 7. & Hircij libri consequentes. Quam verò melior editio, aut à quibus explanata sit, vide supra, vbi de Cæsare.

Ante Christi an. 500. Hunibaldi libri 18. de Francis, quos à bello Troiano ad mortem Antenoris sex prioribus libris deducit, consequentibus sex ad Varamundum vsque, deinceps in Clodoue temporibus desinit.

Anno Christi an. 1550. Appiani Celticus, siue de bello Gallico. Ioannis Tilij Parisiensis Epitome historiarum ab Varamundo vsque ad Henricum I I.

1490. Huberti Leonardi de origine Francorum liber vnus.

1530. Pauli Aemilij Veronensis historia Francorum ab Varamundo vsque ad Carolum octauum. de quo vide quę supra de eo.

1500. Ioannis Ferronij Galli consequentium Regum historia vsque ad Franciscum I.

1500. Io. Tritemij Germani de gestis Francorum ab anno 423. ante Christum, vsque ad annum Christi 1500.

1500. Guagnini historia vsque ad Carolum VIII. D Nicolai Gilij Annales Francorum.

1530. Bocheri Annales Aquitanie.

1530. Hermani Comitis de rebus Francorum vsque ad annum 1525.

1520. Aemundi de Ducibus Burgundię, Flãdrię, Brabantię, Holandię à bello Troiano vsque ad Carolum V. Imperatorem.

1480. Beiffelli de Flandrensium gestis.

1480. Meieri Belgica historia.

1551. in 8. Adriani Barlandi Brabantia Antuerpię Annales Burgundię incerti Auctoris.

1555. Gulielmi Paradini de antiquo statu Burgundię liber vnus.

630. Gregorij Turonensis Episcopi historię Francorum libri 10. ab eorum origine vsque ad annum Christi 600.

830. Annonij siue Aimolmi Monachi libri quinque de Regibus Francorum ab anno Christi 420. vsque ad annum 826.

1120. Ruperti de Gallorum gestis aduersus Saracenos libri decem.

420. Frossardi historia de bellis Francorum, &

Anglorum ab anno Christi 1335. vsque ad annum 1400.

Enguerani Monstreletij Chronicon Gallię 1500 vsque ad Ludouicum XII.

Philippi Cominei historia ab anno Christi 1488 vsque ad initiationem Ludouici XII. Monstreletio cohęrens. Vide quę de Comineo supra, quem ostendimus à Sleidano falsatum.

Galeatij Capellę de bellis in Italia gestis. 1530 Gulielmi Paradini consequentium anno- 1555 rum historia vsque ad annum Christi 1555.

Andrę Nauagerij iter Hispanię, & Gallię editum Venetijs 1563. in 8.

Biturigęsis siue Berry historia Gallicę scripta à Io. Chameau.

*Historia Germanica, & Populorum, qui ab Alpibus vsque ad mare Balticum, & à Rheno vsque ad Vistulam sedes habent: cum quibus coniuncta est historia Gothorum, Vandalorum, Hunnorum, Herulorum, Heluetiorum, Longobardorum, Polonorum, Moscovitarum, Danorum, & Suecorum. Caput XVII.*

Ornelij Taciti libellus de moribus Germanorum Iusti Lipsij scholijs illustratus.

Moscouia Herbestani, & Panh Iouij.

Moscouia Antonij Possenuini Societatis I E S V.

Reinoldi Eidenstenij Commentarij de bello Moscouitico, gesto à Stephano primo Rege Polonia: additi autem sunt historię Polonicę Martini Chromeri.

Abbatis Vrspergensis, cuius nomen ignoratur, Chronicon ab orbe condito vsque ad Fridericum II. vbi cetera quidem breuissimè, res verò Germanicas fusè scripsit.

Lupoldi Episcopi Bambergensis de veterum Principum Germanorum erga religionem zelo. Claruit ante Christi ann. 1340.

Bernardi Molleri descriptio Rheni Colonia Impres. 1570. in 8.

*Austria.*

Ricardi Bartolini Perusini Aufriadus li. 12. At Austria, & Austriacę familię res gestas, Regnorum, & Religionis propagationem, ceteraq. præclarissimã omnes penè, quos nominauimus, Historici ita copiosè narrarunt, vt aut ijdem essent hic recensendi, aut ad eosdem sit satis, vt lectorem amandemus.

*Bauaria.*

Scio extare Chronicon Bauarię, ac Suenię Ducum: Io. item Auentinum de Boijs scripsisse; sed quoniam ab Ecclesiã Catholica ob alias res est prohibitus, legendus absque eius permisso non est. Scio item quotquot de Auaribus, qui bella cum Romanis, & alijs gefere,

fere, de Bavarica ipsa, Regibusque, & Ducibus ipsius necessariò, & quidem antiquissima scrip-  
 ptis: Eos item, qui res in Germania, & Vn-  
 garia gestas comemorarunt Theodonis, Gri-  
 moaldi, Tassillonis, Ludouici, Henrici, Ar-  
 nulphi, Alberti perhonorificam fecisse men-  
 tionem, qui plures Prouincias rexerunt, qui-  
 rem Christianam auxere plurimum. Quin &  
 huc pertinent, quæ de Theodelinda Garibal-  
 di Bavaricæ Regis filia, & Agilulphi Longobar-  
 dorum Regis vxore, quæ maritum ad Chris-  
 tianam fidem conuertit, atque ab excidio Ro-  
 manæ Urbis, quam acri obsidione cingebat,  
 auertit; perq. eum deinceps in tota Italia re-  
 ligionem iacentem erexit. Quare & ad eam à  
 Magno Gregorio huius nominis primo Põc.  
 Max. litteræ extant, quibus ei gratias agit:  
 Cum & quattuor libros suos de Vitis sancto-  
 rum idem eidem Theodelindæ Gregorius in-  
 scripserit. Pertinent, inquam, huc etiam ea,  
 quæ scripta sunt de Gifala Henrici II. Imp.  
 sorore, quæ Stephano I. Vngariæ Regi sancto  
 nupta Vngaris occasionem præbuit suscipien-  
 dæ religionis Christianæ, ac propagandæ mi-  
 rifice pietatis: Deinde quæ de Chunegundæ  
 alterius Henrici Bavaricæ Ducis filia, & Hen-  
 ricæ Imp. vxore scripta sunt, quorum vterque  
 cõiunx vt eximia fuit sanctitate, sic in sancto-  
 rum numerum vterque relatus est; plura dein-  
 de legi possunt in foundationibus Bambergens-  
 is, Frisingensis, Ratisbonensis, Salisburgen-  
 sis, Episcopatum, & Archiepiscopatus, quos  
 Bauari Principes præter amplissima alia sa-  
 cerdotia, & Abbatis, instituerunt. Atqui &  
 in ijs, quæ scripta sunt de sacri Imperij Ele-  
 ctõibus, cum inter seculares post Bohemiæ  
 Regem, primaria sedes Bavarico tradita fue-  
 rit supra Saxonem, & Brandeburgicũ; cumq.  
 Imperatores è Bavarica familia fuerint, lice-  
 bit ex varijs scriptoribus vnicique pro ra-  
 tione temporum siue colligere, siue peropta-  
 tam Bavaricam historiam contexere. At ve-  
 ro nostra ætate historia plus factis, quàm scri-  
 ptis nota est de ijs, quæ summo in rerũ & here-  
 sum periculo Serenissimi Albertus, & Guilel-  
 mus Duces vtriusque Bavaricæ gessere, dum in  
 ea sartã, tectamq. religionẽ sic tutati sunt, vt  
 Collegijs quoque, quibus iuuentus institui-  
 tur, tanquam firmissimis præsidijs muniue-  
 rint, ac denique imminentem flammam ab  
 Archiepiscopatu Colonienfi, quem Archiepi-  
 scopus secedens à Catholica fide, summo in  
 discrimine posuerat, Guilielmus ipse Dux Se-  
 renissimus represserit, ac simul Vuestphaliã  
 ab hoste hæretico liberauerit, Germanicæ re  
 ipsa nimirum ostendens, qua ratione Princi-  
 pes aduersarijs fidei possint obistere, dum  
 vnam præ oculis habent gloriam Dei.

*Hungaria.*  
 1530 Ioannis Turotij Hungari Chronicon Hun-  
 garicæ libri tres.  
 Melchior Soiterus de bello Pannonico,  
 Petrus Randanus.

A Petrus Ritijs.  
 Antonij Bonfinij Afulani rerum Hungari-  
 carum libri 30. vsque ad Matthiam Corui-  
 niũm. 1440  
 Alphonfi Ciacconi historia vtriusque belli  
 Dacici à Traiano gesti. edita Romæ an. 1576.  
 in fol.  
 Commentarium postea, & tanquam Epito-  
 men Hungaricarum rerum, nos cum in Hun-  
 garia versaremur scripsimus, qui Deo bene  
 iuuante, cum alijs nostris edetur in lucem.  
*Polonia.*  
 Chronica Polonorum.  
 B Martini Chromeri de rebus Polonorum li-  
 bri triginta: quibus nouissime additi sunt  
 Commetarij Reinoldi Eidenstenij de Mosco-  
 uiticis rebus, quæ simul cum Polonicis rebus  
 à Chromero scriptis sunt coniunctæ.  
 Philippi Callimachi Polonica historia con-  
 tra Turcas.  
*Sclauonia.*  
 Helmoldi Presbyteri Sclauorum Historia  
 à Carolo Magno vsque ad Fridericum Aeno-  
 barbum.  
*Danie, & Suecia, siue Gothia.*  
 Chronicon incerti antiqui Auctoris de  
 origine Francorum, Vandalorum, Gotho-  
 rum, Burgundionum.  
 Alberti Crantij historia Daniæ, Noruegiæ,  
 Sueciæ, quæ Gothia, & Scandia dicta est, ab  
 eorum origine vsque ad annum 1504. sed nõ  
 legenda illa, quæ Francofurti est edita, nisi re-  
 purgetur, quemadmodum ex nouissimo In-  
 dice librorum prohibitorum, qui Clemente  
 VIII. Pont. Max. editus est, iubemur.  
 Olai Magni Gothi, ac Archiepiscopi Vpfa-  
 lensis de rebus Gothorum libri 22. 1530  
 Saxonis Grammatici de Historia Dano-  
 rum libri 16.  
 D Procopij de bellis Gothorum libri 3. 530  
 Agathij Smyrni de bellis Gothorũ libri 5. 505  
 Idacij Chronica à Theodosio Magno vs-  
 que ad annum Christi 400. 410  
 Sidonij Apollinaris Galli, qui in Regia Go-  
 thorũ sub Rege Alarico apud Tolosates cla-  
 ruit, variæ narrationes rerum à Gothis ge-  
 starum.  
 Iornandi Episcopi Gothorum libri duo de 540  
 bellis Gothorum, & Romanorum.  
 Aurelij Cassiodori de Gestis Gothorum, 575  
 & Romanorum sparsim.  
 Leonardi Aretini de bello Gothorum. 1420  
*Longobardica historia.*  
 Pauli Diaconi Cancellarij Desiderij Re- 780  
 gis, de rebus Longobardorum libri 6.  
 Caroli Sigonij libri de regno Italiæ.  
*Saxonia.*  
 Alberti Crantij Saxonum Historia: sed quæ 1520  
 editio Francofurti nouissime prodijt, prohi-  
 bita est (vt paulo antea diximus) ab Ecclesia,  
 donec expurgetur.  
*Lubeci.*  
 Quæ Lubeci Chronica circumferuntur non  
 vidi;

Theodo.  
 Grimoad-  
 dus.  
 Tassillo.  
 Ludouic-  
 us.  
 Henricus.  
 Arnulphus.  
 Albertus.  
 Theode-  
 linda.

Gifala.

Chunegun-  
 da.  
 Henricus  
 II. Imp.

Primus in-  
 ter secula-  
 res Elector  
 Bavarus.

Albertus  
 & Guilel-  
 mus Bava-  
 ricæ Duces  
 Serenissi-  
 mi.

vidi, ideo nil ausim de ijs asserere.  
*Borussia.*  
 Erasmi stellæ de antiquitatibus Borusisq.  
*Batavia.*  
 1530 Gerardi Nouiomagi Batauica historia.  
*Bohemia.*  
 1416 Aeneæ Syluij Bohemica historia.  
 Io. Episcopi Olomucensis Bohemia.  
 Ioannis Dumbrauij historia Bohemica.  
*Sueuia, seu Heluetia.*  
 Historia tribus Tomis comprehensa Ger-  
 manicè circumfertur, sed videant Catholici,  
 quibus propria salus debet esse magis cor-  
 di, quàm sciendi curiositas, ne quid in ea sit  
 quod merito cauendum sit.  
*Historici Britannorum, qui post Anglo-  
 sones, & Scoti sunt appellati.*  
*Caput XVIII.*  
 Gildas Britannus Historicus An-  
 glorum.  
 1560 Georgij Liliij Britanni Chroni-  
 con ab Hengisto, idest ab an-  
 no Christi 600. vsque ad an-  
 num 1560.  
 1520 Pontici Vitruuij Taruisini historiæ Britan-  
 nicæ libri sex.  
 1530 Polydori Virgilij Vrbinatis, historiæ Angli-  
 cæ libri viginti sex.  
 732 Bedæ Angli libri quinque historiæ Ang-  
 glofaxonum vsque ad suam ætatem.  
 Stephani Perlini descriptio Angliæ, & Sco-  
 tiæ. Parisijs 1588. in 8. Gallice.  
 Galfridi Monemutensis historia de Regum  
 Britanniæ origine & rebus gestis. Paris. 1517.  
 in quarto.  
 Galfridi Arturi Angli de rebus Britanni-  
 cis libri octo.  
 689 Hectoris Boëtij Scotorum historia.  
 1420 Nicolai Trinesti Angli Annales Anglici à  
 Comitibus Andegauenfium, idest ab anno  
 Christi 1135. vsque ad 1307.  
*Historici Arabum, qui olim Africa, Syria,  
 Persia, Hispania Imperia tenuerunt:  
 vulgo Saraceni appellati: deinde  
 & Turcarum. Cap. XIX.*  
 1510 Eonis Afri Geographi historici  
 omnium Africæ Regionum, ac E  
 populorũ accurata descriptio.  
 Hermani Dalmatæ Chronica Sa-  
 racenorum.  
 1087 Ruperti Monachi de bello aduersus Sa-  
 racenos libri 8.  
 1510 Guilelmi Tyri Archiepiscopi, de bello sa-  
 cro libri vigintitres.  
 Africane historiæ delibatio cũ schol. Franc.  
 Balduini. Parisijs an. 1567. in 8.

A *De Hegira, qua in notandis temporibus  
 vtuntur Mahometani, & Arabes.*  
 Id autem sciendum est, Alphraganum Ma-  
 thematicum Arabem docere, Arabum annũ  
 constare diebus 354. quot nempe dies confi-  
 ciunt menstrua spatia duodecim, vnde men-  
 ses illis sunt erronei, & incertis veluti sedi-  
 bus vagantes: quos tamen sua ratione con-  
 stituunt, & reuocant ad Solis, & Lunæ status  
 circuitus: anno interim lunari vtentes suo  
 postea modo accommodant Solis conuersio-  
 est. Ceterum Hegira, quod quidem ex quo-  
 dam perito linguæ Arabicæ viro cognitum  
 tui, fugam significat. Mahumedis autem fu-  
 gam ex Medinath Alnabi, felix suorum tem-  
 porum initium statuunt Arabes. Est autem  
 Medinath Alnabi, idem ac si dicas, prouincia  
 propheta: quo nomine videntur Turcæ &  
 Arabes significare Munichiatem, quæ est in  
 Arabia Petrea, ad finem Elamiticum, vbi aiunt  
 esse sepulchrum Mahomed, quem vulgò Ma-  
 hometem nominant. Sic enim aiunt, Mahu-  
 medem, quum docuisset, & munus propheta  
 obijisset aliquot annis in Medinath Alnabi,  
 C Phylarchis Arabum venisse in suspicionem re-  
 rum nouarum: vnde coitiones & turbæ sunt  
 excitatae, quarum causa maximum adijt vite  
 periculum Mahumedes: nam penè fuit lapidi-  
 bus obrutus ab ijs, quibus res nouas moliri  
 videbatur. fuga tamen aiunt eum euasisse è  
 tanto periculo: deinde collecta valida manu  
 Arabũ rem vi aperta gerere cœpisse. Quoniã  
 verò ex eo tempore, Saracenicæ res, siue Ara-  
 bicæ clariore cœperunt esse, factum fuit, vt  
 tempora consignerint Arabes ab ea fuga, id  
 est, vt ipsi loquuntur, Hegira. Obliterata  
 autem post id tempus, & oppressa fuit Satanæ  
 D astu, & Mahumedis imposturis, Christi Domi-  
 ni, quæ illis locis claruerat, doctrina. A quo  
 verò Domini anno Hegiræ incipiant, ita no-  
 stri annotarunt: Mahumedes completo an-  
 no Domini 621. dedit legem, à quo tempore  
 computantur anni Arabum, sub Honorio Pa-  
 pa primo, & Heraclio Imperatore, anno Im-  
 perij eius vndecimo.  
*Historici Turcarum.*  
 Andreas Cambinus de Origine Turcarum,  
 Italicè.  
 Leonici Calchondilæ historia de rebus Tur 1490  
 carum.  
 Christophori Richerij Torignæi de rebus 1530  
 Turcarum libri quinque.  
 Martini Barletij de rebus gestis aduersus 1488  
 Turcas, & Alexandri, siue Scanderbergij  
 Regis Epirotarum vita libris 23. compre-  
 hensa.  
 Pauli Iouij liber 12. 13. 14. 15. 16. 17. 32. 33. 1540  
 34. 35. 36. 37. & in Elogijs Virorum Illustriũ,  
 vbi agit de Vitis Imp. Turcarum.  
 Henrici

Munichia  
 tes ciuitas  
 Arabiæ Pe-  
 træ.

Hegira  
 quid sit.



Henrici Penia, de bellis inter Ismaelem, & Selymum gestis.
Benedictus Accoltus de bello pro Christi sepulchro.

Indica Historia Antiqua, & recens. Caput XX.

DE Alexandro Magno, deq. Indici rebus scripsere Græcè Diodorus Siculus libro 17. Plutarchus; & Arrianus Nicomediensis. Latine Quintus Curtius. Nam reliquorum scripta interierunt. Desideratur in Quinto Curtio principium Operis, cetera probus, atque legitimus historicus, & (vt vir prudens inquit) mira in sermone eius facilitas, in narrationibus lepos. astrictus idem & profuens, subtilis & clarus, sine cura vlla accuratus, verus in iudicijs, argutus in sententijs, in orationibus admodum facundus. Arrianus autem placidus, & nitidus, qui res Indicas fustus quam reliqui ab libro quarto vsque ad finem operis scripsit. Floruit anno circiter 140. à Christo nato: testatur autem se Regis Ptoiomæi, qui Alexandri Magni rebus interfuit, commentarios non prius euulgatos legisse.

Iustus Lipsius.

Oforius.

At postea Ioannes de Barros in Asia ab se descripta egregium sese scriptorem hac nostra ætate præstitit: licet materna sua lingua scripserit. sed Latine Hieronymus Oforius Episcopus Siluensis vir eloquens, sed iam stylo senescente Lusitanicas in India expeditiones: quas demum magna diligentia, ex archiuis omnibus erutas eleganter, prudenter, ac pie Petrus Maffæius è societate nostra emisit. Quin & aliqua feliciter attigit Franciscus Bencius noster, præter Patrum nostrorum Indicas epistolas insigni Poëmæ quinq. Martyrum: sed & legendi sunt 9. 10. & 11. libri primæ partis nostræ huius Biblioth.

Petrus Maffæius.

Historia Aethiopum, Indorum, Americorum, & omnium penè Africa Populorum. Caput XXI.

Geographia Italicè scripta Liuij Sannuti duodecim in libros distincta: qua, præter plurimum Ptolomei locorum, ac nauticæ acus expositionem, prouinciæ, populi, regna, ciuitates, montes, flumina, lacus, & mores Africæ enarrantur, cù eiusdè Africæ tabulis ex ære expressis.

Claruit anno 1500.

196

1504

Leonis Africi descriptionis Africæ libri nouem, Italicè, & Gallicè. Francisci Aluarezij descriptio Aethiopiæ. Hispanicè, Italicè. Aloyfij Cada musti nauigatio ad terras nouas.

Christophori Columbi Genuensis nauigatio ad Insulas antea ignotas. Petri Aloyfij nauigatio. Chronica Peruenia tripartita. edita Venetijs. Damiani Goeffij liber de rebus Lusitanorum in India gestis. Alberti Vespucij nauigationum Epitome. Americi Vespucij Nauigationes. Iosephi Indi nauigationes. Ludouici Romani Patricij nauigationum Aethiopiæ, Aegypti, vtriusque Arabiæ, intra, & extra Gangem libri 7. Pauli Iouij liber decimus octauus historiæ. Andreæ Theueti Francia Antartica. Parisijs anno 1558. in quarto. Augustinus de Zarate de inuentione Peru, siue Peruenfis tractus, Hispanicè, editus, Antuerpiæ 1555. in octauo. Litteræ Indicæ Patrum Societatis Iesv. Iosephus Acofta de natura noui orbis. Historia notabilis Floridæ à Bassanerio Gallice scripta: & Parisijs edita 1586. in octauo. Ferdinandus Columbus de Vita Christophori sui genitoris, Italicè. Venetijs 1570. in 8. Quin & Laurentius Gambara Poëma de Inuentione noui orbis à Columbo, & Io. Baptista Stella alterum, quod inscripsit Columbeidem edidit. Francisci Lopez historia generalis de Indijs Hispanicis.

Historici Tartarorum, & Moscouitarum. Caput XXII.

Pauli Iouij Nouocomensis de legatione Moscouitarum liber vnus. Vide supra cap. 17. Commentarium autem de Tartaris Præcopensibus breui nos edemus.

Historici ciuitatum aliquot. Cap. XXIII.

Acephali vrbis Patauinae apud Antonium Capiuaccium extat m. f. liber. Agnelli historiæ Pisanae. Albergheti Cortusi continuatio elegans historiæ Patauij quæ extabat apud Io. Baptistam Ramnusi. Alemanni Fini Crema Venetijs, edita anno 1566. in 4. & 8. Andreæ Danduli Chronica, in quibus multa de rebus Patauinis. Andreas Fabafusca de insignibus familiarum Patauinarum. Antonij Cautelli Cremona. Antonius Gallus de historia Genuensi ab anno 1466. vsque ad 1482. Augustini Iustiniani Episcopi Nebiensis historia Genuensis, Italicè. Bartholomei Fatij de Neapolis.

Bartho-

Genua. Bartholomeus Senarega de historia Genuensi. Neapolis. Benedicti Falci descriptio Neapolis, Neapoli impressa in 8. Monserratus. Benuenutus de S. Georgio de Marchionibus Montisferrati, in 4. Aquila. Bernardini Cirilli annales Aquilæ ciuitatis Aprutinæ. Romæ in 4. anno 1570. Mediolanum. Bernardini Corij historia Mediolanensis. Bossi Chronica Mediolanensis. Genua. Capharus de rebus Genuensibus ab anno 1488. vsque ad 1514. Bononia. Caroli Sigonij Bononia. Genua. Fr. Christophori Cyprij historia Genuensis, huic multum tribuit Iustinianus. Florentia. Cirinus de successu Tripolis, Florentiæ 1560. in 16. Venetia. Donatus Ianottus de Repub. Veneta, Italicè. Sicilia. Farelli Siciliæ Chronica. Panormi 1538. in fol. Puteoli. Ferrandi Loffredi antiquitates Puteolorum. Italicè. Bergomum. Francisci Belaflij Bergomum. Carrarienses. Galeatij, & Gattini historia de Dominis Carrariensibus. extabat m. f. apud equites Doctum, & Capilistium Patauij. Ferraria. Gaspar Serdus de Ferraria, & rebus Ferrariensibus. Vicecomites. Georgij Merulæ Vicecomitum historia, in folio. Genua. Georgius Stella de Genua, & reb. Genuensibus, ab anno 1299. vsque ad 1422. Germani Audeberti Aurelij Venetiæ pulcherrimo versu heroico. Venetijs 1583. apud Aldum. Rhodium. Gulielmi Caorin obsidionis Rhodiæ descriptio. Venetijs 1560. in 4. Patauium. Gulielmi Cortusi de ciuitatis Patauinae edificatione historia, & de gestis Ezzelini, ac de ijs, quæ inter Guelfos, & Gibellinos contigerunt, ac de Scaligeris. extabat apud Equitem Doctum Patauij manuscripta. Brixia. Helia Capreoli historia Brixienfis. Rauennia. Hieronymi Rubei historiæ Rauennates. Venetijs 1570. in fol. Placentia. Humberti Locati Placentia. Iacobi Bracelij Genua. scripsit hic bellum gestum cum Alphonso Rege Hispaniæ vsque ad annum 1446. Florentia. Iacobi Nardi historia Florentina. Lugduni 1582. in 4. Venetia. Iacobi Pogij Florentia. Iacobi Purliliarum Comitiss de administratione Reip. Venetæ. in 4. Genua. Iacobus de Voragine Archiepiscopus Genuensis, de reb. Genuensiu vsque ad ann. 1296. Tridentini Duces. Iani Pyrrhi Pincij de Ducibus Tridentinis, & Mantuanis. 1546. in fol. Melita. Io. Antonij de bello Melitenfi. 1567. in 4. Cremona. Io. Baptistæ Burdegalli Aremona. Venetia. Io. Baptistæ Egnatij Venetiæ. Mantua. Io. Baptistæ Platinæ Mantua.

Ioannis Iouiani Pontani Neapolis. Io. Noalij de Patauij ædificatione, cum descriptione 120. familiarum. apud equites Doctum, & Cadilistium manu scripta historia. Io. Baptistæ Pignæ historia Ferrariensis, & Atefinorum. Ioannis Porcacij Nouocomum. Ioannis Stellæ Genuensis historia ab anno 1422. vsque ad annum 1435. Io. & Matthæi Villani Florentia. Iosephi Betusij Cataiû. Venet. 1584. in 4. Iulij Barbarani Vicetia. Iulij Faroldi annales Veneti, Italicè, Mediolani 1574. in 4. Fr. Laurentij Vercellarum laudes. Patauij 1568. in 8. Leandri Alberti Bononia. Leonardi Aretini historia de bello Punico. Augustæ 1537. in 4. Leonardi Florentini historia Florentina. Leonardi Gienfis de capta Constantinopoli. Norimbergæ 1544. in 4. Luca Contilis de vita Cesaris Neapolitani. Ticini impressa historia. Ludouici Contareni Antiquitates Romæ cum origine Nobilitatis Neapolitanæ. Neapoli 1569. in 8. Ludouici Dulcis vita Caroli Quinti. Venetijs 1561. in 4. Ludouici Miquelli obsidio Aurelianensis. Parisijs 1560. in 8. Marci Antonij Sabellici Venetiæ. Marci Aequicolæ Mantua, in 8. Marcolini origo Barbarorum. Venetijs 1557. in 4. Marinus Barletius Scodrensus de obsidione Scodrensi. Venetijs 1504. in 4. Melitensium Equitum statuta. Florentiæ 1567. in 8. Nicolai Tegrini vita Castrucij. Parisijs 1546. in 16. Nicolaus Villagagno de bello Melitenfi. Parisijs in 4. Oforius de rebus Emmanuelis Regis Lusitanæ. Colonia 1574. in 8. Pâdulphi Collenutij Neapolitana historia. Patauinae ciuitatis descriptio. De rebus Patauinis authenticus liber in Monasterio carcerum. Venetijs. Alter liber de iisdem in æde S. Zachariæ. Venetijs. Annales antiquissimi de rebus Patauinis, qui non editi, sed Veronæ asseruantur prope Cancellariam. Parthenopæi historia Genuensis ab anno 1527. vsque ad 1541. Pauli Interiani historia Genuensis. Perionius de Magistratibus Græcorum, & vitæ Patriarcharum. Parisijs 1560. in 4. & Colonia 1555. in 8. Petrus Bembus de Venetijs. Petri Bizari historiæ Genuenses. Antuerpiæ 1589. in fol.

Petri

- Florentia. Petri Bonifegni historia Florentina, Italicè, Florentiæ 15 So. in 4.
- Venetia. Petri Iustiniiani historia Venetæ ab vrbe illa condita vsque ad annum 1575. è Latina in Italicam linguam conuersa.
- Prouincia. Petri Marcelli Venetiæ.
- Lugduni 1565. in fol.
- Taurinum, &c. Philiberti Pingonij Augusta Taurinorum, & arbor gentilitia Sabaudia, Saxonicaq. Ducum. Taurini 1577. in fol.
- Turcicum bellum. Philippi Experiëtis de bello Turcico. Taurini 1587. in fol.
- Senæ. Pij II. Pont. Max. Senæ.
- Roma. Pyrrhus Ligorius de vrbe Roma. Italicè, Venetijs 1553. in 8.
- Viri Illustris. Plinius de viris Illustribus, cum Commentarijs Philippi Præpositi. Parisijs 1547. in 4. & Duaci 1577. in 4.
- Vita Plutarchi. Plutarchi Epitome Vitarum. Basil. 1542. in quarto.
- Anglia. Polydori Virgilij Anglica historia Basileæ 1546. in fol.
- Pistorium. Renati Serrauallini historiæ Pistorienses.
- Giberti tertij vita. Rinaldus Corsus de Vita Giberti Tertij Corrigiensis. Antuerpiæ 1566. in 8.
- Patauium. Rolandini Patauini annales de Ezzelini generis.
- Verona. Sarainæ Verona.
- Senæ. De Senarum, eiusq. Archiepiscopatus antiquitate, in 4.
- Bellum Liouonicum. Tilmanni historia Liouonici belli. Antuerpiæ 1564. in 8.
- Origo Bauarorum. Tritemius de origine Bauarorum. Francofurti 1549. in 4.
- Genua. Vberti Folietti de Repub. Genuensi. Romæ 1559. in 8.
- Venetæ. Venetorum statuta. Venetijs 1548. in octaui.
- Patauium. Verlati annales Patauini, qui extabant apud Scardeonem Patauij.
- Florentia. Vgolini Verini Florentia libri 3. Parisijs 1583. in fol.
- Patauium. Zamaldoni historia Patauina. extabat apud Scardeonem, Patauij manuscripta.
- Neapolis. Zenobij Acciaoli Neapolis, in 4.
- Præter hos extitit hac ætate Georg. Bruin Agrippinensis, qui edidit Theatrum ciuitatum, siue ciuitates orbis Terrarum, ac præter earum diligentem delineationem, de pluribus earum adtexuit narrationem perutilem. Hæ autem sunt in fine prioris libri quas, quemadmodum ille posuit, sic fere adscripsimus.
- Adena vrbs Arabia.
- Amstelredamum Hollandiæ Metropolis.
- Ancona ad mare Hadriaticum.
- Ansa celebre quondam Africa.
- Anuerpia in Brabantia, celeberrimum Empotium.
- Aquisgranum.
- Argentoratum Elsatæ Metropolis.
- Arzilla quondam Africa vrbs.
- Atrebatum.
- Augusta Vindelicorum in Rhetia.
- Azampum Africa oppidum.

- Barcino citerioris Hispaniæ Vrbs.
- Basilea.
- Bethlehem Lusitanæ vicus.
- Brema Vuestphaliæ vrbs.
- Bruersia Zelandiæ oppidum.
- Brugæ Flandrorum oppidum.
- Bruxellæ, regia in Brabantia sedes.
- Brunsvicum vrbs, Imperialis.
- Buda Hungarici Regni caput.
- Burdegala nobilis Galliæ ciuitas.
- Burgos antiquissima Galliciæ vrbs in Hispania.
- Buscumducis firmum Brabantia oppidum.
- Canonor vrbs Indiæ maxima.
- Calecut in India.
- Cayrus, quondam Babylon.
- Cascale Lusitanæ oppidum.
- Cassula vrbs Hassiæ.
- Cefala Africa insula.
- Colonia Agrippina.
- Confluentia oppidum inter Moguntia, & Coloniam.
- Constantinopolis Metropolis Thraciæ vrbs. olim Byzantium.
- Cusco Peru regni ciuitas.
- Dius Regni Cambriæ in India insula, cuius descriptionem Oforius, sed & diligenter Petrus Massæus sua historia Indica edidit.
- Drepanum Siciliæ oppidum.
- Dresda Misniæ vrbs.
- Ecija Hispaniæ oppidum.
- Egra vrbs in primo Bohemiæ aditu.
- Erdordia Thuringiæ vrbs.
- Famagusta vrbs Cypri.
- Florentia primaria Hetruriæ vrbs.
- Friburgum oppidum in Vchlandia.
- Frisinga ciuitas Episcopalis Bauariæ.
- Francofurtum in Germania.
- Francofurtum Marchionatus Magdeburgensis oppidum.
- Fulda.
- Gades Hispaniæ insula.
- Gandauium vrbs Flandriæ.
- Genua Ligurum Italiæ vrbs.
- S. Georgij oppidum, quod prius dictum fuit Aldea, in Hispania.
- Glaronæ, vulgo Glaris Helueticæ fœderis regio.
- Goa insula, & vrbs commune nomen.
- Goricum apud Sconhouiam.
- Granata, siue Gar Natæ, vel Illiberis, & Illiberia, Regni Granatenfis ciuitas.
- Gruninga vrbs in Phrisia.
- Hamburga, siue Hamburgum quondam Metropolis in Vuagria Vuandaliæ regione.
- Heidelberga iuxta Neccarum, & Hercinium.
- Herbipolis, vulgo Vuitzburg Fraciæ orientalis vrbs.
- Hierosolyma Turcarum nunc Colonia, olim Iudaici regni Metropolis.
- Hispalis in Hispania.
- Iena Thuringiæ oppidum.
- Leodium vrbs Germaniæ inferioris.
- Lindia Insulare Imperij oppidum.
- Lipsia Ostlandiæ quondam Metropolis.
- Londinum vrbs Angliæ.
- Lubeca Inferioris Saxonie vrbs.
- Lucerna Helueticorum Ciuitas.
- Lugdunum vrbs Galliæ Transalpinæ.
- Luneburgum Saxonie vrbs.
- Lutetia Prouinciæ Senonenfis oppidum.
- Magdeburgum Metropolis, & Imperialis vrbs in Saxonia.
- Malaca in Hispania.
- Melita in Mediterraneo mari.
- Maritburgum vrbs Hassiæ Metropolis.
- Mechlinia Brabantie vrbs.
- Mediolanum Metropolis Insuorum.
- Messana vrbs Siciliæ.
- Mexicum in noua Hispania.
- Moguntia, vulgo Meintz.
- Mombaza oppidum Africa.

Mona-

- Monachium in Bauaria.
- Monasterium Vuestphaliæ Metropolis.
- Monspefulanus in Gallia Narbonensi oppidum.
- Montes, vrbs in Hannonia.
- Neapolis Campaniæ vrbs Regia.
- Nemaufum vrbs Galliæ Narbonensis.
- Nordlinga Rhetiæ inferioris oppidum.
- Norimberga Germaniæ vrbs.
- Olyppo Lusitanie vrbs primaria.
- Ormuz Persiæ oppidum.
- Panormus Siciliæ Metropolis.
- Parma antiquissima Longobardiæ vrbs.
- Parthenopolis, vide Magdeburgum.
- Pincia, siue Vallefoletum in Hispania.
- Pictanum oppidum in Prouincia Burdegalensi.
- Praga Regni Bohemiæ Metropolis.
- Quilua oppidum Africa.
- Ratispona vrbs ad Danubij ripam in Bauaria sita.
- Rhodus, insula, & oppidi Mediterranei maris nomē, prius Ophiusa, deinde Staclia, demum Zelchin nominata est.
- Roma vrbs in Latio Mundi caput.
- Rostochium Ducatus Megapolensis, Saxonie finitimum oppidum.
- Rotenburgum Franconiæ oppidum.
- Rotomagus Normandiæ Metropolis.
- Sala Mauritanie oppidum.
- Saltzburgum, Norici oppidum.
- Scaphusa oppidum ad dextrum Rheni latus.
- S. Sebastiani insigne oppidum in Guipuzcoa Hispaniæ.
- Sedunum primarium Valisæ oppidum.
- Senæ in Hetruria.
- Septa vrbs Mauritanie maxima.
- Soloturnum Helueticæ oppidum.
- Spira Ciuitas Episcopalis Germaniæ.
- Straubinga Bauariæ oppidum ad Danubij ripas.
- Suitia Helueticæ vicus.
- Sylvania Helueticæ vicus.
- Tingis Mauritanie ciuitas.
- Toletum in Hispania.
- Traiecti nomine duo oppida vocantur alterum inferius apud Batauos, alterum superius in Thungris.
- Treuirus ad Mosellam flumen vrbs primaria Gallie Belgicæ.
- Tugium Germanicè Zug. oppidum.
- Turonum ciuitas Gallie.
- Tigurum, vulgo Zurich. Helueticæ oppidum.
- Tzaffin Africæ oppidum.
- Vallifoleum, vide Pincia.
- Venetie vrbs in Hadriatici maris sinu.
- Vienna Austris.
- Viua Sueniæ vrbs.
- Vrsella Helueticorum vicus.
- Vrsina vulgo Berna Helueticæ oppidum.
- Vueimaria Thuringiæ oppidum.
- Vuestalia inferior vrbs apud Rhenum.
- Vuistmaria Ducatus Megapolensis oppidum.
- Vuitemberga oppidum Saxonie.
- Vuormatia Vangionum Metropolis ad Rhenum sita, quondam Borbetomagum appellata.
- In fine autem libri sequendi hæ vrbs habentur.
- Africa, quondam Aprodifium Africa oppidum.
- Alexandria ciuitas in Aegypto.
- Algeria oppidum in Africa.
- Alhama Regni Granatenfis in Hispania oppidum.
- S. Ander oppidum in Hispania Catabricæ Prouinciæ.
- Antequera Granatenfis regni oppidum.
- Auenio vrbs Pontificis Maximi in Gallia.
- Aurelia siue Aurelianum Galliæ vrbs.
- Badenia ciuitas Helueticæ.
- Baia ciuitas Campaniæ.
- Basilea vrbs sita ad Rhenum fluuium.
- Bituriges vulgo Bouges vrbs Gallie.
- Blannont oppidum Lotharingiæ.
- Bloys Gallie oppidum.
- A Bonna oppidum ad citerioris Rheni ripas, & Colonienfis vrbi proximum.
- Briellium Hollandiæ oppidum.
- Bonna oppidum Archiepiscopi Colonienfis sedes.
- Burburgum, Flandriæ oppidum.
- Calcaria Cluorum oppidum.
- Campi vrbs apud Iselam.
- Candia vrbs, & Insula Mediterranei maris: quæ Creeta antiquis.
- Cantabrigia vrbs Angliæ.
- Cluua ducatus Cluensis oppidum.
- Colmaria Alsatie vrbs.
- Conil Hispaniæ oppidum.
- Constantia vrbs Sueniæ.
- Corfu nomen Insule, & oppidi in mari Mediterraneo, antiquitus Corcyra.
- Damafcus vrbs Syriæ.
- Dantiscum, vide Gdanum.
- Dordracum vrbe Hollandiæ.
- Dunkerga Flandriæ oppidum.
- Duisburgum Germaniæ veteris celebre oppidum.
- Embra vrbs orientalis Phrysiæ metropolis.
- Embrica Cluie ducatus.
- Flauibriga vulgo Bilbao in Hispania Cantabriæ, siue Biscaliæ vrbs.
- Fribergum Miseniæ oppidum.
- S. Galli oppidum Helueticæ federis.
- Gdanum Prussie vrbs.
- Gennapium ditionis Cluensis oppidum.
- Gorlitium superioris Lusatiæ oppidum.
- Grauelinga Flandriæ oppidum.
- Grodna siue Grodno Lituaniæ oppidum.
- Groninga Phisicæ meridionalis oppidum.
- Guleta Africæ oræ arx.
- Hala Sueniæ oppidum.
- Harlemum Hollandiæ oppidum.
- Hierosolima olim sancta ciuitas.
- Huium ad Mosæ fluuium Leodiensis dioceseos.
- Hypræ ex præcipuis Flandriæ vrbus.
- Leida siue Lugdunum Barauroff oppidum in Hollandia.
- Loxa Regni Granatenfis oppidum.
- Limburgum oppidum.
- Mantua Longobardiæ ciuitas.
- Massilia in Narbonensi Prouincia.
- Metis Ciuitas nunc Gallie, olim Germaniæ.
- Middelburgum oppidum in Zelandia.
- Misenta ciuitas Misensium.
- Modona.
- Moscouia.
- Namurcum (iuxta Mosam) oppidum.
- Nouiomagus ex quattuor Geldris ciuitatibus.
- Nouesium aliàs Nouesium, vel Nussia oppidum Colonien. diocesis.
- Oenipons, vel Oenipontus Tyrolensis Comitatus oppidum.
- Oxonium oppidum in Anglia.
- Parentium Histrie oppidum.
- Pennon de Velis Africæ oppidum.
- Puteoli Ciuitas Campaniæ.
- Rochella Latinè Rupella Galliæ oppidum.
- Roma regina vrbum, in Italia.
- Rubeaquum, alij Rufacum & Rubiacum Alsatie superioris oppidum.
- Sibenicum ad Hadriatici maris latus.
- Sontina oppidulum Diocesis Colonienfis.
- Traiectum ad Mosam oppidum.
- Tunes maxima Africæ vrbs. Tunetum.
- Vegel Hispaniæ Beticæ oppidum.
- Velis Malaga, Hispaniæ oppidum.
- Vindesorium Angliæ castrum.
- Vuiffenburgum vrbs non procul à Rheno.
- Xeres Andalusie prouinciæ in Hispania vrbs, siue oppidum.
- Iulius quoque Ballinus celebrium vrbs orbium icones edidit cum eavndè breui historica narratione, vt diximus, ubi de Geographia egimus lib. superiore cap. 20. Historia




*Historia partim singularis Illustrum virorum, partim aliquarum Civitatum. de quibus tamen planius actum est alibi. Cap. XXIII.*

Claruit an  
no 1500.


- R**aphael Volaterranus de claris viris omnium gentium.  
Plinij Iunioris, vel, ut alij putat, Cornelij Nepotis liber de viris Illustribus 77.  
Aemilij Probi, seu Cornelij Nepotis liber de vita excellentium Imperatorum, à Dionysio Lambino commentarijs illustratus.
- 1540 Pauli Iouij liber de viris Illustribus.  
1374 Francisci Petrarchæ de viris Illustribus.  
1530 Polydori de origine insignium Regum.  
1370 Io. Boccacij de casibus Illustrum virorū.  
1540 Gasparis Vrsini liber de vitis Regum, Imperatorum, & Pōtificum Romanorum, vsque ad Carolum V. Imperatorem.  
1540 Ioannis Ferronij stemmata, cum gestis Illustrum familiarum, partim edita, partim edenda. Gallicè.  
200 Diogenis Laertij de vitis Philosophorum libri 10. nouissimè castigati, & Latine versi, & editi Romæ cum scholijs. 1593.  
1530 Baptistæ Egnatij de Romanis Principibus à Cæsare vsque ad Carolum V. Imperatorem.  
120 Plutarchi vitæ Principum Græcorum, & Romanorum.  
120 C. Suetonij Tranquilli vitæ 12. Cæsarum, à Cæsare vsque ad Neruam.  
140 Dionis Nicæi vitæ Imperatorum à Nerua vsque ad M. Aurelium.  
140 Aelij Spartiani de vitæ Adriani, Antonini Pij, & M. Aurelij.  
170 M. Aurelij à se conscripta vita, libris 12. **D**  
307 Iulij Capitolini libri tres de vitæ Antonini vtriusque, Veri, ac Pertinacis.  
649 Dionis Cassij Historia Principū Romanorum ab Augusto vsque ad Alexandrū Senerū, cuius Epitomen complexus est Xiphilinus.  
300 Aelij Lampridij de vitæ Didij Iuliani, Commodi, Heliogabali, ac Seneri.  
200 Herodiani libri 8. à morte M. Aurelij vsque ad Gordianum Iuniorem.  
420 Sexti Aurelij Victoris de vitis Imperatorum ab Augusto vsque ad Theodosium Magnum.  
1490 Pomponij Lati de vitæ consequentium Imperatorum à Gordiano vsque ad Heraclium.  
310 Trebellij Pollionis de Imperio Valeriani, Galieni, Claudij, ac 30. Tyrannorum.  
320 Flauij Vopisici de vitæ Aureliani, Taciti, Floriani, Probi, Firmi, Saturnini, Proculi, Cari, Carini, Numeriani.  
322 Eusebij de gestis Diocletiani, Maxentij,


- A** Constantini.  
Eutropij Epitome principum Romanorum vsque ad Iouinianum. 340  
Ammiani Marcellini de gestis Constantini, Iuliani, Iouiniani, Valentiniani, & Valentis. 360  
Michaelis Ritij de Regibus Francorum, Hispanorum, Neapolis, Sicilia, Hungariæ, Hierosolymæ. 1505  
Q. Curtij de rebus gestis Alexandri Magni libri 8. qui restant de decem.  
Arriani de gestis Alexandri Magni.  
Turpini, Eguinardi, & Acciaiolii de vitæ Caroli Magni, priores ætate Caroli Magni, tertius anno 1490.  
Platina de vitis Pontificum Romanorum à Petro vsque ad Sixtum IV. & annum Christi 1472. 1480  
Pauli Aemilij liber de vitis Gallorum Regum. Vide vbi supra de Gallica historia.  
Ioannis Bracelli de claris Genuensibus.  
Xenophontis de factis, & dictis Socratis.  
Philonis de vitæ Mosis.  
Othonis Frisingensis de gestis Friderici Aenobarbi.  
Staphylj de gestis Caroli Quinti.  
**C** Auctores, qui vitas Sanctorum, & Sanctorum scripsere, in Bibliotheca sacra nostra recensiti sunt.  
Io. Cuspiniani liber inscriptus, Imperatorum & Cæsarum vitæ imaginibus ad viuam effigiem expressis, quandiu emendatus non prodierit, ab Apostolica sancta Sede prohibitus est.  
Campanus de gestis Branij.  
Ioannis Garzonij historia Bononiensium.  
Pauli Perusini historia Genuensium.  
Mileti historia de Pistoriensibus.  
Gabrielis Vencarij Annales Venetorum.  
Gregorius Priscianus de Antiquitatibus Ferrariæ. Guilelmus de Podio.  
Mainardi Episcopi historia Imolenfis.  
Guido Presbyter Rauennas de Italia Ciuitatibus.  
Petrus Bembus de vitæ Guidi Vbaldi, & Bartholomei Colleonis.  
Simonetta de Francisco primo Duce Mediolani.  
Tigrinus de vitæ Castrucij.  
Iulianus Gosellinus de vitæ Ferdinandi Gonzagæ.  
Lucas Contilis de vitæ Cæsaris Neapolitani.  
**E** Capellus, & Sigonius de Andrea Auria.  
Pauli Iouij septem libri, quibus ponit Elogia virorum bellica virtute præstantium. Deinde liber virorum litteris Illustrum: denique duo Tomi vitæ Illustrum virorum, omnes simul editi anno 1575.



## ARGUMENTVM LIBRI DECIMISEPTIMI.

**D**OST Humanam Historiam, de qua proximè egimus, Poësim & Picturam sequente libro coniunximus; tum quod æqua vtriusque sit potestas; tum ne essent iterandæ de pietate cautiones, ac monita: non interea nescij, Picturam, sicuti & Plasticam, ac Glyphicam, quod ad proportiones, linealq. ducendas, atque ad aptissimos colores inducendos pertinet, eas potissimum ab Arithmetica, & Optica mutuare complura; vt sine illis haud posse profici eximij Pictores antiqui dixerint. Accedit, quod tota vis Poëseos, atque Picturæ duobus absoluitur docendo, & delectando; quodq. Poësis efficit narrationibus, episodijs, encomijs, tropis, & eiusmodi alijs; idem Pictura facit; quæ coloribus vtens, ex ipsis rebus, aut quales hæc esse deberent, capeffit notiones, quibus lineamenta, lucem, vmbra, recessus imitatur. Vtraque item, quidquid vbique præstantissimum reperit, id è multis in vnum, quod sibi proposuerit, transfert: vt non tam à personis, aut à natura didicisse, quam potius his dare leges posse videatur. Quamobrem æquum erat, ne dissociarentur, quæ tot symbolis persimiles, ac quasi nexibus aptæ essent inter sese. Nos igitur, quæ de ijs pro huius Bibliothecæ instituto tractanda sunt, in hæc capita distinximus.





## CAPITA LIBRI DECIMISEPTIMI.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1 Quinam de Poetica scripserint seu Græcè, siue Latine.</p> <p>2 Quinam hoc saculo de Poetica scripserunt Italica lingua.</p> <p>3 Poeticæ Origo, Diuisio, Vtilitas. Ac num Poetæ vocandi sint, qui de naturalibus, aut supranaturalibus; vel item de moralibus historice, sed carmine scripserunt.</p> <p>4 Vfus qualis, ac fructus è Poetis Ethnicis. Ad duntur cautiones.</p> <p>5 Exempla è Patribus, qui Poetarum Ethnicorum testimonijs vsi, Ethnicos oppugnarunt.</p> <p>6 Poetarum Græcorum antiquorum distinctior expensio: ac quenam ratio sit eis vtendi, ac primò de Homero.</p> <p>7 De Orpheo, &amp; Musæo.</p> <p>8 De Hesiodo.</p> <p>9 De Theocrito, qua occasione agitur de Eclogis tam ipsius, quam Virgilij, &amp; aliorum, ac de noua Eclogæ specie magno cum iudicio, vti &amp; pietate scriptæ.</p> <p>10 De Pindaro, &amp; alijs Lyricis Græcis.</p> <p>11 De Callimacho.</p> <p>12 De Phœcyliæ.</p> <p>13 De Latinis Poetis Epicis antiquioribus, ac primum de Ennio.</p> <p>14 De Lucretio Carv.</p> <p>15 De Virgilio, vbi de recto eius vsu.</p> <p>16 Alia obseruatio de recto Virgilij vsu. Cento quid sit: ac centonum quedam exempla eximia.</p> | <p>17 De ipsa Epopeia, deq. Epicis Poematibus sacris.</p> <p>18 De Ode, siue Lyricis versibus: vbi primum de Horatio, mox de sacris.</p> <p>19 De Epigrammate.</p> <p>20 De Elegia.</p> <p>21 Elenchus aliquot celebriũ Poetarũ, qui vel de rebus sacris, vel saltem haud obscenis scripserunt. Quine de recto poeseos vsu egerũt.</p> <p>22 Macarij Mutij Camertis libellus de recta Poeseos ratione; qui abhinc centũ circiter annos scripsit; eiusq. triumphus Christi ascendentis in Cælum carmine heroico descriptus.</p> <p>23 Pictura similis Poeti. Eius finis. Præsidia ei vnde.</p> <p>24 Quinam pingendi præcepta tradiderint Antiqui, &amp; Recentes.</p> <p>25 Ioannem Andream Liliũ, &amp; Bartholomæum Ammanatum Architectum, &amp; Sculptorem Florentinum alia de recte pingendis imaginibus præcepta tradidisse.</p> <p>26 Vnde Artifices Christi Domini patientis, &amp; Martyrum tormenta scitissime, ac magnæ cum merito possent exprimere.</p> <p>27 Rationes, cur Pictoribus, ac Plastis, si salui esse velint, abstinentum sit à pingendis imaginibus, &amp; efformandis statuis; quæ lasciuiam, vel falsorum Deorum memoriam renouent; quæve turpes amores, atque insanias, aut ineptias Christiana Religione indignas sapiant.</p> |
|---|---|



ANTO-



A N T O N I I  
P O S S E V I N I  
S O C I E T A T I S I E S V  
B I B L I O T H E C A E S E L E C T A E  
L i b e r D e c i m u s s e p t i m u s .

Qui est de Poesi, & Pictura ethnica, humana, & fabulosa,  
collata cum vera, & sacra.



QVINAM DE POETICA SCRIPSERUNT  
seu Græcè, siue Latine. Caput Primum.

**A** POESEOS Originem, ac poematum per genera, & modos diuisionem: Materiam item, quæ ad pedes pertinet: præterea Partitionem eorum, ad quæ referuntur personarum expressio, ceteraq. peristafes, ac virtutes Poetæ; nimirum prudentia, efficacia, siue energia, varietas, suauitas. Figuram quoque, ac figurarum species. deinde Characterem, hoc est formã dicendi multiplicem. addo & Imitationem, atque Iudicium; Et Græcorum cum Latinis, atque horum cum ijs, qui Italica hodierna lingua scripserunt Collationem: quæ

**B** ve reliqua ad Poeticæ vtilitatem, iucunditatem, ac dignitatem spectare videbantur; Plato, Aristoteles, Horatius, quiq. in eos commētaria ediderunt, Hieronymus item Vida, sed & Pontanus, Marantha, Parthenius, Micyllus, & alij, de quibus dicendum est postea, tractarunt. Sanè vero Bartholomæus Lombardus Veronensis præfatione in Aristotelis librum de Poetica ad Academicos Inflammatos: quæve alia in eundem librum, vnà cum Vincentio Madio commentaria adiecit: Quæ item Madius hic in Poeticam Horatij, & Alexander Piccolhomineus in Poeticam Aristotelis scripsit, plura suppeditant, quæ huc faciunt. Sed & Lilius Gregorius Gyraldus Ferrariensis, cum historiæ Poetarum tam Græcorum, quàm Latinorum Dialogos conscripisset, ex quibus scripta, & vitas eorum expressit, addidit iudicium de Poetis: de quibus item Andreas Tiraquellus egit, vti de alijs solet: Accessit denique Latina Iulij Cæsaris Scaligeri Poetica, spissum sane opus, &

z 2 sagacis

Videndus expurgatus Index Hispanus vbi de Lilio Greg. Gyraldo. Andreas Tiraquellus vbi de nobilitate.



sagacis ingenij, atque ingentis in viro eruditionis argumentum, quemadmodum priore libro Bibliothecæ nostræ Selectæ diximus. Veruntamen concoquenda erant multa; de quibus eodem loco planius actum est; quem rogatos velim Lectores, vt diligenter perlegant.

At etfi Basilius, ac Plutarchus Græci Auctores, Christianus ille Theologus; Ethnicus hic scriptor; ea ratione, qua ceteri, de Poetica non scripserunt: ea tamen in legendis Poematibus prophanis præcepta, & monita tradidere, vt nemo Poetas lecturus, vel expositurus, præcipua quædam ex illis prætermittere debeat: Quæ vtinam tanquam antidota propinarentur adolescentibus, antequam ad venena, quæ in plerisque Poetis latent, accederent.

Greg. Nazianz. quam materiam delegit ad possim.

Quin & Gregorius Nazianzenus, cum re ipsa, qualia essent pangenda carmina, summus videlicet Theologus, atque Poeta monstrasset, paucis, sed sæcundissimis carminibus, quænam, & quanta Christianis ingenijs materia Poeseos se offerret, sic innuit. Organum Dei sum, ac bene modulatis carminibus Dei, quem omnia contremiscunt, laudes cano; cano inquam, non Troiam, non Argonautas, non aprinum caput, non celebrem Hercule, non quomodo aptissima compage terra cum mare cohercat, nõ gemmarum splendorem, non cælestium orbium cursum, non furiosos amores, non eximiam iuuenum, lyram prioribus digitis molliter pulsantium, formam. Verum Deum illum magnum, Trinitatisq. lumen cano, magnosq. Angelorum hymnos, quibus propius stantes certatim mecum celebrant, cano etiam Mundi concentum, & quidem præsentis vitæ concentum longe præstantiorem, quem omnibus rebus ad vnum finem properantibus auide expecto. Cano insuper immortalẽ Christiani passionum gloriam, quibus me humanam formam cælesti admiscens Diuinitate affecit.

Sacerdoti nullus edendus sonus, qui à concentu Diuino discrepet.

Mixtionem meam, & temperationem cano; neque enim creationis meæ ratio vllõ sermone pro dignitate explicari potest, quove pacto ex cælesti, & terrena natura concinnatus sim. Hominibus postremo Dei legem, Mundiq. facinora, ac consilia, reiq. vtriusque fidem cano, vt nimirum, & illa animo tuo condas, & ab his quàm longissimè fugias, diemq. aduentantem extimescas. Hæc sunt, quæ lingua mea cytharæ cuiusdam instar modulatur. Quò magis nobis, qui sacerdotij munus obimus, prouidendum est, ne quem vllum sonum edamus, qui ab huiusmodi concentu discrepet. Equidem ipse puris sacrificijs, quibus magnum illum Regem mortalibus concilio, puram linguam seruabo: Neque enim committam, vt ab aliena lingua, scædaque, atque obscena mente viuificum illud sacrificium purissimo Deo mittã. Ex vno eodemq. fonte non simul & dulcis, & amarulenta aqua scaturiet: purpureæ vestis cænum minimè conuenit. Quid enim? Nonne sacerdotis filijs ignis alienus olim exitium attulit, quòd sacrificio manus suas impunè admouissent? nonne sacrosancta Dei Arca mortem ei ac-

cerfuit, qui labantem, & inclinatam contrectaret? His exemplis commoueor, grauissimèq. vereor, ne quid mihi mali puram Trinitatem impurè attingenti diuinitus accidat. Atque vtinam sceleratam quoque mentem dies multos huc, illucq. temerè vagantem velut fræno quodam propius ad metam cogere, atque inflectere, aut certè à fraude, & impostura omnino liberam in pectore retinere liceret. Hæc (Græco licet crimine) Nazianzenus.

Veruenimvero multis antea sæculis Moses, & David eadem cecinere, qui & Poetices materiam vberimam verissimam, sublimè, dignam mentibus, quæ à Deo factæ ad Deum anhelant, posteris reliquerunt: Quæ si, vt secundo libro Bibliothecæ Selectæ scripsimus, cum omnibus Epicis, cumq. Pindari Epinijs, quæ ille inscripsit Olympionica, Nemeonica, Pythionica, conferantur; nemo non viderit, quàm ista meras sapiant nugas, & ineptias præ Diuinis illis, ac iucundissimis laudibus, quibus imbuendũ essent adolescentum animi, priusquam falsis Poetarum fabulis, ac somnijs oppleti, locum deinde aut angustissimum, aut nullum cælestibus, quæ altissime animos attollunt, & pasunt, mysterijs linquerent.

Sed & ineunte hoc sæculo Macarius Mutius Camers aureum emiserat libellum de ratione scribendi Poemata; quem denique diu delitescentem, ac pene ex hominum memoria penitus sublatum huic nostro labori adtexuimus, dignissimum quidem, qui legatur ab omnibus.

Atqui & plures ante annos quàm hic ad nostras manus perueniret, à Laurentio Gambara Brixiano Poeta rogati, vt eius nomine tractationem de recta Poeseos ratione scriberemus, assensimus: quæ quoniam sæpe è Typographijs Romana, Lugdunenfi, Veneta prodijt, eiusque partem primo huius Bibliothecæ lib. inferuimus, inde multa peti poterunt, quæ huc spectant.

Moses, & David que nam cecinerunt.

Macarius Mutius Camers.

Lib. 1. Bibl. Selectæ. cap. 25.

Quinam

Quinam hoc sæculo de Poetica scripserunt Italica lingua. Caput II.

Ant. Minturnus. Io Bapt. Giraldu. Io Bapt. Pigna. Franciscus Patricius. Ludouicus Castelleuius.



Nter eos vero, qui & Italica ho dierna lingua, & soluta oratione de Poetica scripserunt, numerantur quattuor, Antonius Minturnus, Ioannes Baptista Giraldu, Io. Baptista Pigna,

Franciscus Patricius. Ludouicum Castelleuium haud addimus, nisi quatenus concessu Apostolicæ Romanæ Sedis alicui legere licuerit expurgatum: quemadmodum Indice prohibitorum librorum nouissimo admonemur: Qui etiam si legi possit, expedit, vt quæ Annibal Charus aduerfus eundem Castelleuium scripsit primò percurratur.

Sed ad Minturnum quod attinet, præcepta ille Heroica, Tragica, Comica, Satyrica, & aliarum Poeseon etiam Italicarum tradidit. Franciscus autem Patricius accurate, erudite, fideliter historicam Poetarum decadem de origine, ac progressibus Poeseos sic edidit, vt primo libro egerit de furore Poetico. Secundo: num Poesis orta sit è causis ab Aristotele allatis. Tertio: num Poesis sit imitatio. Quarto: num Poeta sit imitator. Quinto: num Poemata scribi possint oratione soluta. Sexto: Num fabula magis, quam versus sit propria Poetæ. Septimo: num Empedocles maior Homero, Poeta fuerit. Octauo: num ex historia possit Poema formari. Nono: num antiqua Poemata constabant harmonia, & rythmo. Decimo: num sint plures imitationis modi: quibus expendit, quæ sibi fuerant obiecta: quæue ad Torquati Taxi Poema Italicum de Hierosolyma recuperata, siue de bello Syriaco pertinent.

Poetices Origo, Diuisio, Utilitas. Ac num Poetæ vocandi sint, qui de naturalibus, aut supranaturalibus, vel item de moralibus historicè, sed carmine scripserunt. Cap. III.

Plato in Ione.



Lato in Ione Poeticam Diuino cuidam tribuit Numini: quã obrem artem esse negat, quasi non tam industria, & labore, quàm Diuino afflatu comparatur. Ea vero, quoniam res, non tam imitari, quàm facere videtur: (vnde & nomen ποιητῆ τοῦ ποιῆν accepit) addat autem ficta veris: vel fictis vera imitetur: deinde item, quoniam maiore ornamentorum apparatu, quàm Rhetorica, propositam sibi materiam explicat; ab eodem Platone species Rhetorices futatricis in Gorgia esse dicitur.

ORIGO Poetices. Cur Poetica sic dicta.

ἱστορικῆς κομμωτικῆς.

Aristoteles autem naturalem quidem dicit esse Poeticam, sed quæ arte iuari queat, & perfici. Sed & cum dicit, Poetarum aliquos à natura esse bene formatos: nõ negat tamen aliquos à mente abstrahi tanquã furore per-

citò. Id quod postea planius Cicero, vt solet, pronunciauit, cum scripsit; Poetam neminem sine inflammatione animorum existerẽ posse, & sine afflatu quasi furoris.

Pindarus in eo se gloriatur aduerfarijs Bacchylide nimirum, & simonide esse superiorẽ, quòd ipse natura Poeta sit, illi autem didicerint à Magistris, in quo tantum esse vult, vt eo potissimum nomine, se aquilæ, illos coruorum similes esse dicat:

Σοδοῦ (inquit) ὁ πάλαι παρρησιαῖα, κόρακες ἄς καὶ εἰδᾶς οὐκ ἄμυρνα τὰρ ὑπέταν μαδόντες δὲ καὶ βροτοῖ Διός. πρὸς ὄρνιθα δέιον.

At rursus Plato quemadmodum varie sunt imitationis species, sic varias Poeticas facit. Veram alteram, quam εἰκαστικὴν: alteram falsam, quam φανταστικὴν, hoc est phantasticam nominat. Veram inquam illam, quod honesta docendo delectet; quippe quæ veretur in materia laudabili: falsam autem, quæ obscæna, & vitiosa in animos hominum suis illecebris infillet: quam propterea idem Plato è sua Repub. exterminare visus est. Nos de vera, deinceps de falsa dicemus.

Primum igitur se offert Diuina Poetica, cuius ante omnes Sacræ litteræ mentionem faciunt, sicut de Moyse locuti ostendimus. Eius vero Poeticæ qui primum Auctorem faciunt Tubalem, quem Scriptura vocat Patrem fuisse omnium canentium cythara, haud male dixerunt; quamuis & antiquior fuerit, quemadmodum euicimus, vbi Scaligerum Piero Macedoni Poeticæ originem tribuentem refutauimus. Sacram porrò attentarunt imitari Orphæus, Musæus, & alij Græci antiquiores: sed vt liquidam cælestium rerum notitiam nõ hauserant, Poeticam ipsam contaminarunt.

Sequitur Naturalis, qualis inter Ethnicos fuit Empedoclis, Nicandri, Oppiani, Arati, Lucretij, Pontani, Fracastorij, & reliquorum: sed quæ in Lucretio, & Pontano cauenda sint, ea postea dicam.

Naturali succedit Moralis, vt Phocylidis, Pythagoræ, Theognidis, & eorum, qui mox Elencho Poetarum aliquot tam veterum, quàm recentiorum erunt adscripti.

Sub Morali locari possunt, qui æconomica versu conscripserunt, quales Hesiodus, & Virgilius suis Georgicis: quive Politica siue ciuili, vt Solon, Tyrtaeus, & reliqui: Deinde qui varia illa persecuti sunt Epica, Lyrica, Comica, Tragica, Epigrammata, non ableganda, si ad virtutem inducant, vitiosa nõ admittant.

Hic vero litem non fecero, num ij Poetæ sint, qui argumenta rerum naturalium, vel Geographica, vt Dionysius de situ orbis, vel qui Columbeidem, hoc est Christophori Columbi nauigationem; vel historica, quemadmodum Lucanus, carmine sunt persecuti. De his enim cum agitata res sit ab ijs, qui de Arte Poetica scripsere, tum in sententiam Dionysij Lambini dudum est, cum descendi,

Cic. 2. de Oratore.

Diuisio Poetices.

Plato lib. 10. de Repub.

Diuina Poesis.

Lib. 1. Bibl. Selectæ. cap. 25.

Naturalis Poesis.

Moralis Poetica.

Æconomica, & Politica Poesis.

Poetica Epica. Lyrica. Comica. Tragica. Epigrammata.

Num veri Poetæ dici possint, & historica, vel naturalia, & alia Philosophica scripserunt, carmine.

Dionysij Lambini sententia.

qui in Epicis non eos tantum numerandos esse dicit, qui res fortites, & preclare gestas, bellaq. cecinerunt, ut Homerus, Apollonius, Ennius, Varius, Virgilius, Lucanus: aut qui de agricultura scripserunt, ut Hesiodus, aut qui de piscibus, & venatione, ut Oppianus: verum etiam, multoq. adeo magis eos, qui rerum causas occultas, atque a natura inuolutas longis versibus explicarunt, ut Empedocles, & Lucretius: & qui de affectibus animi comprimendis, de virtutibus expetendis, de vitijs fugiendis heroico carmine præcepta reliquerunt, ut Pythagoras, ut Phocylides, ut Horatius. Nam cum è rerum naturalium cognitione, morumque, ac virtutum explanatione homines efficiantur, nescio quomodo, maiores, atque elatiores: & cum ex utraque re animi magnitudo contra aduersa, rerumq. humanarum imbecillitatem, fortitudo contra mortis timorem, temperantia contra libidinem, constantia Catholice Religionis contra hæreses comparetur: Poetis autem hoc maximè propositum esse debeat, ut Lectorem reddant meliorem: secundo loco, vt delectent: absurdum sit profectò, eum, qui talia argumenta heroico carmine præ rerum dignitate tractarit, indignum Poetæ nomine iudicari: bellorum, aut rerum rusticarum, & similibus Scriptorem solum in Poetarum numero, catnq. collocari. Magnopere etiam ab ijs dissentit (quamuis graues sint Auctores) qui Empedoclem, & ceteros huius generis scriptores è Poetarum choro sustulerunt, nihilq. eos neque Poetæ propriū, neque cum Homero commune, præter numeros habere pronunciarunt. ijs libentius assentitur, qui illum, & Philosophum præstantem, & optimum Poetam fuisse censuerunt. Non enim poesis imitatione sola, sed numeris, & figuris, & virtutibus poeticis metiendam putat: neque Poetam imitatore quendam statuit tantum, sed ingenio excellentem virum, & mente concitatum, & penè (vt ille dicit) diuinum: verbis porrò non semper vtentem vsitatis, & popularibus, & de medio sumptis, sed interdum, & quidem sæpius nouatis, præcis, longe arcessitis: res magnas, res admirabiles, res abstrusas, ac reconditas in lucem proferentem. Denique ei, cui sit ingenium, cui mens diuinior, atque os magna sonaturum, dat nominis huius honorem, vt iubet Flaccus.

Primo loco debent Poetæ homines facere meliores: deinde delectare.

Lambinus rectè putat Poetam non esse imitatione sola metiendū.

Quæ requirantur in Poetæ.

Os magna sonans Poetæ debet esse.

Dauid, & alij Psalmographi veri Poetæ.

Poemata fabulosa veras esse fabulas. Aristoteles asserit Poetas multa mentiri.

Ceterum honesta omnis Poeseos ingens utilitas est, atque ad res ediscendas percommoda: vt vera dixerit, qui eam adolescentis animi nutricem, & alumnam vocauit. Certè ipse carminū fluxus, & numerus, vt animum allicit, sic memoriæ hæret, variaq. iucunditate mentem permulces facit, ne penè vnquam ea, quæ rectè percepit, obliuiscatur. Quin & incitat ad laudanda Dei opera, magnoq. est ad remissionem curarum leuamento. Quæ quoniam duabus Orationibus, quæ sunt sexta, & septima Franciscus Bencius noster elegæter, ac piè est persecutus, Lectorem ad illum remittimus, cuius extant viginti duæ orationes, Romæ editæ. Quin & ex Poetarum, & aptum comparatione, quam M. Antonius Muretus lib. 8. cap. 1. variarum lectionum argutè, ac doctè attulit utilitatem ipsius Poeticæ, vnusquisque intelliget. De qua item Petrus de Valentia in Benedicti Ariæ Montani hymnos, & sæcula hoc ipso anno breui præloquio fatis cordatè scripsit.

Honestæ Poeseos laus.

Poetarum, & Apri comparatione, vide in M. Ant. Mureti lib. 8. c. 1. variarum lectionum. Ariæ Montani hymni editi Antwerp. 1593.

Vfus qualis, ac fructus è Poetis Ethnicis. Adduntur cautiones. Cap. IIII.

**H**D vero ante omnia fatendum est, è plerisque Poetis Ethnicis multa intelligi posse, quæ ad rerum naturas vestigandas, & ad mores efformandos pertinent: Stylum item, ac verborum proprietatem siue Græcæ, ac Latinæ; siue aliarum linguarum ex ijs posse comparari: delectum tamen eorum habendum, & cautiones omnino adhibendas, quas ipsimet Ethnici, sed altius, atque solidius Patres hac de re docuerunt. Earum vero prima hos, qui sequuntur, auctores habeat.

Quod facere (inquit Isocrates) duxeris esse turpe, ea existima ne pulchrum quidem esse dicere. Idem Persæ, vt ait Herodotus, obferuabant.

Isocrates ad Demonicum. Herodotus lib. 1.

Ac Iuuenalis inquit: Satyra 14. Nil dictu sedum, visusq. hæc limina tangat, Intra quæ puer est: procul hinc, procul ite puella, Lenonum & cantus pernoctantis parastri, Maxima debetur puero reuerentia, si quid Turpe paras. Nec tu pueri contempseris annos, Sed peccaturo obsistat tibi filius infans. Eodem spectant, quæ Ouidius cecinit.

Iuuenalis.

Eloquar innuitus, teneros ne tange Poetas, Submoueo dotes impius ipse meas. Callimachum fugito, non est inimicus amori, Et cum Callimacho tu quoque Cœe noces, Me certe Sappho meliorem fecit amica, Nec rigidos mores Musa Thaleia dedit. Carmina quis potuit tuū legisse Tibulli? Vel tua, cuius opus Cyrtbia sola fuit? Quis potuit lecto durus discedere Gallo? Et mea nescio quid carmina tale sonant. Plutar-

Ouid. lib. 2. de remedio Amor. ris.

Plutarchus Opus. quomodo legendi sunt Poetæ.

Plutarchus certe homo, licet à nostra religione alienus, monet haud minus paratos esse debere, qui Poetas legunt, quàm qui ad vitandam ebrietatem de collo pendentibus ametystis lapidibus vtuntur. Quemadmodū enim (inquit) ad vrbs expugnationem, reliquis alijs obferatis, fatis vna est, quæ pateat porta, qua hostes irrumpant, ita custoditis sensibus, si ipsa tantum aures falsa, turpiaq. excipiant, summam afferunt perniciem menti, cuius prope sedem locati sunt. Quamobrem & perito Duce opus esse ait, & inter tot fabulas, atque commenta, quæ tumultu omnia opplent, mētemq. è proprio quasi deturbant loco, cautissimè incedat oportet quifquis salutis suæ serio curam gerit.

A defendantur, impietas accusetur, non nonis identidem scriptis religione vera obfcurata mendacium illustretur.

Et sanè, vt strenui militis est suis ipsius armis ferire hostem, ita (quemadmodum S. inquit Gregorius Nazianzenus) prudentis est viri efficere id, quod in venenatis quibusdā, & reptilibus feris accidit, quarum carnes vtiliter ad salutem pharmacis, & remedijs admiscuntur. Sed vt grandis est prudentiæ aurum in luto quærere, ita nec probi, nec iudicio rectè vtentis est hoc moliri, priusquam sanctorum Scriptorum libros euoluimus, quibus edocemur, qua ratione ea tela ex hostium manibus extorquenda sint. Nam vt qui venena tractaturi, nisi prius antidotis sese præmuniant, quiq. ad bellum profecturi sunt, nisi antea sibi arma comparent, præcipites, atque imprudentes iure existimantur, ita ad impiorum dogmata, fabulas, portenta, impudicos amores perlegendos, vt imparati accedamus, iudicet is, qui verè prudens sit, quantè prudentiæ fuerit.

Sebesium nostrum. Io. Damasc. lib. 4. de fide orthodox. cap. 18. Tertul. lib. apologet. cōtra Gentes. Iustin. Protreptico, seu admonitorio contra Gentes. Euseb. Caes. de Praepar. Euang. Theodor. Cyren. de curat. affect. Græcarum. Hier. ad Latā ep. 7.

Hieron. in Psal. 77. Verba quædam Poetarum magis portenta quæ verba.

Lib. 1. Bibl. Selectæ c. 25.

Eadem fermè repetit, cum alia illa verba expendit. Et ranam, & disperdit eos. Quin & Damaso scribeas, absit, inquit, vt de ore Christiano sonet, Iuppiter omnipotens, & mehercule, mecastor, & cetera magis portenta quàm verba.

Quæ cum vnà, cum alijs dixerit Vir sanctus Augustinus, ea primo lib. attulimus, vbi torrentem Tartareum Poetarum istorum lectionem vocat.

Deteriores denique esse perniciosissimos lenonibus non desuere, qui dixerint Poetas, quod isti & libera fronte, & continent illibera animos è statu dimouent honestatis.

Secunda cautio.

Clem. Stromat. lib. 6. S. Basilius, quomodo legendi sunt Poetæ. S. August. lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 20. Niceph. li. 10. c. 26. Clem. Stromat. lib. 6. Cyril. li. 3. aduer. Iulianum.

Adde. Patres antiquos (si quis illos obiecerit) tum Græcos, tum Latinos diligenter volutasse Poetas Ethnicos: ad ite, vt non tam inde elegantiam dicendi addiderent, quàm vt gentilium errores confutarent: nam cum suum quoddam Græci habuerint naturale testamentum, nempe vnus Dei cognitionem, quam illis Deus apertam exhibuit, ex eorum illos testimonio potuere conuincere; quod (vt Cyrillus ait) Græci contra ineffabilem gloriam Omnipotentis scelestum figmentum composuerunt, ac quodam quasi laqueo animas simpliciorum illaqueantes, quem cognouerant Deum, non vt Deum glorificauerunt, sed partim metu, partim veritate in iniustitia detinentes, euauerunt in cogitationibus suis. Sapientiam Dei proinde, quæ iustissimè illos deseruit, ita fuisse iustificatā. Quare sicut Hebræi vasa argentea, & aurea mutuatū sunt ab Aegyptijs ad eorum expolationem, ac submersionem; & Dauid de latere Goliz superbiissimi gladium eripuit ad eum necandum; ita ex eorum quasi armamentario, quæ quidem iure nostra sunt, tela sumuntur, vt eorum errores oppugnentur, non

Rom. 1. Luc. 7. Exod. 12. S. Aug. de Doctr. Christiana. S. Hieron. in epistola ad Magnū Oratorē, cuius intitu.

Tertia cautio.

Denique aio confici posse absolutionem apparatus, quàm qui hætenus prodierit: in quem etiam multa conferantur ex obfœnis Poetis haud obfœna, citra Diuini honoris offensam, & citra pietatis iacturam. Is autem apparatus qualis, & quātus esse debeat, à nobis monstratum est libro primo Bibliothecæ Selectæ præter illa, quæ hac de re potestremo huius libri capiti inferuimus.

Lib. 1. Bibl. Selectæ cap. 25.

Exempla è Patribus, qui Poetarum Ethnicorum testimonijs vsq. Ethnicis oppugnarunt. Cap. V.



Nonam autem modo ex Ethnicis Poetis ad vnum Deum indicandum, plures autē Deos reijciēdos imitati Apostolum tum Clemens Alexandrinus, Eusebius, Theodoretus, & alij; tum Iustinus ex Homero, Aeschilo, Philemone, Orpheo, Pythagora, Sophocle, Euripide, Menandro ostenderint, & sequentibus liquebit. vt si versus quos adijciemus, separatim, quasi è luto exemptæ gemmæ ob oculos ponantur, eisdem Poetis ad vsum rectè adhibendis, ac quasi ad eas gemmas in auro concinnandas, possint idem Iustinus, & reliqui Patres esse tuti scholiastæ, atque (vt ita dicam) opifices.

Prima cautio ex anti quis Patri bus. Iustin. marty. lib. de Monarchia & serm. ad Græcos.

Patres quomodo possint esse scholiastæ Poetarum ethnicorū.

Afferam exempli causa paucos versus è Sophocle, atque Philemone, ex quibus idem Græcos oppugnat, probans vnum esse Deum.



ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.

ὄντι τὰς ἀληθείαισιν εἰς ὅτι θεός.

ὅς οὐρανὸν τ' ἐπέδρασε, & γῆν μακρὰν, πόντου τε χαροπὸν οἶδμα, κἀνέμων βίας. θνητοὶ δ' ἐπολλοὶ καρδίαν πλανώμενοι ἰδρυσάμεθα πημάτων παραψυχάς, θεῶν ἀγάλαματ' ἐκ λίδων, ἢ χαλκίων, ἢ χρυσοτύκτων, ἢ ἐλεφαντίνων τύπους. Δυσίας τε τοῖσι, & καλῆς πανηγύρεος τεύχοντες, ἔτιως εὐσεβείῃ νομίζομεν. hoc est.

SOPHOCLES.

Vnus verè, vnus Deus est,

Qui Calum condidit, amplamq. Terram, Amanosq. fluctus maris, & veterū impetus. Sed nos multi mortales, corde errantes, Ereximus malorum Solatia, Deorū simulachra, ex lapidibus, & lignis, Aut aureorum, aut eburneorum figuras, Hisq. sacrificia, & pulchros conuentus Peragentes, putamus nos esse pios.

Falforum Deorū simulachra vnde inueſta.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.

Ἐσα γὰρ ἔσαι κείνος ἀνών χρόνος, ὅταν πυρὸς γέμοντα θησαυρὸν χάσῃ χρυσοπὸς εἰδήρῃ, ἢ δὲ βοσκὴ θεῖσα φλόξ ἀπαντα τ' ἀπίγῃ, καὶ μεταρσία φλέξῃ μανείσα. ὅταν δ' ἐκλίπῃ τὸ πᾶν, Φρεδὸς μὲν ἔσαι πυμάτω ἀπας βυθὸς, γῆ δ' ἰδρυσίων ἔζημος, ἢ δ' ἀρ' ἐπ' ἠέρωτα φύλα βαςάσῃ πυρρμένη. καὶ γὰρ κατ' ἄδλω δ' ὄριβας νομίζομεν, μίαν διγύων, καὶ ἀτέραν τῶν ἀδύων. hoc est.

Dies Iudicij extremi prædictus à Sophocle.

Erit enim, erit illud seculorum tempus, Cum plenum ignis thesaurum laxabit Igneus ather, passuq. flamma Omnia & terrestria, & sublimia Cōburet insaniens. Vbi deinde deserint oīa, Nusquam erit fluctuum omnis gurgis, Eritq. Terra sedibus deserta, nec amplius Volucrum genus portabit dum ardebit. Nā ad Inferos duas semitas existimamus, Vnam iustorum, alteram iniustorum, Eritq. terminus, deinde seruabit omnia, que perierint.

ΦΙΑΗΜΟΝΟΣ.

Ὅτε σὺ τὰς θανάτους ὠ Νιμῶρατε ξυφῆς ἀπάσης μεταλαμβάνοντας ἐν βίῳ, καὶ γῆν καλύψεις, ὡς ἄπο τῆ πᾶντ' εἰς χρόνον πεφύργμα τὸ θεῖον ὡς λεληθότατος;

ἔσαι θύκεις ὀφθαλμοῦ, ὅς τὰ πᾶντ' ὄρα. εἰ γὰρ ὁ δὴκμος, καὶ ἀσεβείας ἔξουσιν ἐν, ἀρπαλ' ἀπελθῶν, πλέπ', ἄπο εἰρή, κύκλα. μηδὲν πλανηθῆς, ἔσαι κἀν ἀδύ κρισίς, ἢν περ ποίησ' θεὸς ὁ πᾶντων Δεσπότης, & τοῦτομα φοβερόν ἐδ' ἀδ' ὀνομάσαιμ' ἐγὼ. hoc est.

Putasne tu mortuos, ὁ Nicostrate, Omnibus diuitijs in vita positos, Terra ita tectum iri, ut deinceps in omne tempus

Effugerint numen tanquam latuerint? Est æquitatis oculus, qui omnia videt. Si enim iustus, & impius eadem conditione futuri sunt, I, rape, furare, fraudā, misce. Errare noli, est & apud Inferos iudicium, Quod faciet Deus omnium Dominus, Cuius nomen formidabile ne nominare quidem ausim.

PHILEMONIS de oculo Dei omnia cernentis, & rectifime mortuos quosque iudicantis.

Et vero nil prohiberet hos versus (sed ab alijs secretos) docere pueros, ut scirent, quid deinceps Ethnici illi effutuerint de suis dijs, id vel Magistratus metu, vel peccatis aciem mentis obcæcantibus eos scripsisse.

Neque item obefset si addicerent, quæ ipfimet Poetæ Ethnici aduersus se ipsos scripserunt in derisum falforum Deorum, aut in Poematum obscenorum iniuriam. Qualia illa sunt Callimachi, de quo alia paulo post afferemus. cū enim dixisset velle se canere Iouem dantē cælitibus iura, illic dubitat cuias ille sit. Inquit autem & Iouis genus esse cōtrouersum, & Cretes semper fuisse mendaces. Ait autem.

Admonitio.

Πῶς καὶ νιν, Δικταῖον ἀείσομεν, ἢ ἐ Λύκαμον; ἐν δ' οἴῃ μάλα θυμὸς. ἐπεὶ γὰρ ἀμφήρισον Ζεὺ σὲ μὲν ἰδ' αἰοισιν ἐν ἔρσι φασὶ χυεῖσθαι Ζεὺ, σὲ δ' ἐν Ἀρκάδιῃ, πότερον πᾶτερ ἐφεύσαντο, Κρήτες αἰεὶ ψεύσαι. & cet.

Latinè autem sic.

Sed quid? Dicteū cantabimus, anne Lyceum? Hic mihi mens heret, quia disceptatur origo. Iuppiter, Idæis memorant te montibus ortum, Ast alij Arcadicis. mentiti sunt, Pater, utri? Creta vsque est mendax.

At cum Paulus testimonium huius aduersus ipsos Græcos retorferit, videt Christiana mens, quatenus Poetarum illorum testimonio interdum vtendum sit. Quin etiam cum ipse Apostolus dixerit. Qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit; Callimachus autem hoc ad falsos Deos, atque ad Phæbū referat, intelligitur, quinam apud Christianos debeat esse vsus istiusmodi Poetarum.

Pauli testimonij ex Callimacho.

Neque

Neque vero satis habuit Callimachus, qui Iouem ita irriserit, sed eodem hymno veteres Poetas mentitos esse aserit, qui Saturni filijs tria Regna Cæli, Maris, Inferni forte tri buerint. Inquit autem sic.

Δίωμοί δ' ἐπάμπαν ἀληθείας ἦσαν αἰοῖοι φάντο πάλιν Κρονίδησι δὲ βίβρα δώματα νεύμα.

τὴς δὲ κ' ἐπ' ἐλίμπω τε, καὶ ἀδὲ κληῖρον ἐρύσασα, ὅς μάλα μὴ νεύηρος; ἐπ' ἰσάη γὰρ ἔοικε σήλασθαι. τὰ δὲ πόσον, ὅσον εἴη πλείστον ἔχουσι ἡδ' αἰοῖμιν ἀνόντος ἀ μὲν παποῖθιν ἀκύν. ἢ σὲ θεῶν ἑσθῆνα πάλιο θέσαν, ἔργα δὲ χερῶν σή τε βίβη, τὸ τε κάρτος, ὃ ἐπέλας εἴσαο δὲ φρε θήκας δ' οἰωνὸν μέγα ὑπέροχον ἀγγελάτω. Latinè sic.

Dictaq. prisorum haud sunt veracia Vatum, Saturni hæc natis sortem tria Regna dedisse. Nā Cæli, atque Erebū quisnā comittere sorti, Qui sana sit mēte, velis? nā equalia, que sunt Sors patitur: Verum hæc discrimina plurima sentit.

Mentirer, quæ aures alicuius credere possent. Non sors te Regem Diuum, sed dextera fecit, Visq. tua, & robur solio quod semper adheret Iussisti alituum tua ferri à Principe tantum.

POETARVM GRÆCORVM antiquorum distinctior expensio. & quam ratio eis vtendi, ac primò de Homero. Caput VI.



Am verò Poetas Græcos Ethnicos, qui habebantur principes heroici carminis, & nonnullos alios accepimus Græce (& quidem castigatior) editos simul vno volumine ante quadraginta circiter annos. Ij autem sunt.

Homerus, Hesiodus, Orpheus, Callimachus, Aratus, Nicæder, Theocritus, Moschus, Bion, Dionysius de situ orbis, Coluthus, Tryphiodorus, Musæus, Theognis, Phocylides, Pythagora aurea carmina. Fragmenta denique aliorum, hoc est, quædam ex Elegijs Solonis, quæ continent γνάμας, hoc est, sententias morales. Ex Tyrtao περὶ τῆς πολέμου ἀρετῆς, hoc est, de bellica virtute. Ex Riano, ex Naumachio, ex Panyaside, ex Euphorione, ex Antimacho, ex Orpheo, Ex Lino, ex Mimnermo, ex alijs Callimachi.

Fragmenta vero heroici Poematis Empedoclis extabant quidem manuscripta, at nescio cur adiecta non fuerint: Sane hunc de rerum natura libros scripsisse nemini litteris tincto ignotum est: quin etiam alia, de qui-

bus Pachimerus philosophus in Aristotelis Ethica; Sopronius in ijs quæ de anima scripsit, Simplicius in primum Physicorum fecerit mentionem. Hymnos item naturales conscripsit, sicuti à Menandro est proditum. At cum ab erroribus immunis non esset. palin-genefiam quoque credidisse videtur ex ijs illius versibus, quos Origenes asert in libro philosophumenon.

Χαίρωτ' ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἀμβροτος, οὐκ ἔπι θνητός. ἢ δὴ γὰρ ποτ' ἐγὼ γυρόμενος λούρι τε, κέρος τε θαμνὸς τ' οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἀλός ἔμπορος ἰχθύς. hoc est.

Non ego mortalis vobis Deus ipse, valete. Ille ego qui quondam fueram Virgoque, puerq. Atque frutex, volucerque, & venditus ex mare piscis.

Iam igitur de Homeri origine, & Vita Herodotus; at de vita, & Poesi eius Plutarchus, qui copiosè, ac diligenter de dictione, figuris, coloribus, sententijs, philosophicis eius dogmatibus egit. De Vita item ipsius Dio Chrysofomus: at de Homericis questionibus, hoc est περὶ ζητημάτων triginta Porphyrius Philosophus, atque de Nympharum antro in Odyssæa, scripserunt. E quibus latus patet campus eruditus, & probo tum lingue Græcæ diuitias, tum ea quæ ad mores, vel ad rerum naturam faciunt, indicandi: sed & simul inprimis fecernendi improbum à probo.

Scio autem Eustathium Archiepiscopum Thessalonicensem, qui Homerum interpretatus est Græcè ἐν ταῖς παρεκβολαῖς, ita de Illiade Homeri locutum.

Καὶ ἔστιν ἀληθῶς βασιλικὸν πρᾶγμα ἢ Eustathius in Homero. ὁμήρου ποιήσεις, καὶ μάλιστ' ἡ Ἰλιάς. Καὶ ποιοίμια μὲν τις, καπὼν Ἰλιάδα φησὶ, αὐτὴ δὲ καλῆ πάντος ἔστιν Ἰλιάς, δραματικώτερον μὲν σχηματισμένη δὲ τῆς μονοειδοῦς μὲν, πολυπροσώπε δὲ ἀφηγήσεως, γέμουσα δὲ μυρίων, ὧν αὐτὴς εἴποι, καλῶν, φιλοσοφίας, ρητορείας, στρατηγικῆς δὲ τεχνίας, διδασκαλίας τῆς περὶ ἠθικῶν ἀρετῆς, τεχνῶν ὅλων ποιῶν, καὶ ὁπισθηδῶν. ἔχει τὴς καὶ δόλους ἐπαμνετοῦς ἐκείθεν μαθεῖν, & ψόδων κερδ' αλέων συυθέσεις, καὶ σιωμμάτων εἰμιλ' τητας, καὶ ἐγκωμίων μεθόδους. Φρόνησιν δὲ ἐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅσην περιποιεῖται τὰ προσέχον ἐδέλοντι. Καὶ ὅσα δὲ τῆ ἰσορίᾳ ὁπθωροῦνται σέμνα οὐκ ἀν' εἰδὲ τὴν ὁμήρου τέχνην τῶν ποιῶτων ἀποσερήση τις, τῆς ἀσολυπειρίας, τῆς τῶς ἀποαῶς ἠδύων, τῆς τῶς ψυχῆς ἀμαδύων, τῆς εἰς ἀρετὴν ἐπαίρειν, τῶν ἄλλων, δις ἰσορῶν ἰνδιδουμῆι.

Ei δ'

Ei δ' ὅτι μύθων γέμει, ἐπιπέειν αὐτὸν κίθονος ἔστι τῶν θαυμάσιων. ἀλλὰ πρῶτον μὲν, οὐ πρὸς γέλωτα οἱ ἑμπεδοκλήσει, ἀλλ' ἐννοίων δ' ἑμπεδοκλήσει, ἢ παραπαιδείματα. hoc est.

EUSTATHIUS de Homero.

Et est profectio regium quid Homeri poesis, & præfertim Ilias. Et pœmia quidem ait, malorum Ilias, hæc verò omnis boni est Ilias, Dramatis quidem in modum confecta uniformi, sed plurium constans narratione personarum, sciatens verò omni, quæ quis dicere possit, bonorum genere, philosophia, rhetorica facultate, bona ducendi exercitus arte, virtutum disciplina moralium, artium denique quarumlibet, & scientiarum. Discere quis inde potest & laudabiles dolos, versutiorumq. mendaciorum effugiones, & acerbitates diceriorum, & methodos encomiorum. prudentiam verò dicere vix possit aliquis, quantum pariat attendere volenti.

Quæ etiam historiæ laudabilia inesse videntur, ijs Homericam artē nemo priuabit, multa experientia, aurium delectatione, animorum informatione, ad virtutem excitatione, alijsque, quæ historiā cōficiendo probatur. Quod si quia fabularum plenus est, idcirco nulla dignum admiratione quis putet; primum quidem, non mouent Homericæ fabulæ risum, sed nobilium sensuum vmbra sunt, aut velamina. hæc Eustathius.

Sed & cum Eustathij commentarij ob paucitatem exemplarium, non procul abessent ab interitu; Nicolaus autem Maioranus eos recudi Romæ curasset; præfixit operi Apologiam de Homero fat doctâ, & eruditam, qua quid Plato reuera, quid Aristoteles, quid Strabo, Plutarchus, Dion Chrysostomus, & alij veres: addo item & Patres Basilii, & Gregorius Nazianzenus de Homero ferunt, nõ adeo multis verbis, sed præse explicuit, vindicans illum (vt inquit) ab Homeromastygibus, simulq. docens, cur Poetæ sub fabularum inuolucris, variâ philosophiæ secreta textissent: adiecit quinam lucubrationes siue commentaria in Homerum scripserunt: quorum reliquias quæ extabant Eustathium in suas παραβολὰς, siue decerpta contulit.

Plutarch. lib. quomodo oportet iuuenem Poetas audire.

Eustathius anno 1180. vixit Alex. III. sub Andronico Imp. Græco.

In Eustathij verò commentaria Mattheus Deuarius Indicem confecit, in quem res omnes memoratu dignas contulit, sed & minima quæq. totumq. penè ipsum Eustathium in ordinem concinne distributum, sub vnum quasi aspectum oculorum subiecit.

Encomia porrò Homeri hæc sunt inter alia.

Plato 10. de rep.

Ἐμοί μὲν γὰρ τῶν καλῶν πάντων τούτων τῶν ἑσθίων πρῶτος διδάσκαλος, καὶ ἡγεμὼν γέμεται.

A Plato in 2. de rep. Deorum filios, & Prophetas Deorum vocat Poetas.

In Lyfi Patres, & duces Sapientia.

Plato.

In Ione. ἄμα δ' ἀγαγεῖν ἐπὶ ἐν τῶν ἄλλοις ποιηταῖς δεξιῶν πολλοῖς, καὶ ἀγαθοῖς, καὶ δὴ ἔμαλιστα ἐν ὁμήρῳ πρὸς ἀρίστον καὶ θεοπάτω Τῶν ποιητῶν, ἔτι τῶν τούτου δὲ νομίαν ἐκμανθάνειν, καὶ μόνον τὰ ἔπη ζήλωτόν ἐστι.

In Theæteto, allatis plurium philosophorum nominibus. Τίς αὖ οὐδ' (inquit) ἐπὶ πρῶτος τοσούτων στρατόπεδοι, καὶ στρατηγὸν ὁμηρον δ' ὑνεαπο ἀμφισβητήσας μὴ ἐκπαυγέλαστος γέμεται.

Plutarchus docet in libro περὶ μουσικῆς non solum musicam oblectationem, sed etiam reconditos sensus Homericis versibus contineri: καὶ μὴ μὴ εἰς ὑποθεβέτω, ὅτι πρὸς τέρψιν μόνον χρησιμὴν ὄνησιν μουσικῆν ὁμηρος δεξί τῶν, ἀλλὰ καὶ βαθυτέρως ἔστι νοῦς ἐγκερυμμένος τοῖς ἔποισι.

Democritus, Dione referente, ait. ὁμηρος φύσεως λαχὼν διαζέσεως, ἐπέων κόντον ἐπεκλήρωτο πάντων, ὡς ἐκ τῶν ἀνδρῶν θείας, ἔδραμονίας φύσεως ἔτω σοφῶν, ἔκαλε ἔπη ἐργασάσθαι.

Dionysius Halicarnassæus. Κορυφαῖα μὲν οὐδ' ἀπάντων (ait) ἔσσι ποδοῖς, ἐξ ἑπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσα διχάσας αὐτὸν ὁμηρος λείροισι. πᾶς γὰρ αὐτοῦ πόπος οὐ πρὸς ἀνδρῶν, τὰς τὸ αὐτῆς ἔγλαφυραῖς ἀρμονίαις εἰς ἀπὸν δεξιοποιήσας.

Aristoteles eū Θεωπέσιον appellat. alibi vero. πρὸς γὰρ τούτοις λέξῃ καὶ δὲ νομίαν πάντας ὑπερβέβηκε. & alibi. καὶ ἐδὲν ἀνδρῶν, ἀλλ' ἔχον ἦθος. & alibi. ὁμηρος δὲ γὰρ ἀλλὰ τὸ πολλαῖς ἐπαμείδῃ, καὶ δὴ καὶ ὅτι μόνος τῶν ποιητῶν οὐκ ἀγνοεῖ, ὁ δ' εἰ ποιεῖν αὐτὸν.

Socrates Homeri dictus est discipulus ab Dione Chrysofotomo.

Basilii. πᾶσα μὲν ἡ ποιησις τῶν ὁμηρῶν ἀρετῆς ἔστιν ἔπαμος, καὶ πάντα αὐτῶν πρὸς τὸ πρῶτον, ὅτι καὶ πᾶν ἀρετῶν.

Gregorius Nazianzenus. κλεινὸν ὁμηρον vocat, hoc est inclytum.

Similia vero idem Eustathius dixit in præfatione in Odysseam Homeri. At expediebat adijcere, quæ Clemens Alexandrinus, quæ ve plerique antiquissimi Græciæ Patres de varijs Homeri Poematis partibus iudicauerunt; ne quid dicam de Platone, qui eum integre non admittit, nec pueris voluit prælegi. Et Dionysius quidem Lambinus vir valde doctus, idemq. Parisijs nostra ætate istarum litterarum professor regius, etfi in Ethnicis Poetis

Poetis putabat, non debere nos esse nimis seueros, neque fastidiosos non tamen continere se potuit, quin fateretur, plura in Homero esse remotissima à veritate, atque à religione Christiana: quæ quidem ex eo malui huic loco inferere, quàm ex me ipso promerere: ne quis cogitet, quoniam Diuinis disciplinis diu est cum operam damus, à nobis hæc iniquius, aut rigidius perfringi.

Dionysij Lambini verba de Homero.

Quam multa sunt, inquit ille, apud eum de Dijs absurda, eorumq. maiestate indigna? quàm multa fœda, obscœna, flagitiosa, turpia (quamquam magna quædam, & recondita mysteria in huiusmodi fabulis inuoluta delitescere non me fugit: quæ non est huius loci aperire, aut explicare) sed tamen cui sunt illa inaudita? Jupiter ipse Deorum, atque hominum Rex, sexcentis adulterijs, stuprisq. nobilitatus? Ganymedes ab eodem propter formam raptus? Mars à Vulcano in adulterio deprehensus? Mercurius Marti complexuna Veneris inuidens, sibiq. talem amoris successum exoptans? Iuno muliebri illo dolore à Iouis incōtinentia suscepto excruciatu? Veneris in prelio à Diomede fauciatu? Thetis, & Aurora Ionem pro filijs, ne in acie cadât, deprecantibus? Iam Heroibus, & fortissimis totius Græciæ, atque Asiæ viris quam personam imponit? quos mores attribuit? quam orationem affingit? iurgant inter se, conuiciantur, maledicunt, libidine inflammantur, irascuntur, incenduntur, ægritudine contabescunt, plorant, lamentantur. Achilles Apollini minatur: cum Xantho fluuio decertare paratus est: iuuenibus Troianis captiuus crudelissimè interfectis, Patroclo parentat. Eundem mortuum tantum vitæ desiderium afficit: tantum mortis odium percipit, vt dicat, malle se ab inferis excitatum homini non adeo copioso mercenariam operam præstare, quàm mortuis omnibus imperare.

Ceterum, qui vtiliter, atque honeste voluerit Homeri carminibus uti, is sequi poterit vel consilium Eudociæ, qui centones ex eo in Christi Domini laudem confecit: vel Nonnū imitari, qui profano poemate abiectō, sacrâ Poësim elegantissimis versibus scripsit: vel Gregorium Nazianzenum sequi cælestes sibi (non laureas & vmbrales) nectentem coronas, dum cælestia cælesti spiritu cecinit.

De Orpheo & Museo. Cap. VII.



De Orpheo, & Museo, vt de alijs optandum erat, vt qui hæcenus illos edidit, vnam vel alteram cautionem adscripsissent. Nempe alteram, qua indicaretur, nil veri, aut boni in ijs existere, quod ad eos non manuerit ab illis, qui ea ætate Diuinam Scripturam fide casta seruabunt, alteram. Quæ de Dijs dicuntur,

Atque ipsa nunc esse pleraque omnia vt falsa, sic inutilissima. Monstruosum vocat Benedictus Arias Montanus, & sacrilegum, qui autumant ex varietatibus Deorum carmen cōstitare nõ posse hoc est, sine Ioue, Baccho, Mercurio, Marte, Vulcano, atque illis innumeris Gentilium Dijs. Quare & Victor Giselinus scitè monuit sequente parænesi quantopere ista cauenda sint. Ita autem cecinit.

Arias Montanus quid monstruosū vocet.

Ab valeant tandem vaturn lascina priorum Carmina: sat scena, sat numeriq. datum. Næ quid adhuc vano strepitu, & tærigine vocū Mens abducta, Deum numina mille facit? Decipiturq. modis, quos inscit igne Cupido Sine Catulle tuus, sine Tibulle tuus? An ne igitur glandes iterum, atque Acheloia præstat Cornua, posthabito farre, meroq. sequi? Absit vt hæc animum teneant deliria turpis Quin valeat potius cum Ione turba suo. Martis bella, tori Veneris, fœda Orgia Bacchi Huic placeant, Christus cui placuisse neguit. Cui nomen quod si dedimus, vitæq. per omnem Ponimus in patris mystica ihura focus, Hunc unum mēs illa velit, vox ipsa loquatur, Vnius in laudem, quidquid agemus, eat. Cumq. diē reuehet Phæbus, cū Luna tenebras, Gnauiter huic grates barbitos icla sonet. Ecquis enim sacris, libeat modo viuere Musis, Ecquis ab humano dignior ore cani, Quam qui mētis opes homini cōcedit, & illam Aetheris arcano concitat igne sui? Ergo Deos, iterum dicam, sileamus ineptos, Moribus & castis quidquid obesse potest. Proq. his Artifici summo medicumur honores, Fecit, vii Vaturn gloria magna, puer, Sine illum latè Regem suspexit Idume, Sine hostis profugum texit ab ore sui. At nunc ille Patri Summo, superisq. choreis Latum indefessa pangit ab arte melos: Naulia nunc tenero pulsans vocalia plectro, Nunc digitis citharæ fila sonora legens. Quem prope mellifino deducunt pectine cantus, Hispalis aurifero quos tulit, ora sinu, Præcipue vates toties quem infucta canentem Audijt attonitis Flauus Iberus aquis. Felices, quibus ora Deus celi amne rigauit Irriguo, sua quos insit, & acta loqui, Et celi monstrare vias, ac certa laborum Præmia, siue bonis, siue futura malis. Horum digna sacra demū sunt carmina cedro, A que secutura posteritate legi. Quisquis at infelix, inhonesto carmine, Circes Pocula scētatus, Numina vana colit:

Victoris Gisellini Parænesis.

David.

Iuuenius Sedulius. Prosper. Prudentius.

Hunc



Hunc Phlegethon, Stygijq. manent vada li-  
uida fontis,  
Tartarcusq. suo Iupiter igne coquet.  
Ergo si quis eris, faciles quem calidus aura  
Afflarunt, cali te pius ardor agat.  
Sint Heliconiades Christus, sit Christus Apollo,  
Inq. tua illius tempora laurus eat.  
Non tibi Pegasus fons, aut Libethrides vnde  
Sed Christi exinguat vinida lymphæ sitim.  
Cuius magna loquat, tenuis si guttula tantum  
Diuino roret labra liquore tua,  
Illicet hinc veros sentis in pectore fomes  
Crescere, & æternis vinere fluminibus.  
Felices latices, felix pocula, felix  
Tu quicumque sitim non aliunde lenas.

De Hesiodo. Caput VIII.



Vi Theogoniam Hesiodi legerit, meminerit eorum, quæ Epiphanius contra Valentinum, siue Gnosticos scripsit, qui, quod Theogoniam Hesiodi, trigintaq. illa secula sunt imitati, in absurdissimas hereses inciderunt. Et hæc.

Epiph. 31. hæc.

Lucianus contra Hesiodum.

In lib. Epigrammatum.

Hesiodia senectæ.

At non ipsi tantum Christianæ Ecclesiæ Partes, verumetiam alij habuere, vbi Hesiodum carperent. Extat enim Luciani Dialogus, qui Hesiodus inscribitur, in quo Hesiodum de se multa narrantem inducit, eumq. ipse, vt follet, irridet; extantq. idem Epigrammata in Hesiodum plura. Præterquam quod notum prouerbium illud est de ijs qui super senescunt. HESIODIA SENECTA, de quo & Pindari distichon habetur.  
Ceterum, quod ad emendatiorem Hesiodi editionem pertinet, cum in antiqua non tam Opera & dies, quæ Theogonia, & Aspis essent mendosissimæ, minus tamen mendosæ fuere, quas in Veneta accepimus, quæ cum scholijs edidit Io. Frâcisus Trincauelus anno 1537.  
Verum ne cui rerum cælestium auido veræ Theogoniæ exemplum Græco carmine scriptum desit, habeant erudita ingenia quæ possint alijs vel proponere ad Christi Domini natiuitatem celebrandam, vel item ad imitandum. hæc quæ sequuntur.

Εἰς ἀγίαν σωτήρος ἡμεῶν ἡλύσιον.

Αἰὼν γηγῆσι χεύσεως ἀμφύς.  
χρυσός γ' ὅσα λαίει ξανθός ἀπ' ἀθήρος.  
μύθος δ' ἔδανάας τέτο παλαίφατος  
ἔνου γηγομῆου δῖος.  
αἰμᾶς δ' ἀγγύμῆος λυξέον ἔφου θεός,  
τὸ χρυσοῦ γ' ἴσθον κρείσσον ἀγαθός,  
ἐμπλήσας τε πόρας χαλδὸν ἀγνᾶς πένης  
τὸν πλοῦτον τὸν πόρον ἀξέειν.

Β ὠδὴν ὠ μελέοις ἀμμι βιοσάσθω.  
τὰ τὰ μνη βασιλίδες ἔμπροσθον ὄρμιον,  
καὶ κτητοῖς ποροχύσι γ' αἵματος ἔρανοῦ  
ἐννάσθη φυγάδας δόμοις.  
πῆς φωνᾶν ἐνέποι δ' ἀδέλα χαρμάτα,  
ὧν ἄ γνημερῆα γόσασα ἴδρις θεοῦ,  
ὡς φῶς λαμπρότερον νυκτῶν ἀφ' ὧν  
ἀξέειν λυξέειν ὑπὸ μνηῶ.

ὦ βαῖον περ ἴον δῶμα πωρόλβιον.  
ἐν εἰνὰ ναιέταις νασὸν ὀλυμπίοις,  
καὶ μνηρὸν μεγάροις ἰσοπαλὲς πόβλου,  
ἐσπύσθω μέγ' ἀνάπτορον.

σποῖας δ' ἠκαναχῆς ἀδ' ἐριαι πλάνας  
ἀπυόντι, χορὸς τᾶμος δὴ ἐν θεός  
τὸν πομάνα κροτεῖ τᾶδε δ' ὄνων ἔπη  
παισέμνω τὸκω ἐμπροσθῆ.

ὦ κρείσσια πόβλου μῆνα ἀγνὰ λεγῶ,  
κέρτα τ' ἀμφ' ὑπάτω ποροσβυτάτα δόμω,  
οὐ σῆς δ' ὄρα φέρην δ' μωσὶν αἰαίνω  
ἀρῆς τὸ κλέος ἔξορον.

τύνη δ' ὦ ἡλύα ποροσβυτάτα δόμω  
συγγνώμας ἀγνᾶς ἐν τῷ δ' ὄρα  
αἰμᾶς, ὡς ποροσβυτάτα δόμω  
ποροσβυτάτα δόμω. hoc est.

In sanctam Saluatoris nostri Natiuitatem.

O iam terrigenis aurea sacula.  
Aurum nam rutilans vorat ab æthere.  
Nec prisca hæc Danaes fabula mentiens  
Mutati in pretium Iouis.  
Nostrum nos redimens sit pretium Deus,  
Auri quod pretio sit pretiosius.  
Arcellamq. replens Virginis integra  
Hic veras dat opes inops.  
O partus miseris certa salutarifer  
Quo Rex terrigenis fœdera spondeat,  
Et partas pretio sanguinis exules  
In Cæli renebat domos.  
Sed que vox referat dulcia gaudia,  
Que sentit pariens conscia numinis,

Cuma

Ex Prosperi Martini Theopododia.

Α Π Ο Λ Λ Ι Ο Ν.

Σικελίδας μᾶσαι μετ' ὄρη τοῦ αἰθέρος ἴσθον, Heloga Virgilij Græcæ.  
Οὐ πάτατος τέροντι βᾶτοι χθαμαλά τη μνη-  
ρίκη.  
Ἄλλος εἰ ὑμῶν ὄμω, ἢ ὑπάτοιο τὸ ἄξιον ἄλλος.  
Κυμαῖς πύματος νυῦ ἤλθε μαλ' ὄρη ἀνάων.  
Ἄψι σίχου ἀνάων ἐξ ἀρχῆς ἐκγεγάσθη,  
Παρθένος ἠδὲ ἀνήλθε, κρονο βασιλεία ἀνήλθεν.  
Νυῦ τέκος οὐρανόθεν νεαρόν καταπέμπεται  
ἄμωιν.

Κούρην ἡμαρῶν τὴν, ὑφ' ὧν σιδήρεος ἀγῶν  
Β Ἀήξει, καὶ κόσμω ἀνέστησει χεύσων ἔθνος,  
Γ' ἄλλος Εἰλήθμη ἔση. σὺς ἀνάσσει Ἀπόλλων.  
Σὺ, μέγα κῦδος ἔθ' ὑπάτοιο σε, ἀξέειν ἀνάωνος  
Πολλῶν μεγάλου ποροχύσι γ' ἀξέειν τε μύθω,  
Ἀρχῶν σῆος, κακῶν εἰ ὄσιν ἔτ' ἴχνη ἐργων,  
Αἰδίου λύσσει φόβου γλῶ ὄσιν ἀπρακτα  
Ἀθανάτων λήψων βίον, δ' ὄμω τὸν τε Θεοῖν  
Μισθολόγους ἠρώας, δ' ὄσιν ἀφ' ὄρη σῆος αὐτοῖς.  
Κόσμου ἐν εἰρήνῃ ἀρετῆσι πᾶσθω βασιλίδ' ἔση.  
Ἄλλ' ὄσιν ἀφ' ὄρη μὲν, πρῶτα ζεῖδ' ὄρος ἀφ' ἔρα,  
Πάντοτε ἔρηποιίας κιστοῦ σῆος ἐκκεχῶν κέρω,  
Καὶ σῆος ἀναθήσειν πόροχάσση δ' ὄρη ἔπη γῆσθ'.

Αὐτὰ ἐσοῦσιν χίμαρα ποροχύσση δ' ὄμω δ' ὄμω  
Οὐθῆα αὐτὸ μολοῖ. ἀγ' ἔλ' ἔθ' δ' ἐσοῦσι λέοντες.  
Αὐτὰ χεύσων τὸν ποροσβυτάτα δόμω ἀξέειν.  
Ἡδ' ὄμω δ' ὄρη, ὄσιν φάρμακα πάντα θανέεται.  
Ἡδ' Ἀσσύριον πάντα τε φουθήσει ἄμωιν.

Ἄλλ' ἔπει ἠρώων κατὰ καὶ ὄρη δ' ὄμω πᾶσθω,  
Καὶ ἀναθήσειν, ἀρετῆν γῆσθω τε δ' ὄμω ἔση.  
Ἡρέμα ἐσθῆται περὶ οἰοῦν ξανθὸν σαχύσση.  
Πυρρῶν χθαμαλῶν σαφῶν ἠδ' ὄμω ἀναθήσειν.  
Ἡδ' ἔθ' ὄμω σῆος δ' ὄμω δ' ὄμω μελέει σῆος ἔση.  
ἴχνη σῆος δ' ὄμω ἀτὰρ ἀρχαῖοιο μύθω σῆος.

Οὐς περὶ ἄν τὸν ποροσβυτάτα δόμω ἀξέειν.  
Οὐς πόλλας βᾶλλῶν. ὄσιν τὸν ποροσβυτάτα δόμω ἀξέειν.  
Ἄλλος καὶ τὸν ποροσβυτάτα δόμω ἀξέειν.  
Ἡδ' ὄμω ἠρώων, πόλλας ἀλλοῖτε ἔσσηται.  
Καὶ πᾶσθω εἰς ἱερά τ' ὄμω πᾶσθω ἔση Ἄλλοι-  
λάσθω.  
Ἄλλ' ἔπει ἠλώων ἀμὴ σῆος ἀξέειν ποροσβυτάτα δόμω ἀξέειν.  
Ἐξέει καὶ πόντω ναιέτης, πῆτις οὐδὲ θαλάσση  
Κτήματα ἀλλάξσει. πᾶσθω ἔση πᾶμφορος ἔση.  
Οὐκ ἔπη χθαμῶν ξυρρόν, ἀρετῆν μὴτ' ἀμπελοσθῆ  
ὄσση.

Ἡδ' ὄμω καὶ σῆος ζυγὰ βυσὶν λῖσει ἀρωτήρ.  
Ε Ἐσθῆται ἐδ' ἔριον τὰ χθαμαλά ποιήμα λαδ-  
κόν,  
Αὐτὸς ὄσιν ἀλλὰ κερὶς λειμῶσιν ποροσβυτάτα δόμω ἀξέειν.  
Οσθῆται, ἠδὲ πᾶσθω μετ' ὄμω λυσιμαχίω,  
Σάνδ' ὄμω αὐτομάτως βόσων ἐσθῆται ἀνάων.  
Αἰῶνας τοῖσις τελέθω, δῖος εἶπον ἀξέειν ποροσβυτάτα δόμω ἀξέειν.  
Μαῖρα ἀκνήτω σύμπασαι ὄμω φρονες ἔσηται.  
Θεασθῆταις πᾶσθω ἐγγεῖται (νυῦ χθαμῶν ἔση)  
ὄσθῆταις ἀθανάτων μέγα ἠδὲ διοξέφες ἔσηται.

ὄσθῆται

Cum lux Sydereis clarior ignibus  
Antri fulsit in abdita.

O felix nimium parua domuncula,  
Non frustra superis peruia ciuibus,  
Quamuis parua poli aquanda penatibus  
Magni regia Principis.

Quo cali resonant carmine compita,  
Cum demissa polo turba sonorius  
Hic pœana canit, carmina proferens  
Sacro debita partui.

O Regina poli sola puerpera,  
Ac Virgo in supero prima palatio,  
Non hic dona neges ferre clientibus,  
Nostrum tu decus optimum.

At tu progenies Virginis inclita,  
Sic nos nunc venia munere prepara,  
Vt tandem emeritos nos tua fulgidia  
Cingat gloria laureis.

DE THEOCRITO,

qua occasione agitur de Eclogis iam ipsius,  
quam Virgilij, & aliorum, ac de noua  
Eclogæ specie magno cum iudi-  
cio, vti & pietate scriptæ.  
Caput I X.

Restitisse in Eclogis Græce Theo-  
critus, Latine Virgilius visi sunt.  
At Theocritus in pastoricia simp-  
licitate nudâ habet delectatio-  
nem, quæ cito, vt quidam inquit, afficit fatie-  
tate, id verò plusquam in Latina lingua ei cō-  
tigit, vt Doricam pastoribus conuenientissi-  
mam, qua Lectori plus ridiculæ delectationis  
affert, quam Virgilius, qui eiusmodi lingua  
caruit commoditate: Quin etiam Seruius,  
Donatus, & Terentianus leges quasdam, quibus  
hexameter bucolicus, ab hexametro heroi-  
co differre dicitur, à Virgilio neglectas esse  
asserunt, at à Theocrito sapius obseruatas.  
Veruntamen Virgilius, qui Latinam Poësim  
in multis recte conformauit, ostendit condiri  
eclogas posse sapientiæ sale, qui animos attol-  
lat ad res grandiores, & digniores, quales  
sunt, quæ ecloga quarta cecinit: quæ incipit.  
Sicelides muse paulo maiora canamus,  
Non omnes arbuta iuuat, humilesq. myrica.

Si canimus syluas, sylua sint Consule digna.

Hæc igitur suaserim delibanda, & ab amato-  
rij, quibus reliquæ fere Eclogæ scitent, secer-  
nenda, ne quid labis legentium mentibus ad-  
heresceret. Quòd si quid eiusmodi siue ad e-  
xemplum, siue ad canendum Græcè ex Eclogis  
deppromi cuperent, eandem Virgilij Eclogam  
dorice, ac feliciter versam à Daniele Halluor  
tuo Anglo Græcis versibus, ita reddita, vt sin-  
gulis Latinis ferè respondeant.

Daniel Halluor-tus.

Θάσση ως κρόμος νέει δὲ ἀρχεὶ κοιλῶ  
Καὶ χθών, & πόντος πέλαγος, & ἑρανὸς ἀπύος.  
Θάσ' ἐπ' ἑλευσο μύθω ὡς φασὶν ἀπαντα αἰῶνι.  
Αἶθε τόσον ζωῆς πύματον μίμνη μένος ἤμιν  
Πνεύμα τε τόσον ὅσον σά ἐμ' ἀρκέσθ' ἔργα ἐνί-  
σσειν,

Οὐτε μὲν μέλεσσιν νικᾷσθ' Ὀρέκιος Ὀρφεύς,  
Οὐτε λίγος: πρὸς πρὸς μήτηρ, ὁ πατήρ & ἐκείνῳ,  
Ὀρφέϊ Καλλιόπεια, Λίνῳ ἄριστος Ἀπόλλων.  
Παν' εἰ Ἀρκασίας κρινέσσης ἀμύνει ἔρισθ' ἄν,  
Ἀρκασίας Παν' κρινέσσης νικᾷσ' ἐμὲ εἴποι.  
Ἀρχο μιν κέ γέλω ζωώσων μητέρα κόρη.  
Μητέριοι δέκα μίμν' ἐνέκων πῆματα πολλα.  
Ἀρχο μιν κέ κόρ' ἔμ' ἐμειδίον τε τοιήες,  
Ὁν θεὰ ἐπ' ἐννής, θεὸς ἠέξῃ οὐτε ζαπέξῃς.

Partheno-  
dia Marti  
nēgi Græ-  
ca, & Latī  
na.

At & honesta Ecloga, siue Idylliū est in Theo-  
tocodia, siue Parthenodia Titi Prosperi Mar-  
tinengi; qua Ecloga laudat eximium quen-  
dam Archimandritam, qui nominabatur A-  
strum, seu sydus. Interlocutores sunt Sebi-  
nus, & Daphnis. Incipit autem sic.

Δαφνίς ὁ γυνάϊος, καὶ ἐνὶ νηαμοῖσι σεβίνος  
ἄροβίαν γεγαῶς πολὺ δ' ἀφνίδι ποῖσός ἐ-  
ταῖρος  
κρηνομαῶν βοτὰ καλὰ κατ' ὠρεα μακρὰ νό-  
μοιοι.

Ἄμφο τῶν ἠέτω θαλερὰ νεοθαλέες ἀκμῆ.  
Et que sequuntur. Hæc vērò cum reliquis Gra-  
cis carminibus habentur in appendice ad eius-  
dem Auctoris sacra Poemata.

Neque vero me latet, quas piscatorias Eclo-  
gas Iacob. Sannazarius, & Ioannes Iouianus  
Pontanus pastorales scripserūt. sed cū præter  
nitorem, & elegantiam carminum, nos ipsam  
cum eadem elegantia pietatem præcipue spe-  
ctemus, probos, & ingenuos adolescentes, de-  
inde item inprimis eorum Præceptores, &  
Parentes in Domino precor, vt si eandē Græ-  
cam, & Latīnam Virgilij Eclogam sibi propo-  
suerint, simul Constantini Magni Imperatoris,  
quam habuit ad fidelium cætum de ipsis  
Virgilij versibus, tanquā sociam, & interpre-  
tem adhibeant; quæ vt habeatur ad manus,  
huc adtexendam duximus; addituri statim  
post illam nouum, & sanctum genus Eclogar-  
um, quod collaudando Deo, mira pietate, vtī  
& iudicio Iacobus Pontanus noster inter alia  
sua Poemata confecit: quod collatum cum  
quarta, & octaua Ecloga Virgilij, intelliget  
quisque, ecquid hoc præ illis ad verè edifi-  
candos animos sapiat.

Ex Constantini Imperatoris oratione, quàm  
habuit ad sanctorum cætum.

CONSTAN-  
TINI MA-  
GNI Imp.  
interpretatio  
Eclogæ  
Virgilij.

Iam noua progenies calo demittitur alto.  
Et iterum in alio Bucolicorum libro:  
Sicelides Musæ paulo maiora canamus.  
Quid isto apertius? Addit enim.

A Prima Cumæi venit iam carminis etas.

Cumgam vult plane Sibyllam esse. Neque  
his contentus erat ille quidem: sed progres-  
sus est longius, adeo vt eius vti testimonio  
necessitas postulare videatur.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo:  
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Quid ergo? Quæ est illa Virgo, quæ redijt? An  
non quæ plena, & grauida facta est è Spiritu  
sancto? Et quid obstat, quominus puella hæc  
grauida è Spiritu Dei, Virgo maneat perpetuò?  
Reuertetur etiam Dominus ipse, qui  
Virgo est. Secundò, & orbem afflictum ad-  
uentu suo leuabit. Adiungit item Poeta:

Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum  
Desinet, ac toto surget gens aurea Mundo,  
Casta Lucina faue.

Hoc dūce, si qua manēt sceleris vestigia nostri,  
Irrita perpetua soluent formidine terras.

Perspicuè igitur possumus intelligere, etiā  
hæc, quæ dicta sunt per allegoriā occulte, his  
qui vim verborum altius perquirunt, Christi  
Diuinitatem sub aspectu subijcere; ac poe-  
tam ne quis princeps in ciuitate, quæ caput  
Imperij est, ipsi, quòd contra patrias leges  
scripsisset, quòdque maiorum instituta olim de  
Dijs sancita reiecisset, crimini dare posset,  
veritatem tanquam inuolucris quibusdam  
textisse. Vidit enim, credo, beatum, & exi-  
mium aduētus Seruatoris mysterium: verum  
vt immanem euitaret crudelitatem, mentes  
audientium ad suam ipsorum cōsuetudinem  
traduxit, aitque, nouæ proli aras extruendas  
esse, templa apparanda, sacrificia obeunda.  
Ea igitur, quæ sequuntur apte ad prudentum  
intelligentiam inducit, ait enim.

Ille deum vitam accipiet, diuisq. videbit  
Permixtos heroas, & ipse videbitur illis.

Pacatumq. reget patrijs virtutibus orbem.  
At tibi prima puer nullo munuscula cultu  
Errantes hederas passim cum baccare tellus,  
Mistaq. videnti colocasia fundet acantho.

Vir admirabilis, & omni doctrina eximie or-  
natus, accurate illorum temporum perspi-  
ciens crudelitatem.

Ipsæ lacte domū (inquit) referēt distēta capella  
Vbere, nec magnos metuent armenta leones.  
Vera planè sunt, quæ dicit, nam regiæ aulæ  
principes fides non extimescet.

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores,  
Occidet & serpens, & fallax herba veneni  
Occidet: Assyrium vulgo nascetur amomum.

His certe nec verius quicquam, nec ad Salua-  
toris virtutem aptius dici poterit. Ipsa enim  
Dei cunabula Spiritus sancti virtute flagran-  
tes flores nouæ soboli extulerunt. Serpens  
vero, à quo primi nostri parentes primum  
in fraudem impulsī, & mentes eorum à tem-  
perantia naturaliter ipsis insita ad volupta-  
tum blanditias traductæ erant, vt interi-  
tum

tum ipsorum ceruicibus impendentem planè A  
perspicerent, omnino perijt, & venenum eius  
pariter sublatum est. Quippe vt ante Salua-  
toris descensum ignorantio immortalitatis,  
quæ iustis tribuitur, animos hominum nulla  
spe bona adhuc confirmatos penitus fregit:  
sic cum ille passus fuisset, & corpus, quo cir-  
cumdabatur, esset à Spiritu sancti commu-  
nitione ad tempus separatum, resurrectionis  
vis hominibus patefacta fuit: & si quæ labes  
humanorum scelerum residere absterfa. Tunc  
igitur illos, qui ipsi parebant, bono animo ef-  
se iussit: & veneranda sua, eximiaq. resurre-  
ctione admonitos, similia sperare mandauit.  
Itaque non sine causa fallax herba veneni oc-  
cidit: occidit etiam & mors: resurrectio autem  
tamquam sigillo confirmata est. Cum  
autem dicit Assyrium amomum vbique na-  
sci: Assyriorum genus, quod fidei diuine causæ  
fuit, multitudinemq. hominum Deum religiose  
colentium innuit. Quæ planè non  
aliter, quam densa ramorum vel multitudi-  
do ex vna radice odoriferis floribus polluat,  
ex æquabili roris temperatione rigata efflo-  
rescit. Eruditè igitur ò sapientissime Poeta  
Maro, dixisti, & quæ sequuntur omnia his ap-  
te respondent.

Herba ve-  
neni, mors.

Heroes.

At simul heroum laudes, & facta parentis  
Ia legere, & quæ sit, poterit cognoscere virtus.  
Per heroum laudes iustorum hominum recte  
facta significat: per virtutem Patris Mundi  
fabricam, & molitionem Dei ad æternum tē-  
pus duraturam intelligit. Fortasse etiam le-  
ges, quibus Sacrosancta Ecclesia vitur, dum  
vitam humanam ex iustitiæ, & temperantiæ  
regula instruit. Est præterea illud summe mi-  
randum, quo pacto homines, quorum vita  
quasi media inter bonorū, malorumq. vitam  
interiecta est, quæq. subitam, repentinamq.  
mutationem neutiquam admittit, ab eo rudi,  
mediocriq. vitæ genere ad cœleste, ac Diui-  
num, quod in rebus mente sola comprehensis  
positum est, ascenderint.

Molli paulatim flauescet campus arista.  
Hoc est, fructus diuinæ legis ad hominū vsum  
producetur.

Incultisq. rubens pendebit sentibus vna.  
Id est, mores, qui non erant impia viuendi ra-  
tione deprauati.

Et dura quercus sudabunt roscida mella.  
Inscitiam hominum illius temporis, & rudes,  
impositosq. mores describit. Ac fortasse etiā  
eos, qui labores à Deo exantlatos audiant,  
suauem quandam fructum ex sua ipsorum in-  
aridius rebus tolerantia percepturos demon-  
strat.

Pauca eamen subeunt prisca vestigia fraudis,  
Quæ tētare Thetyn ratibus, quæ cingere muris  
Oppida, quæ inbeant telluri insindere sulcos,  
Alter erit Typhis, & aliera quæ veuat Argo

Delectos Heroas: erunt etiam altera bella,  
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur  
Achilles.

Scitè quidem ò Poeta sapiētissime; poeticam  
enim facultatem non extra decori fines pro-  
uexisti. Nam tibi, cum non esses Propheta,  
vaticinari non erat propositum. Obstat  
etiam, credo, periculū quoddam, quod ipso-  
rum capitibus imminet, qui patria instituta  
coarguunt. Prouidè igitur, & absque pericu-  
lo, quoad eius fieri poterat, his, qui intelligen-  
tiæ acumine valent, veritatem aperuit, ac tur-  
res, & bella criminatus, quæ certè iam in ho-  
minum vita cernūtur (Seruatorem ad bellum  
Troianum proficiscētem) depingit: per Tro-  
iam Mundum vniuersum intelligit. Nam &  
prouidentia propria, & Patris iussu in terram  
demissus ex aduerso cum improba hostium  
manu dimicauit, sed quid postea dicit Poeta?

Per Troiā  
allegorice  
Mundum  
notat.

Hinc ubi iam firmata virum te fecerit etas.  
Hoc est, vbi adoleuerit, malis, quæ vitam hu-  
manā occupant, radicibus extirpatis, totam  
terram pacis ornamentis decorabit.

Cedet & ipse mari victor, nec nautica pinus  
Mutabit merces, omnis feret omnia tellus:  
Non rastros patietur humus, non vinea falcē,  
Nec varios discet mentiri lana colores.

Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos,  
Aggredere ò magnos, aderit iam tempus,  
honores,

Chara Deum soboles, magnum Iouis in-  
crementum.

Aspice conuexo nutantem pondere Mundum,  
Terraque, tractusq. maris, celiq. profundū.  
Aspice venturo letentur ut omnia saclo.

O mihi tam longe maneat pars vltima vite  
Spiritus & quantum sat erit, tua dicere facta.  
Non me carminibus vincet, nec Thracius  
Orpheus,

Nec Linus, huic mater quamuis, atque huic  
Pater adstet.

Pan etiam Arcadia necum si iudice certet,  
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.

Aspice (inquit) immensi Orbis, & omnium  
elementorum hilaritatem. Ista aliquis forte  
parum prudens, de hominum ortu, ac stirpe  
dici existimauerit. Verum quam rationem  
habere potuerit, vt prole hominis sat edita,  
terra non rastros, non aratra passura esset,  
nec vitem falcis aciem, nec alium cultum de-  
sideraturam? Aut quo pacto hoc, quod dicitur,  
in humana sobole ac stirpe intelligitur?  
Est enim natura diuini scilicet mandati quasi  
famula, non humani præcepti ministra. Quin  
etiam hilaris elementorum aspectus, Dei de-  
indat. Quod autem Poeta vitæ exitum sibi  
longius propagari optet, est diuini planè ad-  
uentus

Natura di-  
uini man-  
dati famu-  
la.



uentus inuocatio. A Deo enim, non ab homi-  
ne vitam, conseruationemq. petere consueui-  
mus. Erythrea etiam cum Deo sic loquitur:  
Quid mihi, Domine, diuinandi necessitudi-  
nem imponis, ac non potius è terra in subli-  
me sublata, ad diem vsque sanctissimi ad-  
uentus tui referuas? Maro item, præter illa,  
quæ sunt iam citata, hæc affert.

*Incipe parue puer risu cognoscere Matrem,  
Matri longa decem tulerint fastidia menses.  
Incipe parue puer: cui non risere parentes,  
Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cu-  
bili est.*

Et quidem ita Constantinus Magnus, tantus  
licet Imperator, sed & è nouo Eclogarum ge-  
nere, qualem lubet nominare adiuncta, per-  
spici potest, quàm latè pateat campus ad ma-  
iora illa in Eclogis canenda, quæ Virgilius  
non intelligens, aut nolens intelligere, cecinit.

Iuuenes, & Virgines, Senes cum  
Iunioribus laudent nomen  
Domini.

Iuu. *Cætus pudici floridarum Virginum,  
Quibusq. cani iam sparserunt tempora,  
Dein vos, quibus adhuc æui sanguis integer,  
Suaq. solida vires adsunt robore,  
Venite celo oculos, auresq. tollite,  
Pervoscite rem miris modis mirabilem.  
Sedes per superas, regna per stellantia  
Ieffens vates gemmis, auroq. duplicem  
Gestans coronam, & digitis nervos increpans  
Serenus graditur, longa ducens agmina,  
Puerorumque, puellarumq. radiantia,  
Sertis purpureis, candidisq. vestibus,  
Citharisq. præditorum, & strepitu amabili  
Hymnos æterno Regi personantium.*

Virg. *Spēctaculum spēctamus diuinissimum,  
Auditum & imbuunt moduli suauissimi.  
Mens afflata calet, venis se Deus inserit.  
Sociemus cantum cantibus celestium.*

Sen. *Nostrā quoque ad vestrā adscribite sententiā  
Τρισύνον numen cohonestemus laudibus.  
Diuumq. regnatorem, hominumq. principem  
Mortalis quantum lingua predicauerit,  
Tantum conemur predicare, & amplius.*

Iuu. *Laudationis plures adhibere socios  
Aequumq. est: namq. Deo laudē debēt omnia,  
Quæcunque suo natura complexu tenet.*

V. *Mentes beata, qualibet  
Concretionē libera,  
Quas Mundi in ipso exordio  
Communis Auctōr conditas*

A *Nonem diremit clasibus:  
Tum quotquot estis cælitēs,  
Vinclis lenati corporum,  
Meritaq. adepti præmia.*

*Dicamus almo numini  
Amplissimum preconium.  
Orbesq. vos Olympici  
Tu fons diurni luminis  
Tu tacita noctis arbitra,  
Et vos corusca lampades,  
Fundamus electum melos:*

B *Deo feramus inclytas  
Laudes, honores, gloriam.  
Sub cælis duo bis corpora maxima,  
Vnde exorta ferunt corpora cetera,  
Grando, ros, pluuia, cum glacie niues,  
Et cum frigoribus fulgura, fulmina,  
Venti syluifragi, marmorum gelu,  
Tempestat violens, & tepor, & calor,  
Ipsam perpetuis psallite laudibus  
Omnia per magnas labentia flumina terras,* Iuu.

*Sylua memoraq. frondea,  
Cunctaq. mobilibus pometa interflua riuis,  
Atque arborum mille species.  
Pinguia camporū, & pubentes gramine valles,  
Et flos, & herba multiplex,  
Assiduo insistant magnū celebrare Tonantem,  
Laudare & effusissime.*

*Nec vos silere numinis sacri decus  
Alumni aquarum concedet.  
Nec vos, quæ humo summissa dente largiter  
Tondetis auido pabula.* I.

D *Volatile genus omne, modulemur Deo  
Nova semper, & noua cantica.  
Huic sceptra Reges iurgidi, huic potentiam,  
Auctoritatem Præfides:  
Huic iura vestra Iudices concedite,  
Regi omnium iustissimo:  
Eiusq. nomen prosequimini mentibus  
Castissimis, gratissimis.  
Vrbes, & arces, castra, propugnacula,  
Cumq. oppidis Prouincia,  
Populiq. gentesque, & fruentia spiritu  
Diminitatem concinant.*

E *Barbita iungatur crotalis, & tympana cornu,  
Tibia, sambuca, lyra, buccina, cimbala sistris,  
Et chorus, atque chorus noster, vestesq. vicissim  
Hymnisonas, Iuuenes, iactent ad sidera voces.  
En age, dū alterna vocat ad carmina nympha: I.  
En secū meditantur, habēt quo vincere possint.  
In medio palma est, animos contendite vestros.  
Calituum rector, quenam te digna canemus?  
Par tibi laus nullo, Deus ò Deus editur ore.*

Nos

S. *Nos quoque vobiscum, quorum cōstantior ætas,  
Alterna cupimus, si fas, certare Camena.  
Omnipotēs genitor quo te cumulemus honore?  
Sexcentis opus est ad tanta encomia linguis,  
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.*

Iuu. *Si sedet hoc animo collatis prælia signis  
Tentare, & numeris sacratum vrgere laborē,  
Dicite longæui, nos respondere parati.  
Plurima dixeritis, linguetis plurima nobis.  
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.*

V. *Qua roseos sol iungit equos, quæ mergit in  
vndas*

*Aurea terrigenis portantes lumina currus,  
Nota Dei virtus, clarū, & memorabile nomen,  
Quod neq. Terra capit, spatiosa nec aëria Cali.  
Par tibi laus nullo Deus ò Deus, editur ore.*

I. *Omnia Diuino quondam sunt condita nutu,  
Omnia Diuino sunt consistentia nutu,  
Diuinus rerum moderatur singula nutus,  
Diuino penitus procedunt omnia nutu.  
Par tibi laus nullo Deus ò Deus, editur ore.*

S. *Hic sapiens, verus, iustus, pius, atque benignus,  
Contractas hominū, faciliq. remittere culpas,  
Et miseros miserari, humilesq. audire pre-  
catus,*

*Solari mæstos, ruituris tendere dextram.  
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.*

Iuu. *Regale ad solium solet ille vocare modestos,  
Frangere præfractos, & debellare superbos,  
Manfuetos curat mirando incensus amore,  
Seu in ingratos, iracundosq. repellit,  
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.*

V. *Quàm dulcis Dominus sese querētibus? ò quàm  
Blandula sunt nostras quæ verba susurrat in  
aures.*

*Illius amplexus, illius, & oscula nobis  
Contingant, seu vita manet, seu vita recedit.  
Par tibi laus nullo Deus ò Deus, editur ore.  
Laudemus Dominum, veneremur, & admi-  
remur,*

*Viribus, & totis, & totis sensibus illum,  
Pectoribus totis, & plusquam nosmet amemus.*

I. *Laudemus seu vita manet, seu vita recedit.  
Par tibi laus nullo Deus ò Deus, editur ore.  
Felices quicunque Dei mandata facesunt:  
Felices in eo qui spes desigere gaudent:*

S. *Felices ab eo expectantes vsque salutem:  
Felices nimium, quibus omnia in omnibus  
ipse est.*

*Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.*

Iuu. *Aetheri donec magnis amfractibus orbes  
Voluentur, noctemq. dies formosa sequetur,  
Et patres, natoque, & qui nascuntur ab illis,*

A *Et matres, nataq. Deum memorare iuuabit.  
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.  
Ossa, artusq. mei, præcordia & ipsa loquantur, V.  
Calicolumq. Patri laudes, & carmina promāt.  
Quæcunque in me sunt, ò fiant omnia lingue,  
Admiranda operum diuinorumq. profantor.*

*Par tibi laus nullo Deus ò Deus, editur ore.  
Ne finite ex animis elabi commoda vestris I.  
Mortales, quibus ille Deus, Deus ille decorum  
In vos sape suum est clarè testatus amorem:  
Et quales quales meritis persoluite grates.*

B *Par tibi laus nullo Deus ò Deus, editur ore.  
Pectoribus promptis diuina capefite iussa, S.  
Iussa Dei, veniat donec pars vltima vite.  
Omne bonū Deus est, cuius stant omnia verbo,  
Quem metuunt freta, terra, polus, manesq.  
profundi*

*Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.  
Latior est terris, calo sublimior extat. Iuu.  
Omnia plena Deo, cælum, mare, tartara, tellus:  
Qui potis in nihilum tantas conuertere moles,  
Et potis è nihilo ter centum fingere mundos.*

C *Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.  
Sive Deum canimus, cantu nil suauius illo: V.  
Sive Deum loquimur, verbis nil dulcius illis.  
Iucundum est audire Dei venerabile nomen.  
Iucundum est imiq. Deum versare medullis.*

*Par tibi laus nullo Deus ò Deus, editur ore. I.  
Lucidior sole est, & flore fragrantior omni,  
Pulchrior & Luna est, & Stellis purior ipsis,  
Supra aurum, gemmasq. Deus viridesq. sma-  
ragdos,*

*Et pretium pretiorū, & Mundi solus opū Rex.  
Par tibi laus nullo, Deus ò Deus, editur ore.  
In nostros Deus, in nostros illabere sensus: S.  
Eia tuos gelidis accende in cordibus ignes:  
Discute luce tua tetram caliginis umbram,*

*Esuriesque, siiiq. Deus te nostra requirit.  
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.  
Felices animæ, quibus extra hūc omnia sordēt, Iuu.  
Quæ desiderijs nocturnis, atque diurnis  
Hunc solum exoptant, solo oblectantur in illo:  
Atque ita præcipiunt, quæ solis nota beatis.*

*Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.*

E *DE PINDARO ET ALIIS  
Lyricis Græcis. Cap. X.*

**P**uisse nouem Lyricos Poetas Græcos habitos celebres, quorum Pindarus tulerit palmam, nemo peritus litterarum Græcarum ignorat, certe quadam spiritus (vt ita dicam) magnificentia, sentētij, figuris, rerumq. ac verborum

A CHRISTI RESURRECTIO.

Pindarus inimitabilis Horatio.

borum copia, sic ille polluit, vt Horatius inimitabilem dixerit. Id autem initio suorum carminum cernitur, cuius ea primo occurrunt verba. Si certamina (inquit) anime mi proloqui desideras, ne porro solum contemplaris aliud feruentius purgidum astrum per desertum æthera, neque Olympico agone: & quæ sequuntur. Deinde laudat Hieronem Syracusanorum Regem ab Olympica victoria, à iustitia, à sapientia, à peritia musicæ, atque item ab equo, quo victoriam retulit, deinde à loco, vbi olympica certamina aguntur, nempe Peloponnesum, denique ad Tantalum, & Pelopem digreditur. Hinc ergo, atque ex similibus intelligit quisque cordatus, & pius, quanto melius certamina martyri cani possint, quamve ad ista, quæ preciosa sunt, verba illa sane pulchra sint transferenda. Idem dico de alijs Lyricis, quemadmodum fufius egimus infra, vbi de Ode, ac de Horatio scripsimus. Interea num res sacras liceat carmine Pindarico celebrare, pauca hæc, quæ sequuntur indicabunt; cum qui reliqua huiusmodi scripserint, ex ijs peti possint, quos Elencho adscripsimus.

Cap. 21. huius libri.

FEDERICI IAMOTTI.

ΚΡΙΣΤΟΥ ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ.

Εἶδος Πινδαρικόν. Στροφή κώλων θ.

Πότι λουγαρες ὕμνοι, μοισέων Καλλιπλοάμων ταύτων Ὀϊκον σπινιασόμενοι, τιμάορον Τάταν φέρει ἀγλαίαν, ὄρωσ τε βανθείσας μαλακὰ γλυκαρόν νίκας ἄωτον, Τὰ βαρυδέπου κρέοντος Τψινεφής ἤνεια σωτήρ ἔλκυ, Μῦθμα πάντων ἴβω πορτέ κάλλιπον ἄθλων.

Αἰτησροφη κώλων θ. Τυμβιδίων ἦδ ἀδειμαίτω κράτη Κόθμυδα λιπών σιαμαρόν Αἴψων, ἀβάταν πορότερον θνατοῖς κλυτὰν Νικαφορίας ὁδὸν ἦλθε Δεασότας, καὶ θεασεσίου παλάμα Δύσανον ἀδρών Ἔθνος ἀρχαίου δράκοντος Καρπαλιμαῖ ἡλύων ἐξείλετο, Δάμων σερραὶ βίαι ἔργω δαμάζων.

Επώδος κώλων θ. Θάυμα σαρμώνοισ ὁμοκλιῖς Αδύπ γαρύμεν. Αμμοσ οὐδ μοισάον ἔλᾶν πεδὸ θου Νικαφόρον ὀρωόμεοι Δίφρον, ἀγάνορα Δίριας Αιπὸν ὑψιπέταν ἰχθυόμορ. Αλλά τυ τᾶν χαρίτων εἰδὼς νέμεδς Κᾶπον ἀειδόμενον, Ευμμεῖ ψυχὰ χερῖν δέξαι ταπεινάν.

Carmen Pindaricum. Strophe Colon 9.

Variè sonantes hymni Musarum pulchris capillis spectandarum custodem [Musis ornata & illustrem] domum adeuntes, fert hunc eximium splendorem, dulcemq. florem victoriæ rore molli irrigate [hanc insignem victoriam suavi carmine decantatam] quam grauiter sonantis Regis in altis nubibus habitans proles seruator [Christus] reportauit: monimētum pulcherrimum priorum omnium certaminum.

Antistrophe Colon 9.

Sepulchralis enim atrii linguens intrepido robore canitatem opacam, inaccessam antea mortalibus, inclitam victoriæ viam ingressus est Dominus, manuq. potenti miserum mortalium genus ex veteris draconis rapacibus malis eripuit, hostium fortem vim virtute domans.

Epodus. Colon 9.

Miraculum sanè omnifono [carminum] murmure celebrare suauē. Nos igitur Musarū currum victoriæ reportatorem altius à terra agitare aggressi [longè nos ab humo tollentes, grandia & sublimia canere] generosam Dirces Aquilam altiulolantem sequimur [Pindarum poetam Thebanū scilicet, qui verba grandia loquitur, & instar aquilæ sublimis, & longissimè remotus à terra, volat.] At tu, qui nostri gratiarum hortum celebrem decerpere [qui gratiarum fauore fruieris, & poeta es] beneuolo animo hoc munusculum suscipe.

DE CALLIMACHO. Caput XI.

Allimachi autem cum non pauca sint non solum in Iouem, Apollinem, Dianam, Delum, lauacrum Palladis, Cererem, inde feligenda viderentur que possent ingenijs esse vsui futura citra animi noxam. Inueniuntur autem extra ipsius librum, qui circumfertur, varia apud Interpretes Pindari, Theocriti, Apollonij, & aliorum Poetarum, apud Diogenem Laertium in vita Pittaci, & lib. 9. Et in Anthologia Epigramaton lib. 3. in Heraclitum Poetam; deinde apud Plutarchum in vita Antonij: In Timonem & lib. 1. de placitis Philosophorum cap. 7. & in alterum apud Athenæum lib. 2. cap. 1. & lib. 15. non procul à principio. In Polypum lib. 7. & 32. In Polas Colchidis urbem apud Strabonem libro primo, & quinto Geograph.

In Theram Insulam libro vltimo Strabonis. A In litterarum perpetuitatem apud Stobæum ferm. 79. In puerum ferm. 75. Et in amicorum συμπαθειαν ferm. 111. ac quæcūque ex anthologia Græcorum Epigrammatum in Nouercas, Theetetum in Poetas, in Saonem, & in aliquos alios, ac denique in Catullo, qui ad Ortalum de coma Berenices poematum Callimachi Latinis versibus redditum misit: Extant inquam hæc Callimachi, quæ sicuti aliorum quorundam antiqua ethnica poemata à quibusdam hereticis in lucem edita, penè in Cælum efferuntur, vt & omnibus Philosophorum meritè anteponanr, & è Strabone solos Poetas dicant esse sapientes: Veruntamen lectores essent præmuniendi ea saltem admonitione, vt enitendum esse Christianis intelligerent, vt in Diuinas laudes conuerteret, quæ illi in falsorum Deorum celebrationem, in commentitios illos Ioues (quorum 300. numerauit antiquitas) in Apollines, Dianæ, & reliquos effutiebant. Callimachus porò minus excusabilis videtur, quàm ceteri, quòd cum esset Philadelpho, & Euergetæ Ptolemæis Aegypti Regibus familiaris, ac Regiæ illorum Bibliothecæ præfesset, poterat videre translationem Diuinæ Scripturæ ab 70. Interpretibus factam; & Deo iuuante effici, vt gentiliū Deorum falsitatem non solum ex animo, sed & è suis scriptis omnino abstergeret: id quod tamen non omnino tacuit, sicuti supra monstrauius.

Strabo.

Phocylides ex sibyllinis carminibus sua subripuit. Vnde nam erroreorū, qui Phocylidi christiana pietatem tribuerunt.

De Tragicis, & Comicis Poetis Ethnicis antiquis tum Græcis, tum Latinis quid generatim Lambinus senserit.

IN Tragicis, & Comicis Dionysius ipse Lambinus, quæ moribus aduerfari possent, haud dissimulauit. Itaque ille sic. Veniamus ad tragicos, qui omnium manibus teruntur, qui assidue leguntur, qui ediscuntur. Primum ipsa tragediarum argumenta partim sunt atrocita, & scelerata, & impia; partim flagitiosa, & incesta, partim incredibilia, atque absurda: exempli gratia: liberi à matribus trucidati: matres à liberis interfectæ: viri ab vxoribus, adiuuante adultero, de medio sublati: indomitæ, atque effrenatæ mulierum libidines: filiorum cum matribus concubitus: nouerçæ priuignorum amore flagrantēs: fratres mutuis vulneribus animam cum sanguine profundentes: patres per speciem, & causam religionis filias immolantes: fortissimi viri alij acceptæ iniuriæ dolore ad insaniam redacti: alij ne ad bellum profiscantur, furorem simulantes: sexcenta his similia. Deinde sententiæ talibus argumentis contentanæ.

Oderint dum metuant. & Natis sepulchrum ipse est parens: & Nam si violandum est ius, regnandi gratia, Violandum est, alijs rebus pietatem colas: & Iurauit lingua, mentem iniuratum gero: & Τὴ μὲν διγύου τὴν δ' ἐκνον ἀνυσσ, Τὰ δ' ἔργα τὰ πᾶν ὄρωτος ἐνδα κερδανεις: id est.

Opinionem iusti hominis tibi para, Sed questuosa que sient, facito omnia. & Τὸ κέρδος ἦδ ὁ καὶ δὲπὸ ἰδδὸν ἐν: id est, Dulce est lucrum, partum licet ex mendacio. & Πολλὰσι μορφαῖς οἱ θεοὶ σοφισμάτων Σφάλλουσιν ἡμᾶς, κρείττους προουότες: id est, Multis labefactant nos superi artium modis, Præstantiores quippe longe viribus. & Ὡ Ζεῦ. πῶ λείω σότερας ἀνθρώποις ὄραν; Ἡ δ' ὄξαν ἄλλως τὴν δεικνύουσ, μὰ τῶν, Δουκωῖ τας ἄλλως δαμύων ἐπ' ἡβος, Τὸ γὰρ δὲ σὸντα τῶν βροτῶν ἐπίστοπτεν; i. O Impieter, te ne aspicere humanum genus Dicam? an, Deorum nulla cum natura sit, Nos falsa opinione labi, & omnia Mortalium negocia fortuna regi? & Εὐφρανε σαυτὴν. πῶνε, τὸν καθ' ἡμέραν βίωσ Λογίζου σὸν, τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης. id est, Animum tuum oblecta: bibe presentem diem Tuum esse, cetera omnia fortune puita. Quid

Dionysius Lambinus præfatione in Lucretium Carum.



Quid Comici? nonne hi quoque (addit Lambinus) si summo cum eis iure agere volumus, è bibliothecis omnibus erunt exigendi? Nihil dicam de Aristophane. notum os veteris comædiæ. nota verborum illius non libertas, aut licentia, sed turpitudine, atque impudentia. Plautini item sales nemini sunt inauditi. mitto quàm sint improbi, quàm scur riles, quàm obsceni. Ne Terentius quidem, quem omnes eruditi Comitorum omnium pudentissimum, & verecundissimum fatètur esse, omni ex parte sermonibus prætextatis, atque impudicis vacat.

Ne multa. totum argumentum comicum ex senibus auaris, stultis, deliris: ex adolescentibus amatoribus, intemperantibus, scortatoribus, profusis, ac perditis: ex virginibus aut vi, aut pretio corruptis: ex mètricibus procacibus, ac rapacibus: ex feruis fallacibus, ac furacibus: ex lenonibus impijs, ac periuris: ex parasitis edacibus: & ex militibus gloriosis constat.

De Latinis Poetis Epicis Antiquioribus, ac primum de Ennio.

Cap. XIII.



Nanius primum inter Latinos Poetas Epicos locum obtinet, quem & Virgilius sibi imitandum proposuit, & M. Varro discipulum Musarum, quemadmodum M. T. Cicero summum

Epicorum Poetarum vocat. Porro grauissima de illo testimonia habentur, qualia sunt Horatij in Poetica.

Horat. in Poetica.

Ego cur acquirere pauca.

Si possum inuideor? cū lingua Catonis, & Enni Sermonem patrium ditauerit: & noua rerum Nomina protulerit?

Et ibidem.

Et Enni

In scenam missos magno cum pondere versus, Aut opera celeris nimium, curaq. carentis, Aut ignorata premit artis crimine turpi.

Nec tacuit Ouidius.

Ouid. lib. 1. Amorum Eleg. 1. 5.

Ennius arte carens, animosq. Attius oris

Casurum nullo tempore nomen habet.

Et alibi.

Propert. lib. 3. eleg. 2. et li. 4. eleg. 1.

Vtq. suo Martem cecinit grauis Ennius ore,

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Quint. li. 2. 10. c. 1. Macrobi. lib. 1. Saturnal. c. 4. lib. 6. c. 3. & 9. Agell. li. 4. cap. 7.

Quin quæ de eo veteres alij testati sunt, ingens tanti Poetæ desiderium possunt iniicere: Nam præter Propertium, Quintilianum, Macrobius, Agellius, & alios; certe Seneca scriptum reliquit. Quidam sunt tam magni sensus Q. Ennij, vt licet scripti sint inter hircosq. possunt tamen inter vnguentatos placere.

Seneca. apud eundem li. 2. c. 2. & li. 7. ep. & li. 3. de Tra.

A Nec tacuit nostra ætate, qui in dijudicandis Poetis iudicio tanto valuit Scaliger, cum præter cetera de Ennio carmina hæc scripserit.

Magne senex, cui torua graui sonat horrida cantu

Buccinæ, bellaci cum crepat hasta manu; Dic Romæ, dic Phæbigenis, te huic concedere vitam,

His donare sacra semina magna tubæ.

At vt ex his desiderium augetur, ita dolendum est interijisse pleraque, quorum fragmenta cum tanquam ex naufragio collegerit nouissimè Hieronymus Columna, qui & Ennij vitæ, & vestigia illius eruditionis, atque scientiæ, iustis, & eruditis Commētarijs explicuit, habent docti vnde speciem illam venerandæ vetustatis, ac certas quasdam Latinitatis diuitias interiores odorentur. Certe collata cum Homero, atque Virgilio excitant ingenia ad Poësim grauius tractandam, condendosq. versus, qui maiestatem præferentes inuicem ad reuerentiam animos, præsertim si ad heroica illa scribenda adhibeantur, quæ cælestia trophæa meruerunt.

C Ceterum Elenchi fragmentorum, quæ Hieronymus Columna collegit, hoc est initium eorum, quæ primo libro tractat.

Musa, quæ magnum pedibus pulsatis olympum.

Varr. li. 6. de lingua Lat.

In secundo autem sunt fragmenta.

Phageticorum,	Afoti,
Epigrammatum,	Satyrorum,
Scipionis,	Protreptici,
Epicharmi,	Præceptorum.

In Tertio.

TRAGŌEDIARVM.

Medeæ,	Cresphontis,
Iphigeniæ,	Athamantis,
Achillis,	Andromedæ,
Aiacis,	Telephi,
Telamonis,	Thyestis,
Hæctoris Luffrorum,	Phœnicis,
Alexandri,	Menalippes,
Andromaches,	Alcmeonis,
E Hecubæ,	Cressarum,
Eumenidum,	Alceftidis,
Duloreftis,	Nemeæ,
Erechthlei,	Ilionæ, siue Polydori.

COMŌEDIARVM.

Amphithraſonis, Ambraciæ.

PANCRATIASTAE. Et

Item incertarum Tragœdiarum, & Comœdiarum.

In

In Quarto.

E veneri, siue sacre Historiæ, in quo etiam minutiora quædam habentur fragmenta, quæ incertum prorsus fuit, quoniam referenda essent.

DE LVCRETIO CARO. Caput XIII.



Emini quoque, qui Latine nouerit, dubium esse potest, Lucretium inter eos, qui carmine de rebus naturalibus scribere, subtile, argutum, enucleatum, limatum, elegantissimum esse, licet antiquum obtineat in verbis, quibus magna ex parte exoletis, alia deinceps mitiora successerunt. At proponendi adolescentibus versus illi non sunt, quibus aut Venerem inuocat, (licet vt Epicureus Deos illos suos nihil curasse crederet) quibus item laudat Epicurum, aut infelici proposito sibi argumento, immortalitatem animi, prouidentiam Diuinam, Religionem omnem tollit, præter insanas illas, & absurdas opiniones, quas de atomorum concursione fortuita, ac de Mundis innumerabilibus suo Poemati interferit: Ac tamen, si prælegerentur, expediret, vt vera de his dogmatibus sententia è regione poneretur è versibus vel Græcis, Gregorij Nazianzeni, vel Latinis Boetij, vel ex alijs aliorum illustribus.

Greg. Naz. 7. carm. seu sermone de Anim.

Sanè aduersus mortalitatem animæ Nazianzenus sic cordatissimè scribit.

Ψυχὴ δ' ὄσιν ἀμα θεῶ μίση ἀνέτην Οὐρανὸν γοῖοιο, φάος ἀήλιον καλοφθὲν Ἄλλ' ἔμπης θεῖν τε Ἐφθιτος, ἔγδ' εἰοικεν Εἰκόνα τινὸς μεγάλοιο θεοῦ λυέσθ' ἀκόσμως Ἐρπυσήσῃν ἑμοῖα βροτοῖσι τε ἀφραδέεσιν. Καὶ τὰ Διτὰ. hoc est.

Numinis est animus flatus, qui calitus ortui Nexum terrena subijt cum carne iugalem, Haud secus ac lumē, quod cæco obducitur antro Diuinus tamen est, mortisq. ignarus acerbæ. Non etenim vt bruta, & pecudes ratione carentes Numinis effigiem procumbere morte decebat.

Quin etiam non solum contra Empedoclem, & Lucretium, verum etiam aduersus Stoicos cognitionem ex sola re obiecta gigni dicentibus; cum tamen in hac quoque vita ex ipsius etiam mentis vi, atque actione pendeat, afferri, & edifci posset carmen illud Boetij quod sic habet.

A Quondam porticus attulit Obscuros nimium senes, Qui sensus, & imagines E corporibus extimis Credunt mentibus imprimi, Vt quondam celeri stylo Mos est aquare pagine, Quæ nullas habeat notas Pressas figere litteras. Sed mens si proprijs vigens Nihil moribus explicat, Sed tantum patiens iacet Notis subdita corporum, Cassasq. in speculi vicem Rerum reddit imagines, Vnde hæc sic animis viget Cernens omnia notio? Quæ vis singula prospicit? Aut quæ cognita diuidit? Quæ diuisa recolligit? Alternumq. legens iter Nunc summis caput inserit, Nunc desedit in infima, Cum sese referens sibi Veris falsa redarguit. Hæc est efficiens magis Longe causa potentior, Quam quæ materia modo Impresas patitur notas. Præcedit tamen excitans, Ac vires animi mouens Viuo in corpore passio: Cum vel lux oculos ferit, Vel vox auribus instrepit, Dum mentis vigor excitus Quas intus species tenet Admotus similes vocans Notis applicat exteris, Introrsusq. reconditis Formis miscet imagines.

Boetius li. 5. de Consolatione.

Ex altera vero parte non negauerim perlegi posse in Lucretio quæ de morte contemnenda, de amore fugiendo, de coerendis cupiditatibus, de sedandis animorum motibus, de mentis tranquillitate comparanda, de somno, de ortu, obituq. syderum, de Solis, & Lunæ defectu, de natura fulminis, de cælesti arcu, de causis morborum, ac plerisque eiusmodi rebus disputat: præsertim autem carmina illa, quibus velit nolit, Iudicij futuri postremum diem indicat.

Ceterum Lucretius hic Poeta Epicureorum amatorio poculo in furorem versus, cū aliquot libros per insanientia interualla conscripsisset, quos Cicero emendauit, se sua tandem,

dem manu confecit, ætatis anno quadragesimo quarto.

De Virgilio, ubi de recto eius usu. Caput XV.



Væ de Virgilij Eclogis dicenda erant, ea commodè ceciderunt, ubi de Theocrito loquuti sumus. Restant quæ generatim de tanto Poeta quæ sunt Virgilius dici possunt: ut vsus illius rector constat.

Ac primò facilius quam ex Ouidio, Catullo, Propertio, Tibullo, & alijs eiusmodi, excerni liceret è Virgilio, quidquid esset obscærum; nequid teneris mentibus labis aspergeretur: quales sunt Deorum inuocationes, amores fœdi, concubitus Aenææ, ac Didonis, ac reliqua de quibus non ita multo post.

Quænam verò adhibenda sit ratio, & cautio in eo versando, ex quattuor obseruationibus patere crediderim.

PRIMA. Ne nimis anxij simus in ijs reiiciendis, aut notandis quæ ad pietatem non pertinent. Quæ enim Tucca, & Varus obiecere Virgilio, quem negligentia arguerunt, haud tanti momenti fuerint, quin euinci possint.

Franciscus Præstitit hoc Franciscus Campanus, libello, quem inscripsit Quæstionem Virgilianam, quæ Parisijs edita fuit anno huius sæculi quadragesimo secundo: qua occasione conatus est pieraque Aeneidos loca, præsertim secundæ, & sexti libri obscura aperire. Macrobius item, ac Sebastianus Conradus alia obiecerunt. At Iulius Cæsar Scaliger Virgilium vindicauit. Quinetiam Gulielmus Modicius paruo libello secutus est Scaligerum. Ac tamen non pauca dixere Macrobius, & Conradus, quæ ad verorum Poematum formam, siue emendationem attinent. Et vero habentur obseruationes Horatij Tuscanellæ in opera Virgilij; quibus conatus est docere, atque (ut ille ait) detegere praxim artificiorum summi momenti artis Poeticæ, cum ipsius Virgilij exemplis. Ceterum præfatos auctores cum plerisque alijs temporum iniuria perdidit: nêpè Q. Octauium Auitum, qui octo voluminibus homoteleuton, quos, & vnde versus trāstulerat Virgilius, adnotauerat. Perelliū Augustum, qui furta Virgilij: Herennium, qui eiusdem vitia contraxerunt: Messium Aruianū, qui libellum elocutionum Virgilianarum, & formas loquedi Poetæ persecutus est. At demum Fuluius Vrsinus egregias lucubrationes edi à Plantino permisit, quibus Virgilium collatione Scriptorum Græcorum illustrauit.

Macrobiius Sebastianus Conradus Scaliger. Gulielmus Modicius Mommsfordensis libello, quo vindicatur Virgilium à calumnijs, is autem editus est Petrus 1575. Horatius Tuscanellæ. Offian. Auitus. Perellius Augustus. Herennius. Messius Aruianus. Fuluius Vrsinus. Virgilius collatione Græcorum Scriptorum illustratus.

PRIMA. Ne nimis anxij simus in ijs reiiciendis, aut notandis quæ ad pietatem non pertinent. Quæ enim Tucca, & Varus obiecere Virgilio, quem negligentia arguerunt, haud tanti momenti fuerint, quin euinci possint. Præstitit hoc Franciscus Campanus, libello, quem inscripsit Quæstionem Virgilianam, quæ Parisijs edita fuit anno huius sæculi quadragesimo secundo: qua occasione conatus est pieraque Aeneidos loca, præsertim secundæ, & sexti libri obscura aperire. Macrobius item, ac Sebastianus Conradus alia obiecerunt. At Iulius Cæsar Scaliger Virgilium vindicauit. Quinetiam Gulielmus Modicius paruo libello secutus est Scaligerum. Ac tamen non pauca dixere Macrobius, & Conradus, quæ ad verorum Poematum formam, siue emendationem attinent. Et vero habentur obseruationes Horatij Tuscanellæ in opera Virgilij; quibus conatus est docere, atque (ut ille ait) detegere praxim artificiorum summi momenti artis Poeticæ, cum ipsius Virgilij exemplis. Ceterum præfatos auctores cum plerisque alijs temporum iniuria perdidit: nêpè Q. Octauium Auitum, qui octo voluminibus homoteleuton, quos, & vnde versus trāstulerat Virgilius, adnotauerat. Perelliū Augustum, qui furta Virgilij: Herennium, qui eiusdem vitia contraxerunt: Messium Aruianū, qui libellum elocutionum Virgilianarum, & formas loquedi Poetæ persecutus est. At demum Fuluius Vrsinus egregias lucubrationes edi à Plantino permisit, quibus Virgilium collatione Scriptorum Græcorum illustrauit.

SECUNDA. Quæcunque commodè possunt exponi, ut animi ad virtutem, atque adeo ad veritatem accendantur, ea ne omittantur. Id quod Augustinus nos docuit, præter id,

quod ex Constantino Magno Imp. attulimus in octauam Virgilij Eclogam. Et Augustinus quidem sic.

Mirari autem soleo etiam apud Virgilium istam Domini reperiri sententiam, ubi ait: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Et infra. Nam cum Elyfios campos Poeta ille describeret, ubi putant habitare animas beatorum: non solum ibi posuit eos, qui proprijs meritis ad illas sedes peruenire potuerunt, sed adiecit, atque ait: Quisq. sui memores alios fecere merendo.

idest, qui promeruerunt alios, eosq. sui memores promerendo fecerunt. Prorsus tanquam eis diceret, quod frequenter ore Christiano, cum se cuique Sæctorum humilis quisque commendat, & dicit: memor mei esto: atque ut id esse possit, promerendo efficit. hæc ille.

Tertia. Ut quæ Pietati, ac Religioni aduersantur, ea potius ex solidissima Patrum auctoritate, quam è nobis, planissimè refutemus. Et sanè idem ipse Augustinus acerrimi vir iudicij hanc quoque viam nobis strauit: quem admodum è sequentibus intelligitur.

Nam ista (inquit) peritura prædicta sunt, prædicta omnino. Non enim negare possumus, quod prædictum est. Dominus tuus, quæ expectas, dixit tibi, Exurgit gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. Habent immutationes terrena regna. Veniet ille, de quo dictum est. Et regni eius non erit finis. Qui hoc regnis terrenis promiserunt, non veritate ducti sunt, sed adulatione mentiti sunt. Poeta illorum quidam induxit Iouem loquentem, & ait de Romanis.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Imperium sine fine dedi.

Non planè ita respondet veritas. Regnum hoc quod sine fine dedisti, in terra est, an in celo? Vtique in terra. Et si esset in Cælo, Cælum & Terra transiret. Transiret quæ fecit ipse Deus, quanto citius, quod condidit Romulus? Forte si vellemus hinc exagitare Virgilium, & insultare quare hoc dixerit, in parte tolleret nos, & diceret nobis. Et ego scio. Sed quid facerem, qui Romanis verba vendebam, nisi hac adulatione aliquid promittere, quod falsum erat? Et tamè in hoc cautus fui, quando dixi. Imperium sine fine dedi, Iouem ipforum induxi, qui hoc diceret. Non ex persona mea dixi rem falsam, sed Ioui imposui falsitatis personam. Sicut Deus falsus erat, ita mendax vates erat. Nam vultis nosse, quia ista noueram? Alio loco, quando non Iouem lapidem induxi loquentem, sed ex persona mea locutus sum, dixi.

Non res Romana, perituraq. Regna. Videte quia dixit peritura regna. Dixit peritura regna, non tacuit peritura. Peritura veritate non tacuit, semper mansura adulatione

Aug. lib. 2. de Ciu. Dei cap. 27. Luc. 16.

Aeneid. 6.

Aug. serm. 29. in Euāgel. secundum Lucam. Mar. 13.

Luc. 1.

Virg. lib. 1. Aeneid.

tionem promisit. Non ergo deficiamus, fratres, finis erit terrenis omnibus regnis.

Expedit autem, ut quisque Virgilij tractator perlegat quatuor primi libri capita de Ciuitate Dei, quæ illemet scripsit Augustinus. Primum enim agit de aduersarijs nominis Christi, quibus in vastatione vrbs propter Christum Barbari pepercerunt victis: quo capite expendit, quomodo, quod Dei est, superba quoque animæ Aeneæ spiritus inflatus affectet, ametq. sibi in laudibus dici: Parcere subiectis, & debellare superbos.

Deinde ostendit, quod nulla vnquam bella ita gesta sunt, ut victores propter Deos eorum, quos vicerant parcerent victis. Nonne (ait) vidit Aeneas Priamum per Aras, Sanguine sedantē quos ipse sacrauerat ignes. Nonne Diomedes & Vlysses, Cæsis summa custodibus arcis, Corripuere sacram effigie, manibusq. cruentis, Virgineas ausi Diue contingere vitias.

Nec tamen quod sequitur verum est. Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri, Spes Danaum. Postea quippe vicerunt, postea Troiam ferro, ignibusq. delerunt, postea confugientem ad aras Priamum obruncauerunt. Nec ideo Troia periit, quia Mineruā tradidit. Quid enim prius ipsa Minerua perdidit, ut periret? an fortè custodes suos? Hoc sanè verum est, illis quippe interemptis potuit auferri. Neque enim homines à simulachro, sed simulachrum ab hominibus seruabatur. Quomodo ergo colebatur, ut patriam custodiret, & ciues, quando suos non valuit custodire custodes?

Tertio verò capite cum Augustinus docere vellet, quam imprudenter Romani Deos penates, qui Troiā custodire non potuerant, sibi crediderint profuturos. Ecce (inquit) quibus Dijs vrbem Romanam seruandam se commendasse gaudebant. O nimium miserabilem errorem. Et nobis succensent cum de Dijs eorum talia dicimus: nec succensent auctoribus suis, quos ut ediscerent, mercedem dederunt. Doctoresq. ipsos in super, & salario publico, & honoribus dignissimos habuerunt. Nempe apud Virgilium, quem propterea paruuli legunt, ut videlicet Poeta magnus, omniumq. præclarissimus atque optimus teneris ebibitus annis, nō facile obliuione possit aboleri, secundum illud Horatij.

Quo semel est imbuta recens, seruabit odore, Testa diu. Apud hunc ergo Virgilium nempe Iuno inducitur infesta Troianis, Aeolo ventorum Regi aduersus eos irritando dicere. Gens inimica mihi Tyrrhenū nauigat equor Ilium in Italiam portans, victosq. Penates. Itane istis penatibus victis, Romam ne vinceretur, prudentes commendare debuerunt?

Aen. 1.

Sed hæc Iuno dicebat velut irata mulier, quid loqueretur ignorans? Quid Aeneas ipse pius toties appellatus, nonne ita narrat.

Panthus Otridae, arcis Phæbiq. sacerdos, Sacra manu, victosq. Deos, paruumque nepotem.

Ipse trahit, cur suq. amens ad limina tendit. Nonne Deos ipsos, quos victos non dubitat dicere, sibi potius, quam se illis, perhibet commendatos, cum ei dicitur: Sacra, suoq. tibi commedat Troia Penatos: Si igitur Virgilius tales Deos, & victos dicit, & vt, vel victi quoquo modo euaderent, homini commendatos; quæ dementia est existimare his tutoribus Romam sapienter fuisse commissam, & nisi eos amisset, non potuisse vastari? immo verò victos Deos tanquam præfides & defensores colere, quid est aliud quam tenere non numina bona, sed dæmonia mala? Quanto enim sapientius creditur, non Romam ad istam cladem non fuisse venturā, nisi prius illi perijissent, sed illos potius olim fuisse perituros, nisi eos, quantum potuisset, seruasset. Nam quis non, cum aduerterit, videat quanta sit vanitate præsumptum, non posse vinci sub defensoribus victis, & ideo perijisse quia custodes perdidit suos Deos, cū vel sola potuerit esse causa pereundi, custodes habere voluisse perituros? Non itaque cum de Dijs victis illa conscriberetur, atque canerentur, Poetas libebat mentiri, sed cordatos homines cogebat veritas confiteri. Verum ista oportunitus alio loco diligenter, copioseq. tractanda sunt. Nunc quod institueram de ingratis hominibus dicere, parumper explicem, ut possum: qui ea mala quæ pro suorum morum peruerfitate merito patiuntur, blasphemantes Christo imputant.

Quod autem illis etiā talibus propter Christum parcitur, nec dignantur attedere, & eas linguas aduersus eius nomen dementia sacrilegæ peruerfittatis exercent, quibus linguis vsurpauerunt mendaciter ipsum nomen, ut viuerent. Vel quas linguas in locis ei sacratissimis metuendo presserunt, ut illic tuti atque muniti essent, ubi propter eum illasi ab hostibus fuerant, inde in eum maledictis hostilibus profilirent. hæc idem Augustinus. Agit deinde de asylo Iunonis in ipsa ciuitate Troia, qui neminè liberavit à Græcis, & de basilicis Apostolorum, quæ omnes ad se confugiens à Barbaris defenderunt, sic inquiens. Ipsa, ut dixi, Troia mater Romani populi sacratiss in locis Deorum suorum munire non potuit, ciues suos ab ignibus, ferroq. Græcorum eisdem ipsos Deos colentium, quinetiam Iunonis asylo.

Custodes lecti Phenix, & dirus Vlysses Prædā afferbant, huc vndique Troia gaza Incensis erepta aditis, mensaq. Deorum, Cratereq. auro solidi, captiuq. vestis Conge-

Cap. III.



Congeritur: pueri & panide longo ordine matres.

Stant circum.

Electus est videlicet locus tantę Deę sacra- tus, non vnde captiuos non liceret educere, sed vbi captiuos liberet includere. Compara nunc asylum illud non cuiuslibet Dei gregalis, vel de turba plebis, sed Ionis ipsius sororis & coniugis, & Regina omnium Deorũ cum memorijs nostrorum Apostolorum. Il- luc incensis Templis, & Dijs erepta spolia portabantur, non reddenda victis, sed diuidẽ- da victoribus: huc autem, & quod alibi ad ea loca compertum est pertinere, cum honore & obsequio religiosissimo reportatum est. Ibi amissa, hic seruata libertas: ibi clausa, hic interdicta captiuitas: ibi possidendi a domi- nantibus hostibus premebantur, huc liberandi a miserantibus hostibus ducebantur. Pos- tremo illud Iunonis templum sibi elegerat auaritia, & superbia leuium Gręcorum: istas Christi Basilicas misericordia & humilitas, etiam immanium Barbarorum. Nisi fortę Gręci quidam, in illa sua victoria, tẽplis Deo- rum communium pepercerunt: atque illõ confugientes miseros victosq. Troianos ferire, vel captiuare non ausi sunt. Sed Virgilius Poetarum more illa mentitus est. Immo ve- rø morem hostium ciuitates euertentium il- le descripsit. Sic Augustinus.

Æquidem verò, vt sincerę fatear, si Virgilij artem, iudicium, numerum, dictionemq. spe- ctemus, plura sunt, quę eleganter, atque ap- positę dicta sunt; sed illa tamen, vt verissimę dicam, neque ad Christianę vsũ Reipublicę; nec quales Poetas decet, quorum carmi- nibus aures Christianorum personare debēt. Hic ego (inquam) cum Augustino laudo ver- ba preciosa, venenum non item, quod in eis occidenti iam Mundo, suisq. alijs peccato- rum ponderibus penę oppressio traditur.

Ac recte Origenes: Ait enim sepe se vidis- se aureum calicem in pulchro sermonis or- natu, & dogmatum venena considerantem, deprehendisse calicem Babylonis. Ecquis igitur mentis non emotę totas Virgilij eclo- gas piorũ pectoribus obrudat? Ecquis pręter fabulas, & inania Deorum commenta Cę- sare m vndecies centies millium hominum vel interfectorem, dum regnandi auiditate teneretur, vel auctorem, vt interficerentur, & ad inferna delapsum, sed ab eo in Cęlo re- positum equo possit animo audire? Ecquis Aeneam, quę eruditus artis poetice scriptor existimat insignem pietate virum, & contem- platione, atque actione perfectissimum a Vir- gilio fuisse propositum; si attentiore acie Christianę mentis rem dispexerit, talem esse comperiet, vt illius vita, actiones, reliqua itę Christianis auribus, & oculis (teneris preser- tim ingenijs) tanquam pietatis, & virtutum exempla sint proponenda? Eius, inquam ho-

Orig. hom. 2. sup. Hie- rem.

Plat. 7. de leg. Senec. ad Libera- lem.

Souliger. Cal. Rho- diginus.

A minis, quem Virgilius ex Venere, quam Cę- lestem Deam facit, & Anchise pastore natum esse: quem item idololatram, & captos secum penates afferre dicit: cum & falsorum Deorũ iram, diuersaq. inter illos studia exponat, ac quicquid Aeneę acciderit, id ipsi contigisse fato cogente scribat? vt omittam turpe illud a sorore Didoni consilium, officiumq. Aeneę prestatum, sedamq. prius venationem ad for- nicationem perpetrandam. Aeneam autem mortuis humanas victimas immolantem, & ignem cruore hominum tanquã oleo pascen- tem, & Turno, licet se dederit, necem ab ipso, quo iustior alter, nec pietate fuit, nec bello maior, & armis, illatam. Scilicet his exem- plis, mores corriguntur, & pietas insinuat. Et vero quotus quisque est, qui de talium rerũ lectione solidas virtutes didicerit; aut, cum vitam improbę actam emendauerit, sua tan- dem scripta ab inanibus, fabulosiq. repurga- rit? sed ne videamur aduersus tam celebrem Poetam inclementius scribere, perlegant pij quid de eiusmodi poematibus apud Lactan- tium Christiana senserit antiquitas. Quomo- do enim (ait) a sanguine abstinebunt, qui col- lunt cruentes Deos Martem, atque Bellonã? Quomodo parentibus parcent, qui expulso- rem patris sui Iouem, aut natis ex se infantibus, qui colunt Saturnum? Quomodo pudic- itiam tuebuntur, qui colunt Deam nudam, & adulteram, & quasi apud Deos prostituta? Quomodo se a rapinis, & a fraudibus absti- nebunt, qui Mercurij furta nouerunt docen- tis nõ fraudis esse decipere, sed astutię? Quo- modo libidines coërcebunt, qui Iouem, Her- culem, Liberum, Apollinem, ceterosq. vene- rantur; quorum adulteria, & supra in mares, & feminas non tantum dictis nota sunt, sed etiam exprimuntur in Theatris, atque can- tantur, vt sint omnibus notiora? Possunt ne inter hęc iusti esse homines, qui etiam si natu- ra sint boni, ab ipsis tamen Dijs erudiantur ad iniustitiam? hęc Lactantius.

At, vt de Homero diximus, sic de Virgilio dicendum est: rectiorem illius vsũ adhiberi posse, si submotis obscenis, & quę falsorum Deorum cultum sapiunt, vbi sextus Anei- dos liber esset exponendus (quamuis certę mihi nunquam probatum fuerit, vt adole- scentibus prelegeretur) firmissimã prius eo- rum animis notitia de veritate Inferni traderetur: simul autem agere-

tur, cur Satanas hunc Diuinę iustitię articulum inuo- lucris fabularum te- gere, atque obuolue- re conatus sit.

Lactantius li. 5. de fals. pietate, & de fals. & vera relig.

Alia

Alia obseruatio de recto Virgilij vsu.

Cento quid sit: ac centonum qua- dam exempla eximia.

Caput XVI.

Cetonum ex Virgi- lio facien- dorum ra- tio.



Qvod adolescens feci, cum emit- terem in lucem Lælij Capilupi Centones è Virgilio collectos, id multò magis mihi iam seni, & in hac palestra Pietatis ver- santi repetendum est, vt eadem opera constet, qua ratione Poetarum Ethni- corum Latina, sicut olim Aegyptiorum opes in populi Christiani rectissimum vsũ, & Dei cultum transferri possint: quę sanę quarta obseruatio fuerit, ad rectissimum Virgilij vsũ eliciendum.

Omnium igitur omnino qui aliquid in lu- cem edunt, duo genera sunt, alterum eorum, a quibus res ipse inueniuntur, alterum illorũ, qui quod dicturi sunt, aliunde assumunt: atque hoc genus in duas partes rursus distributum est. nam aut qui ab alijs res accipiunt, eas suis verbis exponunt, aut ad sententias suas alio- rum verba transferunt, atque traducunt, quod quidem pertinet ad eos, qui Centones con- scribunt, quo in genere ita mirabiles fuere Lælius & Iulius Capilupi, vt facily omnium expectationem vicerint, ac superarint. Nam cum plerunq. de rebus ab antiquorum etate remotissimis agant, eas tamen ita Virgilij carminibus tractant, atque complectuntur, vt ne ipsum quidem Poetam supra potuisse existimem. Nam & in dispositione sententia- rum, & ordine, & in coniungendis, ac quasi con- glutinandis versibus, qui in Virgilij libris ma- ximo intervallo inter se distincti sunt, id sunt omnium iudicio consecuti, vt perpetua po- tius, & cõtinencia scripta, quam vndicis col- lecta & comportata videantur: in quo viro- rum memoriam, & acre iudicium soleo saepe admirari, qui res tam dispersas in vnum lo- cum cogant, easq. ita collocent, vt media primis, extremis prima respondeant. Ac vt perfectus fictor, qui ex diuersissimis lapidi- bus opus egregium fingit, emblemateq. com- ponit, sic illi ex omnibus Virgilij locis, quę ad suam sententiam in primis facerent optima quęq. excerpserunt, atque libarunt, vnumq. corpus confecere. Scio autem nonnullos ad hoc scribendi genus se contulisse, in quorum numero apud Gręcos fuit Eudocia, apud La- tinos Proba Falconia, & Ausonius: sed quan- tum in eo profecerint, aliorum sit iudicium.

Illud quidem nec dubitans affirmauerim hi- sce non modò in hac re non præstatiores fuis- se, sed vix fortasse pares. Nam vt de Ausonio loquar, cum hic de rebus ipsis ageret, de qui- bus a Virgilio ante tractatum fuit, facily illi fuit ad id quod sentiret Poetę carmina accõ- modare, quod his minimè cõtigit, longè enim alia notio subiicitur his scriptis, atque illa, quę Virgilianis subiecta est.

A Porrò Cento quid sit, docet Ausonius his verbis. Varijs de locis, sensibusq. diuersis quedã carminis structura solidatur in vnum versum, vt coeant, aut cæsi duo, aut vnus, & sequēs cum medio. Nam duos iunctim locare ineptum est, & tres vna serie, merę nugę. Dif- funditur autem per cæsuras omnes, quas re- cipit versus heroicus, cõuenire vt possit aut pentimimeris cum reliquo anapesto, aut trõ- chaice cum posteriore segmento, aut semipe- des cum anapestico chorico, aut post dactily, semipedem, quidquid restat hexametro. Si- mile vt dicas ludicro, quod Gręci ostoma- chion vocauerunt. Et post pauca, cum eius lu- di speciem edidisset, subdit. Hoc ergo Cen- tonis opusculum, vt ille ludus tractatur: pari modo sensus diuersi vt congruant, adoptiua quę sunt vt cognata videantur, aliena ne in- terluceant, arcessita ne vim redarguant, den- sa ne supra modum protuberent, huius ne pateant. Quę si omnia ita tibi videbuntur, vt præceptum est, dices me composuisse Cen- tonem.

At Iulius Roscius Hortinus, quę ab Auso- nio obscurius præcepta videri poterant, exem- plis illustrauit, eamq. tractationem adtexuit carminibus Capiluporum, quę Romę edita sunt anno huius sæculi nonagesimo.

Qui vero centones illos curauit edendos, Lectorẽ præmonuit, si qua in ijs verba essent a nostrę religionis more aliena; vt, fata, fortu- na, Dij, Diui, Iupiter, Mars, Venus, & alia, ea primũ Virgilij fuisse: deinde posse per alle- goriã aliter accipi atque proprię significant, namq. illud vanum fortunę nomen modo pro ipsa felicitate, modo pro diuitijs ferè positũ esse inuenies: sic enim fatum pro morte, aut casu, vota quoque pro desiderijs, vel preci- bus, Diuos item, & Deos pro ipsis Sanctis, quale est illud. Cura tibi Diuum effigies, & templa tueri: Sanctorum enim imagines in- telligit, & nõnulla alia similia, quę immutari minimè posse putarunt ob Centonum leges; quamuis nullum ego piaculum existimaue- rim committi si mutarentur in receptas ab Ecclesia Catholica voces. Sanè propter ea- dem verba, & alia quedam illorum tempora licentiora Lælij Capilupi Centones cum in- terdicti fuissent, denique purgati prodierunt, quibus suos Iulius Capilupus nil Patruo infe- rior (ne dicam & maior in eodem genere car- minum) adiunxit, è, quibus placet sequentes huc adscribere.

Ausonius epist. ad Paulinum.

Apud hæ- redes Io. Liliotti.

Cento Iulij Capilupi ex Virgilio Ad Beatissimam MARIAM Virginem.

Salve sancta Parens, magnum & memorabile nomen

Nata Patris summi, atque eadem gratissima coniux;

bb Virginis

Aen. 1. & 9. *Virginis os habitumq. gerens, letissima Matrum.*  
 Aen. 8. & 10. *Quæ nunc ætherios inter Dea candida nimbos,*  
 Aen. 3. *Solis inardescis radijs, longeq. resulges,*  
 Ecl. 5. & 5. *Sub pedibusq. vides nubes, & sidera Olympi:*  
 Aen. 1. & 12. *Cui pater intacta pro Virginitate sacrauit*  
 Ge. 2. & 12. *Ingentem calo Rex ætheris altus honorem,*  
 Aen. 4. & 12. *Victus amore tui, tantum decus enitet ore:*  
 Aen. 7. *Te super ætherias errare licentius auras*  
 Aen. 1. & 12. *Permisit, caliq. libens in parte locavit.*  
 Aen. 1. & 5. *O quam te memorem Virgo Maria, omnia calo*  
 Aen. 1. & 12. *Ponat habere tibi diuum Pater atque hominum Rex.*  
 Ecl. 4. & 9. *Tu decus omne tuis, postquam se condidit aluco*  
 Aen. 2. & 9. *Haud ignota loquor, Deus æthere missus ab alto,*  
 Aen. 1. E. 10. *Impleuitq. sinum, claraq. in luce refulsit*  
 Aen. 4. & 7. *Aduentum, auxiliūq. Dei (miserabile dictū)*  
 Geor. 1. & 4. *Nequicquam seros Lucina experta labores,*  
 Aen. 2. G. 4. *Sacrâ per integram solvantur viscera pellem*  
 Aen. 5. & 6. *Lata Dei partu, venit de corpore virtus*  
 Aen. 2. & 10. *Omnipotens, subiji cari genitoris imago.*  
 Aen. 3. *Hæc quondam cali magnum vêtura sub axem*  
 Geor. 1. *Iam pridem nobis cecinerunt omnia Vates.*  
 Aen. 6. *O Virgo, cui tanta Deo, permisa potestas,*  
 Ecl. 2. *Huc ades, & votis iam nunc assuesce vocari,*  
 Aen. 1. & 8. *Ad te confugio miserantem incōmoda nostra,*  
 Aen. 1. & 6. *Huc geminas nunc flecte acies, mentiq. benignâ*  
 Aen. 2. & 9. *Alma parens, præsens nostro succurre labori.*  
 Aen. 6. G. 3. *Adspice ut insignis caput crudefcere morbus,*  
 Aen. 1. G. 3. *Nec dum etiâ manare cruor cessavit, & altè*  
 Aen. 8. G. 1. *Huic capiti insultans, lentus non desicit humor*  
 Aen. 2. G. 3. *Ex illo fluere, ac morbo, illumiq. peresa*  
 Geor. 4. & 7. *Protinus inq. sinu præcordia ad intima subdit,*  
 Aen. 9. & 10. *Visceribus super accumbens iam pectore toto*  
 Aen. 1. & 3. *Heret, & interdum macie confecta suprema*  
 Aen. 3. & 5. *Membra quatit, frigeniq. effata in corpore vires,*  
 Aen. 3. & 12. *Quid labor aut benefacta iuuant? vsusq. mendendi?*  
 Aen. 10. & 12. *Nil valide iuuere manus, nihil auctor Apollo*  
 Aen. 7. & 11. *Profuit, aut Marsis quesita in motibus herba,*  
 Aen. 12. G. 3. *Non hac humanis opibus, cessere magistri:*  
 Aen. 11. *At tu, oro, solare inopem, & succurre relicto,*  
 Aen. 1. & 7. *Hoc mihi da proprium Virgo sperare salutem,*  
 Aen. 3. & 11. *Turæ quies omnis curæ, casusq. lenamen,*  
 Aen. 3. G. 3. *Solamenq. mali, culpam compesce, priusquam*  
 Aen. 1. *Dira per incautum serpent contagia pectus,*  
 Ecl. 1. & 10. *Namq. fatebor enim tanto me crimine dignū,*  
 Aen. 4. & 6. *Horiator scelerum, sensus animūq. labentem*  
 Ecl. 4. *Impulit, agnosco veteris vestigia fraudis:*  
 Aen. 2. G. 4. *Hinc mihi prima mali labes præcepta, secuto*

A *Matris Acidalia, tales expendere pœnas.*  
 Non aliam ob culpam voluit Rex Magnus Olympi.  
 Quare ut te supplex peterē tua limina adiui  
 LAVRETI, fama totum vulgata per orbem:  
 Tectum Augustum, ingens, centum sublime columnis  
 Seruati ex undis ubi figere dona frequentant  
 Matres, atque viri, & votas suspendere vestes,  
 Submissi petimus terram, nos munera templis  
 Quippe tuis ferimus, meritoq. nouamus honores:  
 Namq. sub ingenti lustro dum singula templo,  
 Vidi oculos ante ipse meos sollempnia vota  
 Tantorum impensis operum, miracula rerum,  
 Atque humiles habitare casas, paruosq. penates  
 Vnâ omnes tecum meritis pro talibus annos  
 Hic illum vidi, cali cui sidera parent,  
 Ceriè equidem audieram (vulgatur fama per vrbes)  
 Agminis aligeri socijs, sacraq. cæterna,  
 Aera per vacuum ferri tectumq. laremque,  
 Montibus in nostris alio sub sole iacentem,  
 Matre Dea monstrante viam (mirabile dictū)  
 Littus ad Ausonium conuexo in tramite syluæ  
 Delegere locum, & posuere in vertice montis:  
 O felix vna ante alias pulcherrima proles  
 Calicolum Regi, tantarum in munere laudum  
 Nunc ego namq. tibi, terq. hæc altaria circum  
 Persolua grates: numero Deus impare gaudet,  
 Sin absumpta salus, & vis inimica propinquat  
 Te precor hanc animam serues Natoq. Patriq.  
 O genitrix, meriti tanti nō immemor vnquā,  
 Errantem doceas iter, & sacra ostia pandas,  
 Ire ad conspectum cari Genitoris, & ora  
 Contingat, patiar quemuis durare laborem:  
 Da dextram misero, & tecum me tolle per auras,  
 Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam,  
 Quod superest, oro, dubijs ne desice rebus,  
 Sola in te suprema salus, miserere tuorum:  
 Noctes atque dies facilis descensus Auerni.  
 Tu modò posse Deum veniam, sacrifq. litatis  
 Indulge, fer ritè preces, iramque, minaſq.  
 Supplicibus supera votis, miserere precantis,  
 Ne Pater Omnipotens adigat nos fulmine ad umbras  
 Pallentes umbras Erebi, stygiamq. paludem,  
 Cum freta, cū terras omnes, calumq. profundū,  
 Et genus humanum, crepitantibus vrere flāmis  
 Ipse Pater statuit, seruans sub pectore vulnus Aeternum,

Templum Laurentinum in Piceno agro Italiae in quo ad domum B. Maritæ Virginitas

Ge. 2. & 3. *Aeternum; sceleris tanta est iniuria nostri:*  
 Aen. 6. *Discite iustitiam moniti, & non temere Diuos;*  
 Aen. 10. *Stat sua cuique dies, breue & irreparabile tempus*  
 Aen. 1. *Omnibus est, veniet lustris labentibus ætas,*  
 Geor. 4. *Cum domus & proles subito defecerit omnis.*  
 Aen. 2. *Venit summa dies, & ineluctabile tempus,*  
 Aen. 10. & 12. *Exitium magnum, atque metum mortalibus ægris:*  
 Geor. 1. *Cum caput obscura nitidum ferrugine textit.*  
 Ge. 1. & 11. *Sol tibi signa dabit; Solem porrenta sequentur,*  
 Aen. 3. *Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebit;*  
 Aen. 2. & 11. *Horresco referens, nigrescent omnia circum;*  
 Aen. 4. & 10. *Incipiet magno miseri murmure calum,*  
 Aen. 1. & 12. *Et venti vastos voluent ad littora fluctus,*  
 Aen. 9. *Miscet se maria, & nigra attollentur arenæ;*  
 Aen. 5. & 6. *Sub pedibus mugire solum, tonitruq. tremiscet*  
 Aen. 12. *Ardua terrarum, & campi, ripaque, lacusque,*  
 Ge. 2. & 12. *Ingentem vocem latè memora alta remittent;*  
 Aen. 7. *Multaq. præterea variarum monstra ferarū,*  
 Aen. 6. *Terribili aspectu formæ sub nocte per umbrâ,*  
 Ge. 4. & 11. *Incident; magnisq. vrbes terroribus implent:*  
 Ge. 4. & 12. *Tum varia illudent species; crudelis ubique*  
 Geor. 1. *Luctus, ubiq. pauor, & plurima bella per orbē.*  
 Aen. 2. *Quis cladè illius noctis? quis funera fando*  
 Geor. 1. *Explicet? & simulachra modis pallètia miris?*  
 Aen. 5. & 9. *Inde ubi clara dabit sonitum tuba; protinus omnes*  
 Aen. 6. E. 8. *Adspicies animas imis exire sepulchris;*  
 Aen. 3. & 7. *Hinc exaudiri gemitus; mihi frigidus horror*  
*Membra quatit, gelidusq. coit formidine sanguis,*  
 Geor. 2. & 12. *Hæc animus meminisse horret, luctuq. refugit,*  
 Aen. 4. *Arrectaq. horrore comæ, & vox faucibus hæsit.*

Eiusdem Iulij Capilupi oratio ad Deum.

Aen. 2. & 5. *Salve sancte Parens, summi Regnator Olympi*  
 Aen. 2. & 6. *Quæ primi colimus, Caloque, Ereboq. potentè,*  
 Aen. 1. & 12. *Semper honos, nomenque tuum, tua magna voluntas*  
 Aen. 1. *Imperium sine fine tuum, laudeſq. manebunt,*  
 Aen. 6. & 8. *Dona laborate Cereris, noctesq. diesq.*  
 Aen. 1. & 2. *Da deinde, auxilioq. leues quæcunque labori*  
 Aen. 2. & 6. *Debilia erunt nostro, iam fas est parcere genti,*  
 Aen. 1. G. 4. *Nas tua progenies, atque hæc exempla secutus,*  
 Aen. 1. & 3. *Atque idem casus, miseris succurrere disco:*  
 Geor. 1. & 4. *Nec segnem patiere animam tentare precando,*  
 Aen. 2. & 6. *Eripe me his inuictè malis, hæc omnia firma.*

A In die festo sancti Michaelis Archangeli Christi ad Patrem Orantis consolatoris.

Eiusdem Iulij Capilupi Cento ad Illustrissimum ac Reuerendissimum Iulium Antonium Sanctorium Cardinalem Amplissimum.  
 Mons Oliuctus. Aen. 2. & 6.  
 Geor. 2.  
 Aen. 12. G. 3.  
 Ecl. 4. & 6.  
 Aen. 4. & 5.  
 Geor. 4.  
 Aen. 3. & 12.  
 Aen. 2. & 11.  
 Aen. 2. & 10.  
 Aen. 6.  
 Aen. 6. & 11.  
 Aen. 2.  
 Aen. 3. & 9.  
 Aen. 9. & 12.  
 Aen. 12.  
 Aen. 5.  
 Aen. 2.  
 Aen. 4. & 6.  
 Aen. 1. & 3.  
 Ecl. 10. & 2.  
 Aen. 4. & 12.  
 Aen. 3. & 12.  
 Aen. 5. & 7.  
 Aen. 1. & 3.  
 Aen. 4.  
 Aen. 4. & 7.  
 Aen. 3. & 6.  
 Geor. 1. & 3.  
 Aen. 4.  
 Aen. 1.  
 Aen. 5.  
 Aen. 6. & 7.  
 Geor. 1. & 3.  
 Ecl. 3. & 4.  
 Aen. 1. G. 3.  
 Aen. 6.  
 b b 2 Aucto-



Georg. 1. *Auctorem frugum, tempestatumq. potentem*  
 Aen. 2. *Numina magna Dei.*  
 Aen. 1. & 9. *Hec stirpem inuisam, nostras euadere demens*  
 Aen. 6. *Sperasti te posse manus? dominumq. potentē?*  
 Aen. 10. & 12. *Immortalis ego, rerum cui summa potestas:*  
 Aen. 6. & 9. *Fulmine deieci celi de parte serena*  
 Aen. 1. & 6. *Lethæum ad fluuiū fundo uoluntur in imo,*  
 Aen. 6. & 7. *Ergo exercentur penis, aternaq. ferri*  
 Aen. 6. & 9. *Supplicia expendant tenebris, & carcere cæco:*  
 Aen. 2. & 6. *Horrendū stridens flammæ, pro talibus ausis*  
 Aen. 6. *Hortator scelerum sedet, aternumq. sedebit,*  
 Aen. 9. *Nec mea iam mutata loco sententia cedit.*  
 Aen. 4. & 10. *Eia age rumpe moras, miseram solabere mortem,*  
 Ecl. 1. Ge. 1. *Namq. doli circum hæc demum frangentur inanes,*  
 Aen. 1. & 4. *Mens immota manet, manet alta mēte repostū*  
 Aen. 5. *Iudicium, meritaq. expectant premia palmæ,*  
 Ibidem. *Vnum pro multis dabitur caput.*  
 Aen. 3. & 9. *Rumpe moras omnes, nec plura effatus: At ille*  
 Aen. 4. Ge. 1. *His medium dictū raptim secat ætheraennis,*  
 Aen. 8. & 10. *Exuperatq. moras, celo descendit ab alto,*  
 Aen. 1. *Et iam iussa facit, merentia pectora mulcet.*  
 Aen. 7. & 10. *O Pater, ò hominū summi regnator Olympi,*  
 Ecl. 4. & 11. *Dilecti nati funus crudele uidebis?*  
 Aen. 11. & 12. *Altè sublatum tolli miserabile corpus*  
 Aen. 2. & 11. *Fulneribus pullum adspicies? quis talia famulo*  
 Aen. 5. *Tæperet à lachrymis: indigna morte peremptū*  
 Aen. 2. & 6. *Natum ante ora Patris, Patres qui morte redemit,*  
 Aen. 1. & 6. *Ei genus humanum, laniatum corpore toto,*  
 Aen. 2. & 6. *Ora manusq. ambas, populataq. tēpora cernam*  
 Aen. 3. & 10. *Sacraui capitis? irascētaq. pectora ferro?*  
 Aen. 3. & 6. *Consertū tegmen spinis stat vertice CHRISTI.*  
 Aen. 7. & 10. *Id uerò horrendum visu, latus haurit apertum*  
 Aen. 11. & 12. *Lancea, purpureus quondā color ora relinquit,*  
 Aen. 2. & 11. *Labitur exanguis letho, pulchrosq. per arius*  
 Aen. 3. & 9. *Haud impudè quidem, moriens animam abstulit hosti*  
 Aen. 5. & 6. *Hec pietas, heu prisca fides, sacroq. cruore*  
 Aen. 11. Ge. 3. *Spargitur & tellus lachrymis, spargitur et ora.*  
 Aen. 2. *Hæc mihi qualis erat quantum mutatus ab illo.*  
 Aen. 9. *Quis tam crudeles optauit sumere penas?*  
 Geol. 1. *Terra tremis, fugere fere, & mortalia corda*  
 Aen. 9. *Per gentes humiles stravit pauor, inde repente*  
 Aen. 11. *Conditur in tenebras altum caligine calum.*  
 Ecl. 1. Ge. 1. *Nam fratris radijs obnoxia surgere Luna*  
 Aen. 5. & 6. *Visa dehinc celo, defunctaq. corpora uita*  
 Aen. 8. & 11. *Multa uirū infernis ad lumina surgere uita,*  
 Aen. 6. Ec. 8. *Illustres anime, atque imis exire sepulchris.*  
 Aen. 10. *O dolor, atque decus magnum reciditire Parēti:*

A *Hec pietas, tales uoluisti expendere penas?*  
 Nequaquam ob meritum penas, iniuria nostri  
 Causa mali tanti, supplex tua numina posco,  
 Extremā hanc oro ueniam, miserere dolenti,  
 Idem ego Nate tuū maculaui crimine nomen,  
 Funeris heu tibi causa fui, qui sanguine nobis  
 Tempore iam ex illo calum sperare iubebas,  
 Nos tua progenies: & si pietate meremur  
 Adspice nos, nostro doluisti sepe dolore.  
 Hic pietatis honos, sic nos in sceptrā reponis.  
 At tu oro, cui tanta Deo permessa potestas,  
 B *Hunc durae mortis casum lenire dolentem*  
 Solando, & tristis animo depellere curas  
 Huc geminas nunc flecte acies SACER ALES  
 ab alto,  
 Huc ades, & uotis iam nunc assuesce uocari  
 Tirrhenum ad Tiberim, & fontis vada sacra  
 luporum:  
 Annua sacra refer circum Castellā sub armis,  
 Romanoq. tuos, sedes, arcemq. reuisit:  
 Ipse inter primos ferrugine clarus & Ostro  
 Totus collucens, varijsq. Antonius armis  
 C *Defensum dabit, & meritis indicet honores,*  
 Iulius, & multis onerabit limina donis,  
 Et uiridi in campo templū de marmore ponet:  
 Hic pietate prior: meruit qui laude Coronam,  
 Iura dabit, legesq. uiris, uolentibus annis,  
 Romulidis, Tatioq. seni, Curibusq. Senecis.  
 Ad Beatissimam MARIAM Virginem  
 de Bello Gallie Cento.  
 Tiberis.  
 Astrorum decus, & tanta pietatis imago  
 D *Quæ nunc antiquos signorum suspicis ortus*  
 Sub pedibusq. uides nubes, longeq. refulges,  
 Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda  
 Extulit os sacrum celo, tenebrasq. resoluit:  
 Talis & ipsa leues celi demissa per auras  
 Incedens nymbo effulges, curaq. resoluit  
 Euentus belli uarios, iramq. minasq.  
 Palladis armisonæ, et certamina Martis anheli:  
 Dum te nunc solio stellantis regia cæli  
 Accipit, aternumq. tenet per secula nomen,  
 E *Huc geminus nunc flecte acies, terrasq. tacētes*  
 Gallorum, & longè saltus, latèq. uacantis  
 Adspice nunc: supplex uenio, miserere tuorū.  
 Regibus incesit magno discordia motu,  
 Auditurq. tubæ mugire per æthera clangor.  
 Nāq. furēs animi medio in certamine Mauorū  
 Celatus

a Fontem Capiluperum intelligit, qui est in campo Martio.  
 b Castellum S. Angeli Romæ iuxta Tiberim sic uocatum ab imagine in eius summitate posita.  
 c Iulius Antonius nomen Cardinalis.  
 d Corona insignie eiusdem Cardinalis S. Senecinz nuncupati.

*Celatus ferro, tristeq. ex æthere Diræ*  
 Horredum sonuere, ille asper, & improbus ira,  
 Aen. 9.  
 Dentibus infrendens, spumas agit ore cruētas,  
 Aen. 8. Ge. 3.  
 Excisurum urbem minitans, opulētaq. Regna,  
 Aen. 8. & 12.  
 Regalesq. PARIS, Pallas quas condidit arces,  
 Aen. 7. Ec. 3.  
 Iamq. cateruatim dat stragem, camposq. per omnes  
 Geol. 3. & 2.  
 Agmen agens equitū, sata facta, boumq. labores  
 Aen. 11. G. 1.  
 More furens torrentis aquæ, uel turbinis atri,  
 Aen. 10.  
 Diluit; implentur fosse: & caua MACHINA belli  
 Geol. 1. & 2.  
 Nec minus interea memoranda inuenta Magistri  
 Geol. 3. & 4.  
 Deicit in terras muros, & castra tuentes:  
 Aen. 8. Ge. 4.  
 Trifidus haud ullis monstris praesensq. minatur  
 Aen. 3. & 9.  
 Exitium, quod non aliud uelocius ullum  
 Aen. 4.  
 Mobilitate uiget, uiresq. acquirat eundo,  
 Nec sic horrificis iuxta tonat Aena ruinis:  
 Aen. 3.  
 Ipsa Iouis rapidum iaculata è faucibus ignem,  
 Aen. 1. & 8.  
 Nulli uisa cito decurrit tramite recto,  
 Aen. 5. & 8.  
 Fulminis acta modo, totoq. ardentis ab ore  
 Aen. 9. & 11.  
 Saxeæ pila cadit, sonitus procul are canoro  
 Ibidem.  
 Terrificos ciet, & circum loca sulphure fumāt.  
 Aen. 2. & 12.  
 Talibus insidijs domat, aut quatit oppida bello  
 Aen. 2. & 9.  
 Sanguineus Mauors, una tot cade perempta  
 Aen. 9. & 12.  
 Corpora fundit humi, & uitam dispergit in auras,  
 Aen. 5. & 11.  
 O prohibete nefas, uastiq. immergite Ponto  
 Aen. 3. & 5.  
 Monstrum horrendum, ingens, uisu mirabile monstrum:  
 Aen. 4. & 10.  
 Ipse manu genua amplectens, genibusq. uolutās  
 Geol. 3. & 3.  
 Ecce iterum supplex uenio, & sanctum mihi Numen  
 Aen. 4. & 9.  
 Vnum oro Genitrix, culpam compesce, priusquā  
 Aen. 9. Ge. 3.  
 Diræ per incautum serpent contagia uulgus,  
 Aen. 9.  
 Hic postquam dubius medijs Mars errat in armis,  
 Aen. 4. Ge. 3.  
 Iam melior iam Diua precor cōpressa quiescāt  
 Aen. 12. G. 4.  
 Arma rogo Genitrix, calefactaque corda tumultu,  
 Aen. 3. & 12.  
 Et motus animorū, atque hæc certamina tãta:  
 Eclog. 1. G. 4.  
 Alma precor miserere, potes Natumq. Patrēq.  
 Aen. 4. & 6.  
 Pacem orare manu, sinemq. imponere curis,  
 Aen. 4. & 10.  
 Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes:  
 Aen. 11.  
 Primus ego in Patriam, meritis pro talibus annos  
 Geol. 3. & 1.  
 Idem uenturos solido de marmore templa  
 Aen. 3. & 7.  
 Instituiam, festosq. dies de nomine MATRIS  
 Geol. 3.  
 VIRGINIS, & iustos aris adolemus honores:  
 Aen. 1. & 3.  
 Dicta meæ genti ponam, hæc me sacra quotãnis  
 Aen. 5. & 6.  
 Vrbe uelit posita templis tibi ferre dicatis.  
 Aen. 5. & 6.  
 Interea tristi turbatus pectora bello  
 Ecl. 10. & 1.

Lancea uulgo Paris.

A *Ipsæ Pater, cui tanta Deo permessa potestas,*  
 Multa putans, sorteinq. animo miseratus  
 iniquam,  
 Aen. 1. & 9.  
 Turbatosq. duces, & lamentabile regnum,  
 Aen. 2. & 12.  
 Iamq. oratores delectos ordine ab omni  
 Aen. 7. & 9.  
 LEGATI qui supremum comitentur honorem  
 Aen. 11.  
 Ire placet, quacunque nouas incidere lites,  
 Aen. 11. & 9.  
 Tela inter media, atque horrentes Marte tumultus:  
 Aen. 2. & 10.  
 Hic uir hic est, tibi quæ promitti sepius audis,  
 Aen. 6.  
 Cui genus, & quondā nomē CAIETA dedisti,  
 Aen. 5. & 7.  
 Purpureasq. super uestes de pelle GALEROS  
 Aen. 6. & 7.  
 Donat habere uiro rerum pulcherrima Roma:  
 Aen. 5. G. 2.  
 Missus in Imperium, magna comitate caterua  
 Aen. 1. & 6.  
 I decus, i nostrum, melioribus uere factis,  
 Aen. 6. & 7.  
 Cui Rex ætherei causam, euentusq. secundet.  
 Aen. 10. G. 4.  
 Namq. tibi reduces socios Mauortis ad urbem  
 Aen. 1. & 6.  
 Nuncio, & ad sedes uictor ueherere paternas,  
 Aen. 5. & 11.  
 Perge modo, et qua te uia ducet, dirige gressus.  
 Aen. 1. & 10.  
 Incipe sollicitos Galli mutare labores,  
 Ecl. 10. & 12.  
 Consilia in melius, rumpantur nescia uinci  
 Aen. 1. & 11.  
 Corda uolente Deo, in primis contusq. vulgi  
 Aen. 1. & 10.  
 Pectora, & in melius tua qui potes orsa re-  
 Aen. 2.  
 flectas  
 Galle: quid insano inuat indulgere labori.  
 Ecl. 10. & 2.  
 Militiam, & graue Martis opus, bella, horrida bella  
 Aen. 6. & 7.  
 Desine iam tandē, precibus mansuescere corda  
 Aen. 12. G. 4.  
 Nunc sinite, & placidum lati componite sedus  
 Aen. 10.  
 Vna omnes; ne tanta animis assuescite bella,  
 Aen. 6. & 8.  
 Ne Patriæ ualidas in viscera uertite uires:  
 Aen. 1. & 5.  
 Quis furor, ò tantas audetis tollere moles?  
 Aen. 1. & 5.  
 Quenam uos, que causa fuit consurgere in  
 Aen. 10. & 11.  
 arma  
 O miseri? motos præstat componere fluctus:  
 Aen. 1. & 7.  
 Cogite concilium, & pacem laudate sedentes,  
 Aen. 11.  
 Flent masti, mussantq. patres, praesensq. periculo  
 Aen. 3. & 11.  
 It timor, & maior Martis iam apparet imago,  
 Aen. 11. G. 5.  
 Dirum execrantur bellum, non ullus aratro  
 Aen. 11. G. 5.  
 Dignus honos, squallent abductis arua colonis:  
 Aen. 10. & 12.  
 Vltimus ne tendè odijs, grauius arma quiescant.  
 Aen. 6.  
 Talibus orabat magnam Mauortis ad urbem  
 Aen. 4. & 9.  
 Tiberis, & obnixus curam sub corde premebat.  
 Aen. 4. & 9.  
 E *Multa mouens animo celi uentura sub axem*  
 Fertilis Ausonia: casu concussus acerbo  
 Aen. 5. & 9.  
 Stare loco nescit, humero supereminet undas,  
 Ge. 3. & 10.  
 Vorticibus rapidis, & multa flauus arena  
 Aen. 7.  
 Fertur in arua furens cumulo, lateq. per urbē  
 Aen. 2. & 6.  
 Voluitur, atque altè spumis exuberat amnis:  
 Aen. 1. & 7.  
 Riparumq. toros, & pontes transit altos,  
 Aen. 6. & 11.  
 Diluuium miscens, hominumq. boumq. labores  
 Aen. 11. G. 1.  
 Rursus, & obducto latè tenet omnia limo.  
 Geol. 1. & 3.

Cad. Cæcilius à Sixto V. ad Gallos Legatus. alindit ad cognomen.

Eiusdem Iulij Capilupi De Bombarda Cento.

Aen. 2. Ge. 4. Quo molem hanc Musæ, quis nobis extudit artē. Vnde noua ingressus hominū experientia caput Aen. 3. & 10. Sternere cæde viros, & mania cingere, & vrbes Aen. 2. & 10. Tantorum impēsis operum: qua machina belli? Aen. 4. & 6. Monstrum horrendum, ingens, flammisq. armata Chimæra? Ecl. 3. & 4. Triste malum, quo non aliud velocius ullum Aen. 5. Ge. 4. Tormenti genus, & memoranda inuenta Magistri Aen. 4. Ge. 3. Germani, in lucem Stygijs emissa tenebris; Aen. 1. Que regio in terris, quæve hunc tam barbara morem Aen. 5. & 12. Atulit ipsa viris? (id rebus defuit vnum) Geor. 4. & 11. Feruet opus, sauitq. animis ignobile vulgus, Aen. 4. & 11. Illa fretus agit florentes are cateruas: Aen. 5. & 12. In medias acies audet se credere pugna, Aen. 5. & 9. Audet adire virum, & cæco contendere Marte Aen. 2. & 10. Ille quidem, dolus an virtus quis in hoste requirat? Geor. 3. & 9. Quid labor, aut benefacta iuuant? quid fortibus ausis Ge. 3. & 12. Profuit in duri certamina Martis euntes Aen. 6. & 11. Illustres animas tentare pericula belli? Aen. 1. & 4. Illa delum, dirumq. nefas, tristeq. ruinas Aen. 4. & 11. Ergo ubi concepit furias, mortemq. minatur Aen. 1. & 12. Extemplo: pressa est insignis gloria facti Aen. 6. & 12. Huius in aduentu; dat fortia corpora letho Ge. 4. & 12. Magnanimum herou nullo discrimine cadem suscipiat, irarumq. omnes effundit habenas: Geor. 3. & 4. Hec omnis morbi causa, hinc exercuit iras Aen. 7. & 10. Effera vis animi, & scelerata insania belli Ecl. 5. Ge. 2. Hac petiit excidijs urbem, miseriq. penates Aen. 1. & 12. Sanguineus Mauors, medijq. in millibus ardet: Aen. 6. & 10. Quis tam crudeles, morialibus esse labores Aen. 6. & 8. Sustulit? ac tales optauit sumere pœnas? Aen. 3. & 12. Tristius haud ullis monstrum, ruit omnia latè, Aen. 7. & 12. Pestiferas aperit fauces, opera omnia rumpit, Geor. 3. Continuq. auidis ubi subdita flama medullis Aen. 1. & 6. Nutrimenta dedit, rapuitq. in fomite vires, Aen. 6. Spiritus intus alit, totoq. infusa per artus Aen. 8. & 9. Ignea rima micans, aditumq. per auia querit, Aen. 11. & 11. Fluctuat ira intus, partes rimatur apertas: Aen. 5. & 11. Nec mora continuo vastis cum viribus exit Aen. 11. Ecl. 1. Stridens, & celeres incognita transilit auras, Ce. 3. & 9. Stare loco nescit: sonitus procul are canoro Aen. 2. & 12. Terrificos ciet, & circum loca sulfure fumant, Aen. 10. Ge. 2. Et tremefacta solo tellus, saltusq. profundi Aen. 9. & 12. Dant sonitum, & vocem latè nemora alta remittunt.

A (Insanandum) sistunt amnes, terræq. dehiscunt, Georg. 1. Horrendum dictu, murali concita nunquam Aen. 4. & 12. Turmento sic saxa fremunt, nec fulmine tantum Ge. 3. & 12. Porta tonat cæli, cuncti se scire fateantur, Aen. 1. & 3. Ipsa Ionis rapidum iaculata, è faucibus ignem Aen. 1. & 3. Nulli visa cito decurrit tramite recto, Aen. 5. & 8. Fulminis acta modo, totoq. ardentis ab ore Aen. 9. & 12. Saxea pila cadit, volat atrî turbinis instar Ibidem. Aera per vacuum, montes & flumina tranat Geor. 3. Ardua sic illam fert impetus ipsa volanem: Aen. 3. & 7. Castella in tumulis ad terram pondere vasto Ge. 3. & 5. Conyicit, egregiasq. vrbes, operumq. labores, Aen. 9. Ge. 2. Antiquasq. domos castris effundit apertis, Ge. 2. & 7. Fundamenta quatit, densos prorumpit in hostes. Aen. 2. & 10. Tam multa scelerum facies? qua causa subegit Geor. 1. & 8. Ignotas tentare artes? labor omnia vincit Geor. 1. Immanis, quid non mortalia pectora cogis Aen. 3. Auri sacra fames? cædisq. insana cupido? Aen. 9. Qui nouus hic nostris successit sedibus auctor Aen. 4. Ge. 1. Causa mali tanti? Stygijs sese extulit undis Aen. 3. & 6. Credo equidem, nec vana fides, pro talibus Aen. 2. & 4. ausis Tum Pater omnipotens, rerum cui summa potestas Aen. 10. Ipse repertorem Stygias detrusit ad undas. Aen. 7. Et tristes sine sole domos: abolere nefandi Aen. 4. & 6. Cuncta viri monumenta inbet, nomenque, Aen. 10. genusque. O fortunata gentes Saturnia regna Aen. 11. Magnanimi heroes nati melioribus annis, Aen. 6. O fortunati, quorum sub legibus auum. Aen. 1. Ge. 4. D At non tam turpes meditando extuderat Ecl. 6. Ge. 1. artes, Pulueris ut venis abstrusum excuderet ignem, Geor. 1. & 4. Exitium, dirumq. metum, mortalibus agris: Aen. 12. Ante Iouem nulli causas tentare latentes Ge. 1. & 4. Aut terebrare causas veteri sub imagine formas Aen. 2. & 6. Ferro ausi, qua tanta animi dementia cepit? Aen. 5. & 12. Quod genus hoc hominum? procul, ò procul ite Aen. 2. & 6. profani, Artificis scelus, insidias, suspectaq. dona Aen. 2. & 12. Attrectare nefas, satis est potuisse videri, Aen. 2. Ecl. 6. Triste ministerium, memoranda inuenta Magistri Aen. 6. Ge. 4. Sed fugite, ò miseri, vastosq. immergite ponto Aen. 3. Monstrum horrendum, ingens, donum exitiale Minerue. Aen. 2. & 4.

De

De ipsa Epopæia, deq. Epicis Poematibus sacris. Caput XVII.



T cum inter Ethnicos Poetas Epicos Virgilius teneat primas, subdendum aliquid est de Epopæia, in qua non defuere hoc sæculo, qui sine labe excelluerunt. Ac quidem ab Ari-

stotele, Horatio, & alijs tradita sunt præcepta, quæ ad eam pertinent. quæ quoniam habentur ad manus, superuacaneum fuerit huc adijcere; ea præferim, vnde alij Virgilium cum Homero: Ludouicū Ariostum cum Virgilio contulerunt. ij enim aliud spectarunt, quàm id, in quod nos inspicimus. Videlicet aut alios non habuerunt, quos sibi proponerent cum iisdem conferendos: aut si quos habuerunt, putarunt minus aduersum Poetica Ethnicorum præcepta, quàm contra Poemata sacra sibi esse aliquid dicendū. Nam cum Epopæia tractatio sita ferè sit omnis in inueniendo, in collocando, in ornando; cumq. ipsius materia debeat esse (sicuti Aristoteli placet) vna vnus actio insignis tota, atque perfecta; ne cum historia confundi videatur, nisi aliorū actiones ad vnum quodque referatur, vt sit in Aeneide, Iliade, Odyssæa: cum item fabula sit, quasi Poematis anima, vix fuerint aliqui apud istos in numero Poetarum, qui hæc adamussum nõ præstiterint. Nã & Ennius, qui Romanam historiam Annalibus comprehenderrat; vel Vida, qui CHRITI Domini vitam carmine heroico cecinit; perfecti ab ijs non estimantur: nec item habetur apud eosdem absolutus Tragicus, qui CHRISTVM patientem inscripsit Tragædiam suam, quæ hæctenus prætulit nomen Gregorij Nazianzeni.

Macrob. Iulius Cesar Scaliger. Ludouicus Dulcius.

Horat. in Poetica. Denique si quoduis simplex dumtaxat, & vnum. Aristot. in Poet.

Ennius.

Hieronymus Vida.

CHRISTVS patiens.

Fabule sacris rebus non sunt intermiscenda.

Quenã declinãda, & cauenda sint in sacra Poesi.

collocationem, ornamatum tanquam è locupletissima penu.

Quæ causa est, cur omnes per CHRISTI IESV sanguinem obsecratos velim, vt qui hæctenus Ethnicos, siue item alios, illos quidem vel impuros, vel (vt mitissimè dicam) futiles Poetas volutarunt, iam manus, oculos, ipsa potissimum corda sacris Poetis admoueant, quales præfertim hoc libro recensentur: mox vbi legerint, se ipsos interrogent, ecquid præ Ethnica illa lectio ne senserint, atque conceperint. Quod si iuueniãdiora, veriora, maiora, in his agnouerint; dent sedulo operam, vt alij quoque idipsum efficiant: nimirum, vt omnes aliquando, quod à Deo accepimus, eidem mundissimum, & Diuinis concentibus, inter Angelos, consonum reddamus.

Porro si in hanc nostram ætatem respicimus; inter Epica poemata vel sacra, vel de rebus honestissimis, nemo spernenda duxerit, quæ Actius Syncerus Sannazarius de Partu Virginis: Hieronymus Vida sua Christeide: Petrus Angelus sua Syriade: Franciscus Bencius noster suo Poemate quinque Martyrum scripsere. quæ si alij attentent noua parturitione parere, intelligent, quanti Poetæ fuerint hi quos nominamus. Ac à Sannazario quidem paucissimis demptis (quæ voces illas Ethnicorum Poetarum sapiunt) Diuinum habemus poema, vt merito Belifarius Aquiuuus Neritiorum Dux eidem scribens dixerit, cum orationis splendore contendere breuitatem: cum rotunditate ornatum: cum fluxu carminum pulchritudinem: atque ita demum omnia numeris, & sententiarum grauitate mandata videri, vt ad cuiusvis scriptoris antiquissimi, candidissimiq. laudem accedat. In Hieronymo autem Vida scio quid desideretur: At materia, quam tractandam suscepit, Ethnicas poematum & fabularum leges non admittit. In Petri Angeli Syriade castitas, numerus, amplitudo rerum (licet iam senescentis viri) ac pleraque alia sunt admiranda: quemadmodum & alterum eius Poema, quod Cynegetica inscripsit, vix fuerit, qui possit imitari.

Iam in Bencij Martyribus quàm præclara illa, & expectationem superantia sunt, cum lo cum illū Apostoli ad Hebræos. Lapidati sunt, facti sunt, exponit<sup>a</sup>: cum miram antithesim<sup>a</sup> facit<sup>b</sup>: cum tabulæ pictæ comparisonem affert<sup>c</sup>: Cum sanctissimam Trinitatem describit<sup>d</sup>: cum CHRISTVM flagris confectum<sup>e</sup>: Spiritum Sanctum descendentem<sup>f</sup>: cum Beatorum gaudia<sup>g</sup>: cum Asiam<sup>h</sup>: cum coronã Beatorum Deum cingentem<sup>i</sup>: cum Cælum<sup>k</sup>: cum Beatissimam Virginem<sup>l</sup>: cum S. Franciscū<sup>m</sup>: cum Sclopi<sup>n</sup> vim: ponit ob oculos. Mitto nūc reliqua eius poemata, de quibus aliquid adhuc, sicuti & de ceteris quibusdam Poetis Latinis, vel Apollonij Rhodij Græcis heroicis carminibus erit eorum Elencho nonnihil attingendum.

Iam

Admonitio, & obsecratio.

a pag. 11. in 2. editione. b pag. 52. c pag. 71. d 103. 104. 191. e 125. f 137. g 141. 191. h 163. i Ibid. k 190. l 112. 193. m 210. n 173.



Iam vero quæ Io. Baptista Carmelitanus A Mátuanus molitus est, vt summam pietatem continent, sic certe monstrant, si vir religiosus eo tempore id potuit, licere alijs per viam à præfatiõibus Poetis complanata progressus maiores facere: Taceo antiquos Græcos & Latinos, Eulalium Cynopoleos Episcopum Cantica Canticorum venusta profe intermixtione sicuti Villeramum Abbatem Marpurgesem eadem carmine scribentem: Nonnum Panopolitanum Græce Ioannis Euangelium: Iuuenicum Latine quattuor Euangelia, Victo rinum Machabæos, Probam Falconiã Christi vitam, & alios alia pangentes, etiam quæ B ad res sacras non attinent, quemadmodum postremo capite huius de Poesi tractationis dicitur.

De Ode, siue Lyricis versibus: vbi primum de Horatio, mox de sacris.  
Cap. VIII.



T inter Ethnicos Græcè Pindarus, Anacreon, & alij, de quibus actum est. Sic Latine Horatius: Inter Christianos autem antiquitus, Gregorius Nazianzenus Græcè, Boetius Latine Odes, siue Lyricos versus; aut, si Græcam vocem interpretemur, cãtilenas, nobis reliquerunt: è quibus materiam, expositionem, clausulam quisque potest intelligere, quales apud eos fuerint. Neque enim audeo dicere, quales esse debeant; quoniam, vt cæca gentilitas est rerum humanarum, & carnis sese abripi sinebat, eò ferebatur, quo reliqui omnes precipites ruebant. Itaque amatium, siue potius amentium libidini seruientes pleraque canebant, quæ fleuisse fuerat fatius:

Quamobrem quod Horatius dixit de Ode materia.

Musa dedit fidibus Diuos, puerosq. Deorum  
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,

Et iuuenum curas, & libera vina referre.

secus dixisset, si Diuinam legisset, ac gustasset historiam, in qua ortum Poetices, veras filiorum Dei Odes, & cantilenas, sublimiore cothurno, decantatas vidisset. Quamobrem si hymnos, psalmos, carmina & reliqua illa cum Ethnicis conferamus, intelliget quisque E quantum inter vtraque intersit.

Ac quidem carmen seculare Catulli, quod incipit, Diana sumus in fide: vel Horatij hymnus ad Mercurium. Mercuri sacunde nepos. Vel illud. Dianam tenera dicite Virgines. Vel aliud alibi. Phæbe, sylvarumque potens Diana: siue illud. Sic te Diana potens Cypri. & alia eiusmodi, indicant, sese ea peperisse, quæ conceperant: quæ postea imitati Poetæ etiam nostri cælum terra miscuere, ac turpi-

Horat. li. 1.  
Ode 2. &  
Ode 21. Et  
in fine libri  
qui Epodon  
inscribitur.

tudinem omnem quidam reuocarunt ab inferis.

Pugiles autem, & Olympionice victores passim laudantur à Pindaro, at si hymni à nostris, huius quoque etatis in Martyres decantati cū ijs conferantur, frigidet materia ethnica, nec christiano pectori ingeret quidquã, vnde sese attollant ad coronas immarcescibiles, quas verè expectant, qui legitime certant.

Quin & cum istud poematis genus nullis ferè terminis circumscribatur, sed per omnè penè rerum ambitum vagetur, si ea, quæ de Diuina Prouidentia, de moribus, de rebus naturalibus quadatenus Horatius in suis Odis, & alij Ethnici suis eiusmodi carminibus cecinerunt, comparentur cum nostris, intelliget quisque nitorem quidem, & numerum Ethnicis affuisse eximium, sed defuisse integram & solidam illam vim, quæ mirificè recreat animos, ac quasi cælesti symphonia inuitat ad laudandum Deum.

Sanè verò Ode carminis genere differt ab Elegia, quod hæc elegis, illa lyricis versibus mandatur: quodq. Elegia ad res tristes plerunque, Ode ad lætas referatur: Elegia item audacior, quæ bella attingere audeat, Ode autem verecundior: aut si quando aliquid ausa est, se ipsam reuocat, ac reprehendit. Hinc illud apud Horatium.

Nos Agrippa, neque hac dicere.  
Conamur tenues grandia, dum pudor  
Imbellisq. Lyra musa potens vetat.

Et alibi.

Non hac iocosa conueniunt Lyra.

Differt item quodammodo tractatione. Sæpe enim in Ode fit mentio lyra, citharæ, barbiti, tibi: In Elegia non item, nisi raro.

Atqui & inter Oden, & Epigramma id discriminis est, quod Ode liberior, ac facile digreditur: Epigramma autem se continet inter suos cancellos: genus quoque carminis non est idem, quãquam iambus senarius vtrique communis est.

Reliquis ornamentis inter se conueniunt: vt & clausulis: Itaque apostrophæ, digressiones, & eiusmodi alia cernuntur in Odis, quemadmodum in alijs illis carminum generibus.

At cum in Ode principium sæpè ducatur ab honorifica appellatione eius, cui inscribitur, aut mittitur, Sacre historię Ode, siue Psalmi id præstant Diuinitus. Quod si tamen lubet imitari in bonis rebus Horatium, id ei facile fuerit, cui cum naturali ad Poesim propensione pietas viuidiorem in corde ignem accenderit.

Et Horatij quidem principia illa Odarum pulchra sunt.

Mecenas atavis edite Regibus

Et illud.

Tyrrhena Regum progenies.

Et aliud.

Horat. li. 1.  
Ode 6. &  
Ode 1. li. 2.  
& 3. li. 3.

1. Ode li. 1.

lib. 3. Ode 29.

Dives

Lib. 4. Ode 5. Diues orte bonis  
Siue cum aliter incipit.  
Lib. 1. Ode 2. Quis desiderio sit pudor,  
Vel.  
Lib. 3. Ode 4. Descende celo.  
Aut cum orditur ab sententia aliqua. quale illud,  
Lib. 1. Ode 22. Integer viua, scelerisq. purus.  
Vel.  
Lib. 2. Ode 2. Nullus argento.  
Siue  
Lib. 2. Ode 8. Iustum, & tenacem.  
Et.  
Lib. 2. Ode 11. Rectius viues.  
Et alibi passim,

Iam de Carminum Lyricorum generibus dicendum non est, quod ea neque ad nostrum institutum faciunt modo, & alij eadem tractarunt egregie. Quare id potius faciendum est, vt Odes aliquas siue laudes, quæ hactenus haud ita innotuerunt, huc adtexamus, vt memores dignitatis nostræ idem omnes canamus, & sapiamus, spe haud dubia, vt si secundum Diuina mandata viuentes, hæc in Terris piæ, ac ritè concinuerimus, eandem cantemus æternum in cælis.

### Ode ad Sanctissimam Trinitatem.

Benedicti Quo te nomine proferam?  
Arie Mon Quæ te voce canens excipiat chorus?  
tani. O qui sidera gressibus,  
Ac substrata tuis æquora, & aridam,  
Magnamq. æthra perambulas,  
Cui lucis regio sinibus oblitam  
Nullus constituit domum,  
Semotamq. tua mente minoribus,  
Circumsusq. vestium  
Vsum cui referunt lumina, terminum,  
Mensuramq. negantia,  
Quæ complent vario, ac multiplici sinu  
Quantum claudis & intimi  
Excludit spatij mundus, & extimi,  
Cuius sub pedibus vaga  
Nox tendit trepidis aspicientibus  
Confusas tenebras, nubeq. lucida  
Mortales oculos concutit, ac tui  
Cernendi efficit impotes,  
Contentosq. suis esse opibus iubet.

Orbis gaudium CHRISTO nascente.

Eiusdem Optatum veterum temporibus diu,  
Arie Mon Promissamq. pijs ante parentibus  
tani. Aduenisse boni progeniem Dei

A Tellus prædicat, & polus.  
Audit non solitis paciferam modis  
Vocem spirituum Terra canentium,  
Audita ac referunt laudis imaginem  
Montes, & caua flumina.  
Præsentis celebrant carmina gloriam  
Auctorisq. Dei: surgere & aureum  
Sæculum perpetuo terrigenis boni  
Patris fœdere nunciant.  
Responsis liquidum pacificis fauet  
Cælum: nam media nocte nitentibus  
B Commutat tenebras luminis ignibus  
Longe, & sole prioribus.  
Aduenisse salus publica dicitur,  
Seruatorq. hominum, quin locus ac dies,  
Decantata etiam signa prioribus  
Quondam vatibus indicant.  
Angusta spacijs, nomine at optimo  
Fausa, ac nobilium patria Bethleem  
Et nostri puerum sanguinis & Deum  
Nascentem sibi vendicat.  
C Infantem tenui quæ hospitio prior  
Integræ ex vitro Virginis editum,  
Lucentis medicæ noctis, & algida  
Horis excipit, & stupet.  
Nam nullis Genitrix pressa doloribus  
Hoc Sancti genitum numine Spiritus  
Pignus deposuit, quod celebrent poli,  
Quod tellus colat, & mare.  
Custodes onium, mite hominum genus,  
Spectatum properant, indice & Angelo  
Nati mira vident, Matris & integræ,  
Exempla ac referunt noua.  
D Eois veniunt de regionibus  
Gens assueta virum, doctaq. cernere  
Cælorum varijs æstra micantia  
Signis multiplici & gradu.  
Splendore, & radijs stella recentibus  
Iudeis docet hos dicere iam datum  
Quam sunt pollicita oracula Principem, ad  
Orandum petere & iubet.  
Nempe & simplicitas, & sapientia,  
Quam veri studium, curaq. concitat,  
Exercetq. frequens, hæc sibi Principem  
E Tandem comperient Deum.  
Quem non ambitio, nec popularibus  
Infelix inhians gloria laudibus,  
Inuentrixq. doli seua potentia, &  
Semper cæcus amor sui.  
Quæsitum licet, haud inuenient tamen,  
Regem quippe sibi hunc præficere abnuunt  
Inseruire suis sed mage commodis  
Astitam in speciem volunt.

NAE.

NÆNIA B. VIRGINIS A Ad Christum infantem.

Horatij Torfellini Societatis Lusv.

Dormi iam, mea vita, luxque, dormi. Hauri languidulis quietem ocellis. En vocem residens ciens Ioseph Bellam naniolam, elegantulamq. Tibi concinit, & caput remulcens, Et cunas agitans manu, secundat. Dormi iam, mea vita, luxq. dormi. Tibi & naniolam ipsa cantit abo, Et cantu superos choros lacepsam. Nate flosculus es puellorum, Infans aureole, atheris voluptas, Humani generis salus, decusque. Dormi iam mea vita, luxq. dormi. Tu cen liliolum recens nitefcis, Tu agnellus velut albulus renides, Tu fidus velut aureum refulges. Dormi iam mea vita, luxq. dormi. Atqui d calicolum cohors, soporam Prome naniolamque, voculamque. Falle, falle oculos mei puelli, Vt quies capiat tenella membra. Dormi iam mea vita, luxq. dormi. Audin? fiderei chori per auras Cantus dant tibi, blandulasq. voces. Et circum choreas, supraq. plaudunt, Pulsantes cytharasque, barbizonque. Dormi iam mea vita, luxq. dormi. Blande somne veni, quies laborum. Gratum mentis & artuum leuamen. Quid stas somnule tarde, quid moraris? Ntant lumina blanduli puelli, Te vocant superum chori canora Voce, te vocat ipse rector orbis. Silete atheri chori, silete. Dormi iam mea vita, luxq. dormit.

Veri Amoris Victoria.

Incerti Auctoris.

Amor alta regna celitum superuolat, Et militaris glorie cupidine Flagrans lacepsit nobilem ad luctam Deum, Vt si triumphum deferat victorie Subditus Amori pareat Mundus Deo. Certant uterque pares, & inuicem simul Ab arte docta mutuas iactant manus, Sed vtrinque vires, du pari stant robore, Alacris stat anceps exitus certaminis: Dumq. obstat hic, nec ille nouit cedere, Spe pendula nutat diu victoria.

Sed Amor peritus, & magister optimus Ab artis usu, callidus struit dolum, Et clanculum pietatis implicans pedem Vestigium fallit; Deumq. dextera Victrice terris protinus victum dedit. Io triumphet Mundus hoc spectaculo.

DE EPIGRAMMATE, Caput XIX.



Pigrammata, quæ Latinè inscriptiones, ad laudandum præsertim inuenta cum ab Ethnicis Poetis ad Deorum illam turbam, ad Imp. & alios in calum, verbo tenus, efferendos, vel alios etiam vituperandos, ad donaria, trophæa, sepulchra, ceteraq. posteris futura moniméta solita essent adhiberi, factum est, vt qui de eorundem epigrammatum virtutibus, partibus, generibus aliquid præceperint, ex eisdem Ethnicis Poetis exempla tantummodo desumpserint. Cum verò pleraq. eorum turpia, obscena, inania, assentatoria fuerint, ecquid aliud qui ijs tantum hessere in reliquam Mundi faciem importare poterant, nisi species idololatriæ varias, & vt ita dicam, malorum iliada? Nos igitur præter id, quod de libro Græcorum Epigrammatum (quod quidem etiam huc facit) superius diximus, exempla nonnulla, siue adeo Epigrammata adijciemus, vnde eadem, quæ in ijs requiruntur Virtutes sine villa labe cernantur: vt intelligant, qui sese norunt Cælo, non Inferno conditos, atque redemptos; scribi posse Epigrammata eleganter, ac nitidè, præsertim, argutè, venustè, quæ quidem dotès, atque virtutes sunt bonorum epigrammatum: id quod cum in Odis, Elegijs, & alijs carminum generibus fieri possit: tum è rationibus ijs potissimum liquebit, quæ duobus huic libro de re cta Poeseos ratione adiunctis opusculis, optandum est, quàm quod maxime, vt ab omnibus perlegantur attentè.

At primò cum Breuitas epigrammatis ferè constet binis, ternis, quaternis, quinis sum mùm distichis: licet apud Martialem, & Catullum longius vno disticho vnum, vel alterum inueniatur. Argutia verò sit, cum ali quid inauditum, nouum, admirabile, propriè, atque è re ipsa, vel tempore, vel loco natum, appositè scribitur: Venustas autem, cum verborum, & metri habetur ratio, quanta epigrammati satis sit; nam ornatus nimius haud conuenit. Iam vero is qui hæc tria, seruatis honestis legibus, fuerit consecutus, omne in epigrammate punctum feret. Ad partes epigrammatis quod attinet, eæ duæ ferè sunt, expositio, atque clausula, siue conclusio. Expositio quidem aut simplex, aut multiplex: Simplex, quæ ex aliquo loco, aut re duci-

Martial. lib. 3. epig. 30.

Martial. lib. 2. epig.

Martial. li. 1. epig. 1. & 27. & lib. 6. po. Sirenum.

Aristot. Rhet. 3. Arist. in Poet.

re ducitur: Multiplex quæ sumitur ex locis frequentatis, aut ex similibus, aut ab exemplis, aut ex fabulis, aut ex effectis, aut ex antecedentibus, aut dissimilium conficiatione, aut ex oratione multiplici.

Rursus simplex expositio ea est, quæ ex vno quopiam loco depromit narrationem verà, aut fictam. In vera, si factum quod obscurum est, explicetur planius: siue notum ac leuiter tactum amplificetur: In ficta, cuius tamen fundamentum verum esse debet, siquid ingeniosè affingatur, id quod è caelestibus, ac penè Diuinis petendum esse docuit Aristoteles: quod tamen qua ratione nobis faciendum sit, qui versamur in lumine, qui Christus est, mox subdam.

In clausula epigrammatis sepe incidunt vel epiphomena, vel sententia, vel comparatio maiorum, minorum, parium, vel venustas aliqua cum expositione consentiens, & hæc quidem verè quadrant expositioni: At sic plerunquè conclusio subiicitur siue Dei, siue præstantis Viri.

Genera item epigrammatum, sunt Narratiuum, cum loquitur Poeta solus: Dramaticum, cum aliæ personæ inducuntur: Mixtum, cum partim Poeta loquitur, partim alij loquentes introducuntur.

At si genus orationis spectetur, est item simplex, aut graue & magnificum, aut temperatum atque concinnum, aut denique tenue ac festiuum. Graue, lumina verborum, & sententiam illustrè postulat. Temperatum, expolitam & pictam orationem, verba nitida & sonantia, ac sæpè quasi dimensa, vt paria paribus respondeant, pugnàtia referantur, compleantq. communia; sententiæ argutæ, ac venustæ tum verborum, tum sententiarum illigentur.

Tenue, omnem recusat ornatum: sermonem purum & Latinum, planum, dilucidum, crebras sententias, & ex abdito erutas postulat; sales item, & acumina quedam, in quibus leges, quæ de ridiculis traduntur, quidam seruandas esse docent. Huc spectant Neniæ, & similia, quæ ferè iambis & hendecasyllabis aut item Anacreontis gaudent.

Cantiones.

Iam in his omnibus cum decorum præstandum sit, id præcipuè curandum ne in rebus præsertim sacris narratio ipsa superstitionè redoleat ethnicam, ne falsi Dij inuocentur, ne qua ad peccandum illecebra interferatur.

Deinde si ex Martiali, Ausonio, Sazanario, & alijs, è Græcis itè, atque ex Pausania, Diogene Laertio, Atheno, varia epigrammatum genera inspicienda sint, ea secernantur ab improbis, obscenis, & à gentiliu cultibus.

Cautio in lib. Epigram. matu Græcorum.

Ex libro item Epigrammatum seligi possent, quæ tum ad sacra, tum ad moralia perti-

nent. At quoniam sepe loco Dei vnus, plures Dij more Ethnico ponuntur, idcirco eorum loco, Deus esset inferendus: atque ita corrigenda Epigrammata, quale exempli causa illud esset ex Luciano.

Α'νθρώπους μὲν ἴσως λήσεις, ἀποβὼν π' ποιήσας.

Οὐ λήσεις δὲ θεούς, εἰ δὲ λογίζεσθαι. Igitur loco illius θεός dicendum esset θεός. Vt verò constant versus, sic forsitan scribi posset,

Οὐ λήσεις δὲ θεόν, μηδὲ λογίζεσθαι. Quo disticho monemur, quantumlibet improbè agendo sefellerrimus homines, Deum tamen ne cogitatione quidem fallere nos posse.

Reliqua, quæ olent obscenitatem, aut idolatriam, faciliè eradi possent, sicq. tutior esset libri Epigrammatum Græcorum vsus.

Ac tamen quæ falsos illos Deos arguunt adulterij, auaritiæ, ac similia vitiorum, relinquendi essent, vt iacent, quale illud.

Ζῆλος κύνος, σάτυρος, ἄγροσός, δὲ ἕρωτα Ἀήδης, εὐρώπης, ἀπιδπης, δ' ἀνδης. hoc est. Ob Ladem, Danaen, Europen, Antiopeaq.

Iuppiter est aurum, Taurus, Olor, Satyrus.

Quoniam vero in Epigrammatum Græcorum librum Vincentius Obsopæus adnotationes, & quasi commentaria Latina edidit, sciant Christiana pectora, multa in iisdem adnotationibus esse, quæ omnino sunt expungenda: præterquam, quòd cum Obsopæus esset hæreticus, ea inprimis cautione, ac facultate tractandus est, quam Index libroru prohibitorum à sancta Sede Apostolica demonstrat.

Scripsit item in eadem Græca Epigrammata Ioannes Bordaens Turonensis Scholia copiosa: nec defuit, qui Latinè ea verteret, sed expurganda sunt.

Quin quidquid optimi fuerit apud eos Poetas nostræ ætatis, qui antiquos ferè sunt imitati, id in communes locos disponatur, vt habeatur ad manus. Ex his autem, quos magis noscimus, & nobiscum in hac re viri præstantes expenderunt ad finem huius capituli subiiciemus. Interea ad Domini Dei gloriam pauca hæc degustent, quibus bona, vera, sancta sapiunt Epigrammata.

De Diuini Verbi Incarnatione.

Vix hominè insigni similem sibi finxerat arte, Cum subito est hominis tactus amore Deus. Vt tamen auerso fugientem vidit amore, Qualis præcipites dum rotat amnis aquas, Quid faciam? dixit: quoties mihi iungere conor,

Francisci Raimundi Societatis Iesv.

Ex oculis toties euolat iste meus.

An



An perimam? at hominis nimio succendor amore.

An sequar? at fugiet, quo magis ipse sequar. Haud sequar, haud perimam: ne se mihi subtrahat unquam, Neve Deum fugiat, mox erit ipse Deus.

De Natali Domini. Non videbit me homo, & viuet.

Et video, & viuo. Pater optime vera miraris? Dulcia num potius spicula promit amor? Scilicet hoc loqueris, quod te qui vidit, amoris Non ferat insolita vulnera facta manu. Ergo quid hic viuo? sensu si vulnera pectus Iam vidi, satis est, tu mihi claude diem.

Ad Angelum qui Christo Domino apparuit in horto Getsemani, & calicem manu gestans depingitur.

Huc ades, o Iuuenis, manantem sanguinis imbrem Excipe, ad hoc venit forsitan iste calix, Excipe, & eterno refer hac mandata Parenti, Sunt Pater, hac nati pignora certa tui. Statq. mori, & immeritam panis effundere vitam; Nunc quoque fufurus, si placuisset, erat. Has tamen interea missas, Pater, accipe guttas. Cras tibi, quod reliquum est sanguinis, ille dabit.

Ortus & Mortis Christi Domini antithesis.

Clara dies, oreris media dum nocte, resulget. Dum moreris medio nox ruit atra die. O verum solem supera inter lumina, quo lux Exoriente oritur, quo fugiente fugit.

Ad S. Ioannem Baptistam, de eius corporis deportatione ex Asia in Italiam.

Dum sol Iustitia gentes lustraret Eoas, Ioannes, Asia Lucifer alter eras. At simul ingratas viduauit lampade terras, Et cursum populos flexit ad Hesperios. Subsequeris Solem. Hesperias & diligis oras. Lucifer alter eras: Hesperus alter eris.

Horatij Torfellini Societatis IESV.

De Sancta Maria Magdalena Ad Simonem Pharisæum.

Femina si flendo, Simon conuiuia turbat, Da veniam, has lacrymas culpaq. amorq. cident. Vt lacryma est scelerum vindex, ita testis amorum est. Et bene quod ploret, que male risit, habet. Magdala plora igitur: fremat inter pocula Simon.

Francisci Raimundi Societatis IESV.

Quis scit an & flendo dulcius ipsa bibas.

Ad ipsam Magdalenam.

Felices nimium gemini tua lumina fontes, Queq. venit irita scdula gutta via. Se lacrymam esse tua cuperet dum vere repenti Labitur in molles humida gutta rosas. Si manare oculis posset Pactolus ab istis, Aurifer hac iret ditior amnis aqua. Iam pretiosa pedes Domini nisi laberet vnda, Vnda quid, ab? quereret, ta pretiosa peris?

Eiusdem.

Magdalena Christo Domino Ecce quem diligis infirmatur.

Christe veni, affer opem: frater te languidus optat Et cum languenti saucia fratre soror. Ni properas, agros tua vi presentia curat, Ecce perit morbo frater, amore soror. O utinam ipsa forem nostra tibi nuncia pena? Fratris abesse vetat cura, venire pudor. Sint satis hac: plura is quem mitto nuncius addet; Si tamen hic rudis est, ipse loquetur amor.

De eadem Stabat ad monumentum, &c.

Quid feror heu Domini toties ad inane sepulchrum?

Eiusdem.

En viuo, & me vult forsitan ille mori. Vita vale: quis scit mihi mors an reddet amantem?

Sape venit facili morte cupita salus. Hoc me igitur, Iuuenes, si fas tumultate sepulchro, Et ferat hac memori carmina fronte lapis. AMISSVM VACVA DOMINVM DVM QVAERERET VRNA, PRO DOMINO LACVIT PERDITA SERVA SVO.

De

De eadem in exilium cum suis eiecta. A Francisca exuuijs (si qua liceat) indue Christus; Iam Francisca erit, qui modo Christus erat. Quid celestis amor non audes? fuggis amantes Arte noua, effigies ut sit amantis amans.

Eiusdem.

Parna domus, mea cura, feris committitur vndis: Fors bona, nescio quo nauigat, Eure faue. Hei mihi ne rapido minuetur vortice pontus, Et pereas media paruule linter aqua. Masilia ignotas o site errare per vndas Sciret? quorquot habet, mitteret illa rates. Tu mare, vos venti, trepida succurrite cymba, Nullus in imbelli nauita puppe sedet. Exiguum est pondus, facilis via, poscitis & vos Si pretium, pretium est grande tulisse pios.

De Sancta Maria Magdalena.

Tuta per vndantis restuos tibi pectoris astus Magdala Diuino numine puppis abis. Vnda tibi lacrima, mens nauis, vota rudentes, Spes malis, gemiuus flamina, uela preces, Temo timor, remi cura, pudor anchora, merceus Vnguentum, comites erimina, rector amor. Pade rati tu Christe sinus, & inhospitum hospes Secum indignanti murmura seuu fremat. Hic merces deponet amor, puppinq. ligabit Cautes erunt planta, ductaq. vincla coma.

Claudij Seripandi Societatis IESV.

Pharifeus qui ea expellebat a pedibus.

De quodam Adolescentulo, qui domo sese paternam proripuit, ac fugit Romam, vt in sanctum Religiose familie ordinem admitteretur.

Ibat Diuino Victor succensus amore Cum fugeret felix patria secta puer. Vidisses uina radiantia lumina flamma. Vidisses superas ire per ora faces. Hinc Pater astra ciet, ruit hinc in funera mater, Nec reuocare potest ille, nec illa fugam. O te speramus, iuuenis fortissime, qualem Pugnando, tantum si fugiendo potes?

Francisci Raimundi Societatis IESV.

Caca dolore parens in Alexi, querit Alexim, Et non amissas perdita luget opes. Dum uidet ardescit, pascitq. tuendo dolorem, Veraq. nuantem fallit imago fidem. Quid faciat? cedatne domos, vestiget in orbe? Cesset? at hac equi causa doloris, erunt. O amor? & quis te casum neget? improba mater Non credit natum, quem videt, esse suum.

Eiusdem.

De S. Francisca Stigmatibus. Exue Francisca tunica, lacerq. cucullo: Qui Francisca erat, iam tibi Christus erit.

Horatij Torfellini Societatis IESV.

De Elegia. Caput XIX.



Adem, que de Epigrammate dicta sunt, Elegia quoque, sed vberius, conueniunt. Partes quidem eadem, expositio, & clausula; at liberiores in Elegis, in quibus visi sunt prastitisse Propertius & Tibullus; nisi quod vt eorum verba, numeri, genus ipsum orationis pretiosa sunt; sententia tamen atque materia Christianis & auribus, & cordibus plerunque indignissima est. Mirum autem est, quantum afficiat animos Elegia; si formae illi dicendi omnes in eam concurrant, quas Demetrius distinguit tribus maxime rebus docuit, sententia, genere ipso orationis, & numeris; si in qua integra formula cernatur, quam vilitate elegia describit Ouidius, cum ait: Forma decet, vestis tenuissima, vultus amatis.

Formae dicendi tribus rebus distinguitur. Ouid. lib. 3. de Tristibus.

In pedibus vitium, causa decoris erat. Concinnitas enim, & venustas sententiarum, forma decenti, genus dicendi non nimis graue, neque magnificum, sed potius tenue, elegans, pellucidum, veste tenuissima; quo & eo carmine allusit Propertius. Dicite quo pariter carmen tenuastis in antro. quippe quod feret querimonias continet, cum & Elegia carmen flebile designet. Alterni porro versus longiusculi, vitio in pedibus ab Ouidio apte exprimuntur.

Propertius lib. 3. Et tragicus plerumque dolo sermone pedestri.

Porro et si querimonia erat propria Elegiae materia, laetius tamen patuit deinceps ad gratulationes, cohortationes, consolationes, historias item, & fabulas, vt verum illud sit, quod & exempla in Propertij quarto libro suppeditant, & Horatius ostendit, inueniens Versibus impariter iunctis querimonia primis. Post etiam inclusa est voti sententia compos. Hec cum ita sint, habenda materiae ratio est diligens, vt fleamus cum stetitibus, laetemur cum laetantibus; neque videlicet modo capillos, modo soluat Elegia, quod pro varietate materiae alibi cecinit Ouidius.

Horatius in Poetica ad Pisones.

Cum autem expositio instituat a similibus, dissimilibus, exemplis, fabulis, ceterisque locis, ea inuari potest, si non solum ex Tibullo, Ouidio, Propertio, ac similibus: verum etiam ex ijs, quae Gregorius Nazianzenus, & Poeta insigniores aliqui aetatis nostrae monstrarunt. Ac cum Elegia interdum dialogo mandetur, non tam imitandus Catullus est, dum ianuam & se loquentem facit: vel dum perpetuam prosopeiam affert de coma Berenicis, ubi coma ipsa loquitur: aut Propertius, cum Paulum solatur de morte Corneliae; qua ea, que possunt aptissime duci a psalmis, & alijs Diuine Scrip- ture

pturę locis, præsertim Hieremię Prophetę la-  
mentationibus. Id quod ex Aria Montano, &  
alijs, quorum carmina adnotabimus, perspi-  
ci poterit.

Ceterum quoniam Elegia esse debet tum  
morata, tum erudita, cumq. in ea inprimis  
dominentur animorum motus; ac proinde  
suo quasi iure crebras deposcat apostrophes  
etiam ad res minimas, exclamations, repe-  
titiones, ceteraq. lumina tum verborum, tum  
sententiarum; magna se dat occasio Deum  
amantibus, vt tempestiuas morum institutio-  
nes inferant, animosq. inflectant ad id, quod  
maximę expetendum est, atque sperandum.

Clausula porrò Elegiæ, quæ altera est hu-  
ius pars, sæpè aliquid initio conueniens con-  
tinet, vt in prima Tibulli elegia.

Ferte & oues, ego composito securus aceruo  
Dites despiciam, despiciamq. famem.

Quod consentit cum initio.

Diuitias alius fuluo sibi congerat auro.

Apud Tri-  
bulli li. 3.  
eleg. 2.

Sæpius item aliquod congruens cum eo, quod  
antecepsit. Illa verò insignis clausula, quæ  
in scripturam alicuius aut sepulchri, aut do-  
ni complectitur: quæ sanè in morte Domini,  
in Martyrijs Sanctorum hominum, in anima  
Deum sitiente, in Virtute celebranda, in epi-  
nicis, & epicædijs Virorum, qui pro Catho-  
lica fide occubuerunt, in Ecclesię desiderio,  
ac fletu, cernentis scindi tunicam Christi in-  
confutibilem, & alijs sexcentis, locum habet in-  
signem. Sed aliquid odoremur ex sequenti-  
bus elegijs quæ non ita habentur ad omnium  
manus.

De CHRISTI Domini precatione in  
horto, eiusq. sudore sangui-  
neo, Elegia.

Francisci  
Bencij So-  
ciet. Iesv.  
Vide eius  
alias 13.  
Elegias in  
libro suo-  
rum carmi-  
num.

Gethsemani colles, olea mons consistit, & ò tu  
Hortule cum Domino facte cruento meo.

Vos ego, vos video? mihi vos renouatis acerbū  
Qui timor humenti duxit in ore notam:

Ad vos suprema cum venit nocte, grauiq.

Pectora tristitia corripienda dedit.

Nec quicquā est hominum, dictis lenire dolentē

Qui velit, aut vigili peruigil assideat.

Omnia dāi gemitū, fletū omnia, et omnia luctū,

Præscia mens, pallor, nox, loca sola, metus.

Omnia nec terrent ianū, quantum ira parētis:

Hanc timeat, & valida tela vibranda manu.

Ergo vbi merentes socios, somnoq. grauiatos,

Et prouisam apimo cernit adesse necem:

Submissis genibus, tendens ad sidera palmas,

Edidit hæc mæstis tristia verba modis.

O Pater, ò Genitor, proiectum hic aspice natū,

Accipe quas humilis ferique, referiq. preces.

Hunc mihi, si fas est, oro, defende dolorem,

Et qua mors odijs sana parata venit.

O ego ne succos, quos pridem infecit amaro,  
O ne mista acri pocula felle bibam.

Iam morior curis, languentes occupat artus

Iam tremor, & vultu frigidus horror inest.

Flebilis hic iacco. Parce ò non digna ferenti

Mens videt, & visis ingemit ægra malis.

En trabor ad vincla, & plagas, mortiq. cruciq.

Inq. hæc sura meo tela micant latere.

Ah ego quid merui celesti vt tangar ab igne

Fulminis accensi, dum tonat ira Patris?

Nam neque mens vlli nostra est obnoxia facto,

Exijt & nostro nullus ab ore dolus.

Quam mihi sunt dura leges. Aliena repellam

Crimina, & immeritū culpa aliena premet?

Parce Pater, si iusta peto: potes omnia, nec tu

Asper es: & natus sum tamen ipse iuus:

Si sedet hoc animo, & precibus non fletere

nostris

Non ego me vinclis, supplicisq. negem,

Et patiar quodcumque voles. Te propter obibo.

Dixit, & in lacrymas vltima verba cadunt.

Plurimus hæc inter toto de corpore sudor

Liquitur, & gutta sanguinis instar eunt.

It sanguis, terramq. nouo velut insluit imbre:

Nec solitus pulchro fulsit in ore color.

Quisquis vt informeq. comā, vultuq. cruentum

Aspiceret, Christi quæreret ille decus.

Talis vbi induxit cristas, & membra peredit,

Inficit horrentem pustula nigra cutem.

Horruit aspectu calum: vos æthere in ipso

Fama est pallidulas obryguisse faces.

At tellus bibit infusum venerata cruorem,

Et speciem grates dicere auentis habet.

Fortunata mihi tellus, ubi fertur aperte

Procidere æternum non puduisse Deum:

Et lacrymas fudisse Patri, veniamq. rogasse,

Albaq. sanguineis ora, rigasse notis.

Ora natat lacrymis, & sanguine corpore sanguis

Emicat, & maduit sanguinis amne solum.

Imbuit hic herbas sanguis, glebamq. iacentem

Sentibus è medijs erubescere rosa.

Erubescere, rosa, ut Domini testentur amorem,

Dicere sic uise: Nos ita pinxit amor.

Acer amor. Tantos ne Deum sentire dolores,

Nec quemquam alloquijs posse tenere malis?

Aspicit hæc Pater ex alto sublimis Olympo,

Atque ira in fletum quam sit acerba monet.

Ira sed in fontes aqua est. Nihil iste, nec egit,

Nec meruit: Tam non dicere vera piget.

Ipse ego sum turpis, fateor, iustissime Iudex:

Et mea fraus omnis, crimē, & omne meū est.

Ipse ego te lasti, infelix. Mihi culpa luenda,

Insidat capiti iam precor illa meo.

Tu

Tu gnato modo parce tuo. Nam viuere dignus A  
Vnus, in exitium totus vt orbis eat.

Parce precor nato. quod si mutabile non est

Consilium, & prolem stat tibi velle mori:

Parua tamen dentur solatia. Promptior ibit,

Ni solamen abest, mortis in omne genus.

Audijt, an fallor? lux Calo missa repente,

Et iuuenis Dominum constitit ante suum.

Constitit, & tristes abstergit pectore curas

Celsaq. sublimis sidera rursus abijt.

Pentecostes Elegia.

Benedicti  
Arie Mon-  
tani lib. 5.  
faculorū.

Demesis celebranda dies iam frugibus, atras B  
Ire procul curas, mæstittanq. iubet.

Ipse suam geminans lucem Sol aureus, alma

Præcipit augeri munera lætitiæ.

Nunc ergo requiescat ager, requiescat & omnis

Exercet Dominus quem, propiusve labor.

Soluite iumenta è stabulis, armenta vagari

Fas erit, à senis sint modo tuta lupis.

Ast nemore effusum vasto peragrare magister

Næ finit, aut lassum tardius ire pecus.

Squamiger atque hodie piscis natet omnibus

undis.

Securus, nullo dum timet insidias.

Sancta omnes, monco, peragant pagi otia, &

urbes, & cantu liberiore sonet.

Vos quoque vestra citi, atque alacres curate mi-

nistri

Munera qua sancto fas properare die:

Abductos pingui armento, geminosq. iuuenos

Sistite, lanigeri pignoraq. alba gregis;

Septenos puros puris è matribus agnos,

Nullum quos vitium, quos nota nulla vetet,

Hæc tibi sollempnes nam vendicat hostiaritus

Septima cum redijt terq. quaterq. dies.

Non ideo consueta ingi officio pia cessent

Que fieri mane, & vespere sacra solent:

Aurea vasa nitent, candent argentea, & aris

Inspice quidquid adest sordis habere nihil.

Cuncta fouedo igni iam qua sunt ligna parata

Leuitum curam non cariota probant.

Se fulgente stola velatum ritè Sacerdos

Atque oculis plenum, conspicuumq. gerat.

Huic humeros, pectusq. sacrum Phænissa de-

coret

Purpura, & ordinibus mystica gemma suis.

Linea & huic redimens frontem, sacra vitta

quaterna

Præferat arcani nominis effigies;

Miæus vt ipse omnis maculis, vitioq. remotus

Expediat sacri munera legitimi.

Farris item pingui ex oleo saturata polenta

Impositas aris imbuat vsque dapes.  
Deinde malum populo auertens, cadat hircus

ad aras,

Expicit errantum crimina vt ille hominum.

Hoc agat, hoc flamen poscat, precibusq. supernū

Conciliet placans, restitnatq. Deum.

Huic geminum de fruge noua proferre memeto

Libum, quisque tui sis modo messor agri.

Nam decet Auciori frumētū & mensis, & anni

Accepta hæc patrio dona referre Deo.

Non opis is nostra quicquam indiget, attamen

huic nos

Debemus gratas reddere primitias.

His vbi conspexit placido Deus annuit ore,

Ipse suum vesci Pontificem voluit.

Luctus Beatæ Mariæ Magdalenæ

Ad sepulchrum Domini.

Vt Maria infelix, marmor conspexit inane;

Sensit & extinētū corpus abesse Dei:

Ilicet ingenti mentem percussa dolore,

Claustra super tumuli concidit exanimis.

Inde simul sensus aliquid, mentisq. recepit,

Sedit vt effigies saxea, saxa super.

Non de more premit nodatos mitra capillos;

Sed iacet impresso candida mitra pede.

Non humeros pepulit, nō pectora velat amictus;

Ante ipsos fluitant hæc quoque lapsa pedes.

Vdo Alabastra solo Tyrium effundentia Nardū

Voluntur, diues proteriturq. liquor.

Sed non illa vicem mitræ, non curat amictus:

Non pepulit, aut Nardi, nō memor ipsa sui est.

Icta dolore furit, toto te pectore, Iesu,

Toto animo, tota perdita mente petit.

O quoties vacui respicitans orba sepulchri

Saxa, nouis gemuit sancia vulneribus?

O quoties vacuas comanti questibus auras

Implere, oppressit verba parata dolor?

Ergo (quod reliquum est) imo suspiria ducens

Pectore, singultus ore sonante ciet.

Et palmis palmas, & pugnis pectora plangens

Dilaceratq. comas, dilaceratq. gemas.

At simul effusus lacrymis dolor ora resoluit,

Inuenitq. suos frigida lingua sonos;

Ingemit, & calo turgentia lumina fletu

Attollens, mæstis vocibus antra replet.

Crudeles homines clamat, crudelia saxa,

Crudelem, demens, te quoque Christe vocat.

Interea sese inclinans introspicit antrum,

Et lustrat madidis omnia luminibus.

Ecce duos cernit iuuenes in veste corusca,

Qui flentem roseo, quid gemat, ore rogant.

Congemuit illa graui pectus labefacta dolore,

cc 2 Figit

Horatij  
Torcellini  
Societatis  
Iesv.



*Figit & aduerso lumina mæsta solo.*  
*Non illam tangunt vultus, oculiq. nitentes,*  
*Non species, non vox allicit aethera.*  
*Vnum mente petit Iesum, vnum quarit Iesum.*  
*Hunc urget lacrimis, hunc queribunda*  
*vocat.*  
*Iam Iesu, Iesu antra sonant, ressonat Iesum.*  
*Vallis, & excepto tactat in astra sonos.*  
*Ah misera, & Dominum visa est audire vo-*  
*cantem,*  
*Dum vox nota Dei credula in aure sonat.*  
*Quin etiam interdū fallaci ab imagine capta,*  
*Quam madidis oculis subiicit acer amor.*  
*Dum Christum petit, aut tenues amplectitur*  
*auras,*  
*Aut saxa, aut rigida robora saua crucis.*  
*Verum ubi se falsa sentit sub imagine lusam,*  
*Addit amor lacrimas, ingeminatq. faces.*  
*Illā autem mœrens, viduog. affixa sepulchro*  
*Tota abijt in questus, tota abijt in lacrimas.*

Læticia B. Mariæ Magdalenæ  
 Viso Domino,

*Eiusdem. Dum Maria immensum lamentis equat amorē,*  
*Atque furens Christi terq. quaterq. vocat;*  
*Instructumq. habitumq. gerens olitoris, & ora*  
*Hortis in medijs illico Christus adest.*  
*Obuius & Maria clamanti, & multa querēti.*  
*Quem quæris mulier? quid lacrymaris? ait.*  
*Illā autem falsa decepta ab imagine, Iesum*  
*Haud noscit, cæcus gaudia tardat amor.*  
*Ceu mater reducem post tristia funera natum*  
*Si videt, ambiguo fallitur ore diu.*  
*Ergo querenti Domino, quem sedula querat,*  
*Stulta dat audaci verba superba sono.*  
*Fare age, quicumque es, Dominum si forte tu-*  
*listi,*  
*Dic ubi condideris. ipsa ego nam referam.*  
*Quid non audet amor? quid non sibi posse vi-*  
*detur?*  
*Flamma instar tentat claustra per ipsa viā.*  
*At simul ut Mariam sese de more vocari*  
*Audijt, & fecit vox bene nota fidem:*  
*Luminibusq. auidis se vera ostendit imago,*  
*Et patuit cari forma retecta Ducis,*  
*Continuo exarsit flagrantis pectus amore*  
*Verfauitq. animum dulcis amarities.*  
*Tota fluit lacrymis, veluti in Tabore liquecunt*  
*Vere nouo, tenera sole tepente niues.*  
*Mox alacri reducem compellat voce magistrū.*  
*Sed reliqua eripuit verba protervus amor.*  
*Tota inhians Domino desigit in oribus ora;*

**A** *Nec vidisse sat est, & tetigisse parat.*  
*Scilicet optaris cupida oscula figere plantis,*  
*Et Domini Sanctos sueta tenere pedes.*  
*At Christus, procul o nostris, procul artibus*  
*esto,*  
*Non sibi, non possit talia tempus, ait.*  
*Quin age, & hæc socijs & Petro nuncia penses?*  
*Certum est siderij scandere tecta Patris.*  
*Dixerat, & subito ex oculis sese abstulit, illa*  
*Tanto orbata bono restitit attonita.*  
*Inde gemens tali fugientem voce secuta est.*  
**B** *Mene fugis? Mariam Christe reperie fugis?*  
*Siccine dilectam Mariam deludere gaudes?*  
*Hora eadem vultus datq. rapitq. tuos?*  
*At Deus agra suo discessu corda remulcens*  
*Compleuit subita pectora latitia.*  
*Pulchra Dei species animo, diuq. recurfat*  
*Oris honos, voces, verbaq. in aure sonant,*  
*Desertumq. diu Dominum iam viuere gaudet.*  
*Et gaudet vitam ducere calicolum.*  
*Gaudet & oprato sperans post funera, vultu*  
*Aeternum in supera sede, beata, frui.*  
**C** *Exundant pleno surgentia gaudia fonte:*  
*Nec sese toto iam capit ipsa sinu.*  
*Qualia calicolum pertentant gaudia mentes,*  
*Cum Deus aeterno flumine corda beat.*  
*Tanti est te propter, bone Christe, dolere, dolores*  
*In solida atherens gaudia vertit amor.*

De Gregorio XIII. Pont. Maximo,  
 Collegij Romani Societ. IESV  
 fundatore. Elegia.

**D** *Gregorio grates agimus, & scedite cura:*  
*Gratia cum festo carmine lata venit.*  
*Tota nitens, simplex venit, decet esse nitentem,*  
*Terrarum Domino, si qua placere cupit.*  
*Talem te Petro memorant hac urbe recepto,*  
*Aeterno laudes concinuisse Deo:*  
*Artibus ut Simon magicis delusus ab alto*  
*Decidit, & sparso sanguine tinxit humū;*  
*Victoremq. Petrum casu testatus acerbo,*  
*Quas meruit penas impia lingua dedit.*  
**E** *Hætenus angusto tenuit se limite cætus,*  
*Qui stetit in parua plurimus ante domo.*  
*At nunc prolatis fundatur sinibus ades*  
*Amplior, & tecti suspiciendus honor*  
*Aspicit congestos lapides, & diruta tecta,*  
*Et sola vicino continuata foro.*  
*Aspice iam nostris patet area sedibus illa,*  
*Gymnasium fuerit, qua fuit ante via.*  
*Atque ubi iucundis gaudebunt vicia Musis,*  
*Pectore anhelanti duxerat era faber.*

Hic

*Hic ubi sub sauo gemuerunt marmora ferro,*  
*Affuecet facilis discere recta puer.*  
*Hic ubi formandum ingenium sub voce ma-*  
*gistra est*  
*Aristices lignum perpoliere manus.*  
*Extruit hic Sophia, & Pietati tēpla Sacerdos,*  
*Optimus ille hominum, proximus ille Deo.*  
*Proferat ut CHRISTI imperium, terraq. per*  
*omnes*  
*Iam leue ne quisquam ferre recuset onus.*  
*Hic iuuenum sanctas exercebuntur in artes*  
*Deuota aeternæ pectora militiæ.*  
**Vnde salutaris fidei præcepta ferentes**  
*Audiet aduerso cardine vterque polus:*  
*Quo matutinus dimittit Lucifer ignes,*  
*Quo vespertinus conuocat orbe faces.*  
*Nulla fides vnquam terris nascetur in illis,*  
*Si fidei non sint semina iacta prius,*  
*Verba fidem pariunt, animorum hæc abdita*  
*pandunt*  
*Nec nisi quis doceat, discat ut alter erit.*  
*Sponse sua doceat nemo. Mittantur oportet,*  
*Qui feriant forti pectora iussa sono:*

**A** *Captiuos rapiant homines, desuetaq. corda,*  
*Atque iterū errantes sub iuga sacra vocent:*  
*Accendantq. animos dulci virtutis amore,*  
*Ad superos tutam que parat vna viam.*  
*Sed spes destituet, pleno licet exiet acervo*  
*Iacta seges, crebro ni renouetur ager.*  
*Hic tibi Gregorius fecundos conserit agros,*  
*Omnis ut ex illis fertilis annus eat.*  
*Hinc capiet plenis indeficientia sulcis*  
*Semina, que large credita reddet humus.*  
**O** *vinam longa fungatur munere lucis,*  
**Exigat & placidos tempus in omne dies:**  
*Latatusq. suis opibus, sanctisq. repertis*  
*Prosperiat gentes ad sua iura trahi.*  
*Quod volumus Deus ipse dabit, quod possu-*  
*mus, ecce*  
*Conamur tenues, & voluisse sat est.*  
*Aedibus in medijs solido spectabitur ere*  
*Tanti maiestas conspicienda viri*  
*Hic incisa notis hoc reddet littera carmen:*  
*Gregorius Custos, Gregoriusq. Pater.*  
*Ipsæ suum Pastor circumspiciat ouile,*  
*Et que plena ferent vbera lactis oues.*

ELENCHYS ALIQVOT POETARVM,  
 qui vel de rebus Sacris, vel saltem haud obscans scripserunt.  
 Quiræ de recto Poeseos vsu egerunt. Cap. XXI.

- Aetij Synceri Sannazarij de partu Virginis.
- De morte CHRISTI Domini.
- Eiusdem Eclogæ Piscatoriz.
- Salices, Elegiæ, Epigrammata.
- Edita autem sunt cum Actij Synceri operibus, hæc:
- Petri Bembi hymnus in S. Stephanum.
- Benacus.
- Gabrielis Altij Epithalamia.
- Io. Cottæ Veronenis carmina.
- Io. Mutij Aurelij Mantuani hymnus in S. Ioannem Baptistam.
- Eiusdem Elegia ad Leonem X. Pont. Maximum.
- Aethici Cosmographia.
- Alcimi Auiti Viennensis de Origine Mundi. De peccato originali. De diluio. De Diuina sententia. De transitu maris Rubri. De Virginitate.
- S. Ambrosij hymni sacri.
- Andræ Frusij Societatis IESV epigrammata & alia.
- Andræ Nauagerij carmina.
- Antonij Geraldini Bucolica. est autem Prima Ecloga de Saluatoris nostri Natiuitate.
- 2. De Regum adoratione.
- 3. De Iosepho, & Maria, de amissione, & inuentione IESV.
- 4. De Baptismo, & Tentatione CHRISTI.
- 5. De eius miraculis.
- 6. De institutione sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti.
- 7. De Passione Saluatoris.
- 8. De eius Resurrectione.
- 9. De Ascensione Domini.
- 10. De missione Sancti Spiritus.
- 11. De vltimo Iudicio Dei, in qua Ecloga Auctor solus loquitur.
- Antonij Querengi carmen de nouo Societatis IESV Collegio Romano.

- C** Idem ad Illustrissimum Cardinalem Farnesium in Pythagoræ versus aureos.
- Antonij Cerruti Nouariensis lib. 4.
- Apollinaris in Psalmos, Græcè.
- Aratoris Acta Apostolorum hexametro carmine.
- Attilij Seneri odiporicum, siue iter, quo pie suam descripsit vitam.
- Auli Persij Satyræ.
- Aurelius Prudentius Clemens cum Theodori Pulmanii Granenburgij, & Victoris Gifselini opera ex fide 10. librorum manuscriptorum emendatus.
- In eum eiusdem Victoris Gifselini Commentarius. Ex officina Christoph. Plat. 1564.
- Duos dignissime ( ut vocat Gennadius ) inter alios Iolatram defendentem.
- Scio autem Io. Sichardum in Psychomachiam, Cathermerinon, Peristephanon, Apotheosin. Erasmus in hymnos de Natali pueri IESV, & Epiphania Domini. Iacobum Spiegelium in hymnum ad omnes horas de miraculis CHRISTI, adnotationes scripsisse: Veruntamen qua cautione hi vel legendi, vel retinendi sint, diximus alibi. Nam & hoc ad Indicis librorum prohibitorum à S. Sede Apostolica, leges, siue regulas referendum est.
- Aurelius Vrsus. Vide in ditione Poemata.
- Aufonij Galli Annales, & alia.
- Aratoris Cardinalis historię Apostolicę libri 2.
- Basilii. Quomodo legendi sint Poetæ.
- Basilij Zanchij varia carmina.
- Bedæ hymni, Epigrammata, & vita S. Eudelberti.
- Benedicti Ariæ Montani Ecclesiastes carminibus decantatus, & hymni sacri: de quibus & seriem, & iudiciū tulit Petrus de Valentia; qui ait. Præter res quæ ad comparationem, aliaq. poeseos lumina ex scientijs petuntur, singularum quoque propria disciplina rum

Venerijs 1550.

Ex officina Christoph. Plat. 1564.

vocabula non nisi proprie hic usurata comperies. Nulla hic carminum sulca, nulli tibicines, otioſaq. & sono tantum iuuantia verba, omnia vilia, omnia plena, solidaq. sunt. Dicta ipsa, aut gnomo sunt, aut definitiones, aut diuisiones, aut rationes. Denique ex arte omnia. Animaduertere enim, ac notare est in Apollolicis scriptis, cum de temporum ratione agitur, infinitam illa durationem, que ante rerum principium sine principio fuit, à temporibus seiuſtam, ac separatam indicari solere, & illis dicendi formis significari. *In principio, quod fuit ante tempora secularia.* Hanc constitutionem prior huius operis pars spectat, qua Hymni cæcum sunt ad Sanctissimam Trinitatem, & ipsius personas singulas, atque ad Angelos. Qua parte, cæsi omnino theologica est, ij etiam ad pietatem, & doctrinam iuuari poterunt, qui scholasticis exercitationibus operam non dederunt. Est enim in illis hymnis vniuersa de Trinitate Catholica doctrina ad simpliciorum quoque captum accommodata.

Post Mundum conditum quicquid temporis à Diuino de humana reparatione, & salute promisso ad idem promissum præstitum, & confirmatum per Spiritum Sanctum missum à Patre in nomine Filij fluxit, *secula in sacris dicitur, que secula ad Diuinæ veritatis, & constantiæ animaduersionem diligenter à Prophetis adnotata, & indicata sunt.* In his sæculis recensendis, & suis rationibus celebrandis, secunda, & maxima poematis pars insumpta est. Sæcula dies excipit vna Solis iustitiæ, qui numquam occidet, radijs illustrata: *namq. nox præcessit, dies autem appropinquauit.* Sub nocte lucem, id est legis, & Prophetiarum, commodus, & necessarius erat visus: cui qui attendebant, benè faciebant, vt ait S. Petrus. Subijte vero ante diem ipsam tempus, quod nec diem, nec noctem iure appelles, non dies, quia nondum sol ipse conspicitur, cū nondum à Terra exaltatus supra Orizontem nostrum ascenderit, non noctem: Orientis enim iamiam solaris radij lumen tantam sui vsuram præbet, vt clareant omnia, viæq. omnes, & tramites manifestè appareant, vt iter, aut opus aliud sine laterna, aut lucerna vlla incipere iam liceat. *Oriens* id tempus dicitur, illudq. significet, quo Verbum iam caro factum inter homines agebat, & licet *clarificatum nondum esset*, tamen eam sui lucem dabat, vt *Patrem in ipso esse cognoscere oporteret.* Ipsum ergo iam tum præcedentem, & in Regnum suum ducentem, viamq. aperientem, & sternentem sequi oportuit, minoribus minus curatis luminibus, que interim dum Lucifer oriretur, splendebant. Nam *lex, & Propheeta vsque ad Ioannem.* His igitur *Oriens* ille est, cui canendo postrema operis huius opera ponitur, que orto iam legitimo sole deponitur, id est, *ipsa die, siue seculorum sine.* Dies duplici cantico salutatur: Moyses altero, sed ad veram libertatem, ac lucem, quam olim præcinebat accommodato; & altero Zachariæ Sacerdotis, ac vatis sub seculorum fines de ipsamet salute decantato. Huc cum canendo deuenisset Arias Montanus Lyram deponens porrigit illis, qui Solis ipsius orti iam gloriam contentis oculis, & *reuelata facie speculantes, in eandem imaginem transformantur à claritate in claritatem à Domini spiritu.* Celebrauit quidem idem Arias diem etiam ipsam heroiçis catminibus alio in loco, id est ad finem eius voluminis; quod *Magni operis Animam* inscripsit, duplici testimonio Apollolico, spiritus priori, & ignis altero: sed ex illorum ipsorum relatu, & verbis, quos dignos fecerat Deus in partem sortis Sactorum, in lumine, quosque de potestate tenebrarum transtulerat in regnum Filij dilectionis sue.

Benedicti Lampridij, & Io. Baptistæ Amalthei carmina. Boetij Seuerini vbi de consolatione philosophica. Cælij Sedulij hymnus ad CHRISTVM, & Poema inscriptum Mirabilium.

Cicero de Natura Deorum occasionem præbet agendi de ijs, que Poeta tractant. Claudius Marius Victor. Vide in dictione Marius.

A Claudianus. Vide in dictione, Veterum Poetarum.

Cypriani Genesis, & Sodoma. Damasi poema vocatum Platoniam in laudem Altaris SS. Petri, & Pauli Apollolorum: & alterum in laudem sepulchrorum multorum Martyrum, quod appellauit Conchilia.

Daretis Phrigij de bello Troiano, qui libri esse feruntur à Cornelio Nepote Latino carmine heroico donati: sed quisquis ille fuerit, versus non videntur inepti. ceterum de Daretis, num suppositus fuerit, diximus, vbi de humana historia.

Dionysij Alexandrini Geographia, siue de situ Orbis, quam in Latinum vertit Rufus Anienus cum commentarijs Eustathij Græci.

Dracontius de opere sex dierum. Ennij Fragmenta cum Hieronymi Columnæ Commentarijs eruditiss.

Eudociæ vxoris Theodosij Iunioris Cento ex Homero, de vita Christi. Vide in voce, Homerocentra. Eulalius Episcopus Cynopoleos in Cantica Canticorum. Sibyllini versus, qui ex Eusebio, Lactantio Firmiano, Augustino, & alijs antiquioribus Auctoribus approbati, essent feligendi.

Eustathius Græce commentarium edidit in Dionysium de situ Orbis, quemadmodum supra dictum est. At qui Dionysium ipsum legere velit vna cum Eustathio, videat que nos de Geographia.

Federici Iamotij Hymni, Idyllia, Funera, Ode, Epigrammata, Anagrammata Græca, & Latina. expungendum autem est nomen Buchananani.

Franciscus Bencius Societ. Iesv. de quo egimus supra. Fulgentius Episcopus Carthaginiensis Mythologiarum duos libros ad Catum Presbyterum scripsit, qui iuuarè possunt in legendis Poetis.

Gabriel Altilius. Vide Actius Sincerus. Gaufredi noua Poetica.

Georgius Pifsta, Heraclio Imperatore, cuius bellum aduersus Persas scripsit, & encomium in eum, & hexameron Moysis tribus millibus iambis.

Godelberti historia Veteris Testamenti vsque ad CHRISTVM hexametro versu, sed vt ea ferebant tempora.

Gratius, qui Augusto Principe floruit, de venatione Ilii. Gregorius Nazianzenus vir Diuinus, que in orationibus suis admirabili splendore verborum, & ornatu tractat, ea in poeticos numeros coegit, agens de Sanctissima Trinitate, de Angelis, de Anima, de Mudo, de Providentia, de Baptismo, de quibus concertationes cum Eunomianis habuit, vel in panegyricis orationibus disseruit. In hæc vero poetica opuscula, que eruditiss. Cyri Dadybrensis Episcopi Commentarijs, & argumentis illustrata fuerant, mirum est, quam iuuari possent non solum adolescentes, verum etiam qui iam ad altiora Theologiæ studia ascenderunt: ea vero carmina Latina fecit Iacobus Bilius, quemadmodum item opuscula, que Cyrus explanauit, versibus reddidit. Ac quidquid ille ad locorum obscuriorum illustrationem attulit, versibus reddidit, que vero Græcè Gregorius de Sanctissima Trinitate effatus est, ea versibus Latinis Bilius ita incepit.

Immensum exigua pelagus sulcare carina,  
Paruisq. æthereum pennis volitare per axem  
Aggredimur (non me fugit hoc) quicūque Tonantis  
Tendimus arcuum verbis expromere nomen:  
(Quod neque sat digno chorus immortalis honore  
Calicolum cumulare potest) Triadisq. referte.  
Dogmata, que totum moderatur legibus Orbem.  
Sed tamen intrepido mea vox erumpet ab ore.

Sub nomine item Gregorij Nazianzeni fertur Tragedia, siue Tragicomediam, que inscribitur Christus patiens, que & Græce extat, & Latinis versibus à Claudio Roiletto est facta; in cuius Argumenti initio materiam, & pietatem facile quisque odorabitur. Sic autem habet.

Audistam quando post pæd poemata,  
Etiam postem tu piam audire experis,  
Audi animo alacri nunc secundum Euripidem.

Immensum exigua pelagus sulcare carina,  
Paruisq. æthereum pennis volitare per axem  
Aggredimur (non me fugit hoc) quicūque Tonantis  
Tendimus arcuum verbis expromere nomen:  
(Quod neque sat digno chorus immortalis honore  
Calicolum cumulare potest) Triadisq. referte.  
Dogmata, que totum moderatur legibus Orbem.  
Sed tamen intrepido mea vox erumpet ab ore.

Sub nomine item Gregorij Nazianzeni fertur Tragedia, siue Tragicomediam, que inscribitur Christus patiens, que & Græce extat, & Latinis versibus à Claudio Roiletto est facta; in cuius Argumenti initio materiam, & pietatem facile quisque odorabitur. Sic autem habet.

Audistam quando post pæd poemata,  
Etiam postem tu piam audire experis,  
Audi animo alacri nunc secundum Euripidem.

Immensum exigua pelagus sulcare carina,  
Paruisq. æthereum pennis volitare per axem  
Aggredimur (non me fugit hoc) quicūque Tonantis  
Tendimus arcuum verbis expromere nomen:  
(Quod neque sat digno chorus immortalis honore  
Calicolum cumulare potest) Triadisq. referte.  
Dogmata, que totum moderatur legibus Orbem.  
Sed tamen intrepido mea vox erumpet ab ore.

Sub nomine item Gregorij Nazianzeni fertur Tragedia, siue Tragicomediam, que inscribitur Christus patiens, que & Græce extat, & Latinis versibus à Claudio Roiletto est facta; in cuius Argumenti initio materiam, & pietatem facile quisque odorabitur. Sic autem habet.

Audistam quando post pæd poemata,  
Etiam postem tu piam audire experis,  
Audi animo alacri nunc secundum Euripidem.

Iam Passionem Orbi saluarem eloquar.  
Vt plevaque inde dicta discas mystica  
Ex ore tamquam macris, ac Virginis,  
Suoq. Domino Apostoli charissimi.  
Et quæ sequuntur.

Persona autem hæc sunt.

Deipara.	Chorus Virginum.
Nuncius.	Semichorus.
CHRISTVS.	Theologus.
Ioseph.	Nicodemus.
Magdalena.	Adolescentulus.
Congregatio Pontificum.	Custodia, & Pilatus.

De virtute autem humana eruditissimum, ac contemplationis plenissimum carmen edidit idem Gregorius Nazianzenus, in quo agit inter alia, cur Deus sui copiam homini neget, deq. Diaboli verſutia, & pugna interioris hominis cum exteriori, quoque pacto virtus acquiratur, & Templum Dei efficiatur.

Alterum poema copiosius condidit de rebus suis, quo nos ad piam vitam, & Christo dignam occultè cohortatur. Adit alia eiusdem generis, atque in laudem Virginitatis, cuius poematis meminit Hieronymus in Catalogo. Sunt item ipsius præcepta ad Virgines.

Que vero ad institutionem vnus adolescentis pertinet, ea in poemate, quod scripsit ad Nicolaum Patrem Nicobuli filij nomine, quodq. rursus Nicobuli patris nomine ad Filium cupientem in celebrem quandã Aca demiam mitti, continentur; sed & plura alia in diuitem malè moratum, & peregrè proficiscentem, ac de silentio, quod Ieiunij tempore coluit, & in panegyrico carmine ad Olympiadem Virginem nubilem, & carmine ad fictos Monachos, & alio ad Diabolum in morbo, ac rursus alio ad Nemesium, quo hortatur eū ad abiiciendam ethnicam superstitionem, & alijs plerisque ad Episcopos falsos, & aduersus carnem, & ad Monachos in Cænobio degentes, & ad Hellenium pro Monachis, & plura alia.

Sed tetraſtica illa iambica, que etiam Cyrus Nicetas exposuit, dignissima sunt, que in scholis, ac præcipue Principibus, & nobilibus prælegantur.

Gualteri Galli vita Alexandri Magni. Guidi Margarita Biblica: & Guntherus Germanus de rebus à Federico Aenobarbo gestis, prout ea ferebant tempora.

Hadriani Cardinalis venatio.

Hieronymi Badesij Sacellum Aesquilinum de Beatissima Virgine MARIA, & in hoc ipsum Francisci Bencij de Societate nostra carmen.

Hieronymus Fracastorius.

Hieronymus Vida.

Hilarij Pictauiensis Episcopi Genesis.

Hippolyti Capilupi qui postea Episcopus. carmina ad Mariam Virginem, ad Mariam Magdalenam ad SS. Innocentes, & alios Sanctos, ad Principes item & amicos.

Homeroentra (que & Centrones) Aldus Manutius edenda curauit, cum à Petro Candido ea consecutus fuisset. His autem continentur ex Homeri versibus quattuor stuiij, qui in Paradiso sunt; Adam, & Eva, deceptio serpentis, dispensatio, siue æconomia salutis hominū, obeditio filij, conceptio, natiuitas, queve in eius vita consequuta sunt, ac summa Euangeliorum. Hæc autem omnia cum perlegi possint summo cum fructu, tum vnde desumpta sunt, notantur loci ex Homero.

Horatius. Vide in dictione, Ode, & ad finem huius Elenchi, vbi ponuntur Interpretes in eius Poeticam.

Iacobi Pontani Societatis Iesv in duobus libris progymnasium latinicis versus hi sunt.

Labor daturus præmia; & in sine Honor daturus præ-

A mia. In voluminibus autem tertij parte priore eorundem Progymnasium, Diuinæ sunt collaudationes, & Paradisi Terrestris Encomium. Expetamus autem indies editionem noui libri poematum eiusdem Pontani.

Iacobus Zouitius de Oue perdita Comædiam sacram edidit.

Iani Pannonij Quinqueeclesensis Episcopi panegyricus ad Imp. Fridericum III. pro pacanda Italia, carmina, elegiæ, & epigrammata.

Ioannis Aurelij Augurelli Chryſopæia lib. 3. & Geron-ticon lib. 1.

Io. Baptiste Gyraldi Ferrariensis poemata: Is autem Boccacium, qui de Dijs scripsit, perſtrinxit egregiè, vbi de historia Deorum egit.

Io. Baptiste Pignæ carminum lib. 4. cum Cælij Calca-gnini carmin. lib. 3. & Ludouici Areostii lib. 2. sed se-cernenda sunt quædam ab alijs.

Ioannis Cottæ, Lampridij, Sadoleti, & aliorum Miscel-lancorum liber vnus. Vide item in voce Actij.

Iouiani Pontani poemata.

Iulij Capilupi Centones pij, & aptissimè concinnati ex Virgilio, & alia carmina pura, que virtutem, ac iudicium redolent.

Lactantij Firmiani de Passione Domini, & de Resurre-ctione elegia.

Laurentij Frizolij sacellum Gregorianum. est autem additum, vt elegantissimum poema, operibus Grego-rij Nazianzeni.

Laurentij Gambaræ Idyllia sacra, anno 1581. Romæ impressa, & libri 3. rerum sacrarum Scriptis item Ca-prarolam, & Christophori Columbi nauigationem, & alia.

Lazari Bonamici carmina.

Lælij Capilupi centones repurgati, & editi sunt Romæ anno 1590. nam alij antea editi sunt interdicti.

Læuini Torrentij Poemata sacra, digna que legantur, & perlegantur. Sunt autem hæc.

Hymnorum de Partu Virginis lib. 3.

De puero Iesv lib. 1.

In Natalem Domini Elegia.

Votum, seu scribendi de Partu Virginis occasio: cum enim iactatus esset tempestate maris labores suos dicauit Beatissime Virgini Lauretanæ.

In Ioannis Austriaci naualem de Turcis Victoriæ elegia.

De bello Turcico.

Macarius. & Bonafides scriptores versus Græcorum.

Macarij Mutij Camertis triumphus Christi ascendentiæ in Cælum, & libellus aureus de recta Poesi.

Marbodæi Galli poema, quod inscripsit Lapidarium, & Vita Heremitarum Thebaidis.

M. Antonij Flaminij lib. 2. Carminum, & Psalmi.

M. Antonij Muretus de Laurentij Frizolij Sacello Gre-goriano.

Eiusdem hymnorum sacrorum liber.

Item *Trópas*, hoc est, sententiæ versibus Græcis ad M. Antonium fratris filium.

M. Aurelij Olympij Nemesiani Cynegericon lib. 1.

Eiusdem carmen Bucolicum.

Marci Monachi Benedictini Heraclio Imperatore, vita S. Benedicti, vt ea ferebant tempora.

M. Probi Sulmonensis Parthenias lib. in B. Mariæ hi-storiam.

Marij Victoris Oratoris Massiliensis *Αλληλεις*, seu com-mentationum in Genesim lib. 3.

Marij Moltæ liber vnus, sed non omnia pia.

Martiani Capellæ nuptiæ Philologiæ cum Mercuria profocarmineo opere.

Martorani comædia, vel tragediæ piæ.

Methodius Porphyrij errores metro redarguit.

Milonis Galli vita S. Amanclij, & alia quædam de fo-brietate carmina: prout ea ferebant tempora.

Michaelis Coysardi de Societate Iesv, magno Gal-liæ bono editus est Turnoni non ita pridem Ca-techismus Gallicè terraſtichis dispositus, quo peru-tilem docendi Catholici Catechismi rationem ce-teris



teris imitandam nationibus in Gallis opportunè inuexit.

Michaelis Verini adolescentis carmina maturo digna viro.

Mutij Sfortie Tyberis, & alia poemata; sed postremum, quod vidimus, fuit, quod Clementiadem inscripsit Clementi VIII. Pontifici Max. ingenioso, ac pio inueno. At in Tyberij Pij Quinti Pont. Max. persecutus est res gestas: quibus adiunxit laudes P. Salterij Dauidici & sacrorum carminum libros 2, qui editi sunt Venetijs apud Nicolaum Moretum 1586.

Natalis Comitum Mythologia, siue explicationum fabularum libri 10. in quibus naturalis, & moralis Philosophiæ dogmata varia continentur. editio autè anni 1581. auctior est, & emendatior, quæ Poetis intelligendis potest commodare.

Nauagerius. Vide in voce Andreas.

Nonnus Panopolites, qui paraphrastice Euangelium S. Ioannis scripsit elegantissimo versu heroico Græco.

Octauij Mirandulæ Canonici Regularis S. Augustini flores Poetarum illustrium 24. collecti, quibus aut sententia moralis, naturalisve, aut laus virtutis, aut censoria morum castigatio, aut præcepta saluberrima continentur, mendis repurgati per Theodosium Pulmannum.

Orphei Argonautica, quæ si legantur, vt alia præcorum Poetarum, conferenda sunt cum inuentione Indiarum, & Christophori Columbi navigatione.

Pauli Diaconi liber hymnorum, & Vita S. Benedicti.

Pauli Iouij elogia Illustrium virorum.

Paulini carmina.

Petri Angeli Bargæi Cynegetica, siue de venatione. Ixeutica de aucupio. Epithalamium. Carminum libri 5.

Petri Apollonij Collatij Presbyteri Nouariensis Faforum maiorum libellus iam ante centum annos impressus.

Petrus Maylardus.

Petri Rigenfis Aurora continens vtrunque Testamentum, vetus, & nouum, vt ea ferebant tempora.

Platonis dialogi, præsertim Ion. agit enim de Poesi.

Poemata diuersa Aurelij Vrsi, M. Antonij Mureti, Flaminij, Hieronymi Badelij, Francisci Bencij, Zanchi, Vidæ, Sannazarij, & Io. Cargæ, sed in horum aliquibus quædam expungenda sunt, quæ honestatem non sapiunt.

Veterum Poetarum, obscenitate sublata, 2. volumina, quæ continent Catulli, Tibulli, Propertij, Horatij, Suerini, Boetij, Ouidij, Papinij, Statij, M. Valerij Martialis, Cl. Claudiani, D. Ausonij Galli, & variorum Poetarum selecta carmina.

Poetica, siue Poesis, à quibus tractata, vide post finem huius Elenchi.

Proba Falconiæ Cento ex Virgilio de nono, & vetere Testamento.

Prosperi Episcopi Rhagini carmen heroicum de Diuina providentia. Hymni. Ode sacræ. Poema de ingratis, alterum de varijs rebus, & Epigrammata.

Prosperi Martinengi Monachi Cassinatis, Theotocodia, siue Parthenodia, opus eximium in laudem Deparæ Virginis.

Eiusdem poemata tū Græca, tum Latina, quæ quidem magna ex parte sunt Diuina, & sacra.

At secunda editio Romana Latinos tantum versus continet vberiore volumine, quæ & ipsa prodijt Romæ.

Prudentij Poetæ Lyrici Ditrocheum, Exameron, Apotheosis, Psychomachia, Hamartinegia, De Diuinitate, De compunctione animi, De origine peccatorum, Hymni de Martyribus, Aduersus Symmachum, & Peristephanon Romanum, Cathemerinon, de quo supra in dictione Aurelius: vbi de ijs, qui in eum scripserunt, deq. emendatiore editione.

Q. Sereni liber, siue poema de medicina, castigatum, quod additum est Aurelio Cornelio Celsò, qui anno huius sæculi 27. prodijt ex Aldi Manutij officina à Io. Baptista Egnatio emendatus.

Antuerp. 1565. apud Io. Bellinum.

Roma apud Torne riu 1587.

A Rabani de temporibus, & de varijs rebus poema.

Rosioitæ Sanctimonialis in Saxonia Panegyricus in laudem Othonum Imp. Elegiæ in laudem Beatissimæ Virginis. Vita S. Dionysij.

Comediæ sex, vt ea tempora ferebant.

Sadoleti Curtius.

Sedulij mirabilium Diuinorum lib. 4. carmine heroico. Eiusdem Elegiæ, & hymnus de Christo ab Incarnatione vsque Ascensionem.

Senecæ (non illius Philosophi) tragœdiæ decem.

Septimij, Ruris opuscula.

Sidonij Apollinaris Hebræorum antiquitates vsque ad Saulem, libris 24. & alia, in quibus pietas plus quam carmen laudatur.

Silij Italici bellum Punicum secundum. sunt etiam Siluæ, & alias de quibus vide in dictione Veterum.

B Siluius Ambianus opus Græcum versibus conscripserat in Gallijs, quod Christianam institutionem ferè continebat: at nescio, an editum fuerit, illud sanè in manibus nostrorum fuit ante paucos annos.

Symposij Poetæ ænigmata cum Scholijs Iosephi Castellionis Anconitani.

Theatrum Christianarum precationum, ex veteri præsertim poematibus exceptum.

Theodorus de miraculis veteris Testamenti.

Theodulphi hymni ad Deum, & Sanctos.

Timothei Gazæi sub Anastasio Imp. contra quem scripsit Tragœdiam. Quattuor itè libri carmine hexametro de Anima. De quadrupedibus, auibus, & serpentibus, qui inueniuntur in India, Arabia, & Aegypto.

Tipherni deprecatoria ad Virginem elegia. Oratio ad eadem versu heroico. Oratio matutina ad Deum, versu item heroico.

T. Calphurnij Siculi Bucolica.

C. Valerij Flacci Argonautica libris 10. vide in dictione Orphei.

Venantij Fortunati quattuor libri de miraculis S. Martini. Poema de excidio Thuringorum. Odiporicum vitæ suæ ad Iulianum secundum. Hymni de Regno ad Sigibertum Galliarum Regem.

Victorini Rhetoris Machabæi, & hymni ad Sanctissimam Trinitatem.

Qui in Horatij Epistolam de arte Poetica scripserunt.

Eos vero, qui de Poetica scripserunt, supra recensuimus, vt hic penè alij adijciendi non sint, nisi Interpretes quidam Poeticæ Horatij, qui sunt, quorum certe nos notitiam sumus consecuti.

Parrhasius, Acro, Porphyrio, Glareanus, Iacobus Grifolus, qui conatur defendere locos omnes, quos Iason de Nores improbauerat.

M. Antonius Muretus suis adnotationibus, quæ additæ sunt Indici accuratissimo Thomæ Treteri in omnia Horatij Poemata.

Iasonis de Nores ex quotidianis Tryphonis Gabrielij sermonibus interpretatio in Poeticam Horatij.

Vincentius Madius.

Iulianus Aurelius Lefsignienfis, qui Paraphrasim scripsit in primam, & secundam Horatij Satyram.

Io. Amarito Nonetanus in aliquas Epistolas libri primi Horatij.

Italica

Italica Poemata.

At præter eos, qui poemata integra ediderunt Italicè, qualia fuere Torquati Tassi Italia liberata, quam audio ab eo fuisse emendatam; Giraldi Herculeides, Alamanni Anarchides, quam ita inscripsit ab Anarico Galliarum Ciuitate expugnata à Cæsare (de quibus quidem poematibus non est hic agendi locus) plures fuere hoc sæculo, qui pie, eleganter, & eruditè scripserunt alijs quoque linguis, præter Latinam, & Græcam. Quales fuere Ludouicus de Leon Augustinianus in fine trium librorum de nominibus CHRISTI, quibus Cantica quædam, siue Psalmos Hispanicè ad calcem vnus cuiusque libri adtexuit.

Inter Gallos Petrus Ronfardus excelluit, præsertim in ijs, quæ aduersus Caluimianos carmina Gallicè edidit; nã quæ de amatorijs scripsit, & oculis, & auribus Christianis sunt indignissima: quippe quæ nec Auctor ipse, si viueret, tractari hominum manibus vellet.

Scio autem Sallustium quendam Barthassij Dominum, nobilem illum quidem Gallicis versibus opus sex dierum primæ hebdomadæ, quæ Deus condidit Mundum, deinde item secundam hebdomadam edidisse. Verùm tamen quoniam alienus à fide Catholica fuit, ac potius hæreticos secutus est (licet Catholicos, ac viros religiosos interdum excipiebat humaniter, ac quicquid scribebat, id ex Theologis Catholicis fumere conabatur) legendus non est, nisi permisso S. R. Ecclesiæ, & aliquibus quidem deletis, in quibus labi deprehensus est.

Bibliotheca Gallica Domini de la croix du Maine.

Parisijs anno 1583.

A Sanè ad vtramque copiam verborum, & rerum consequendam, etiam in soluta oratione præcepta quædam tradidit dilucido, ac breui carmine Andreas Fruus à Societate nostra. Is autem liber sic incipit.

Cui sermonis adhuc curta est, & scabra suppellex

Si legat hæc damnum pellat vtrumque licet.

Tautologon, vel homocologon si turpe vocari;

Tedia, quæ varians gratia nulla leuet:

Si velut in salebra pudor est herere loquentem.

Ridiculum tremulis si reticere labris:

Si tibi grata modis oratio docta salutis,

Si placet Aonio carmen alacre sono:

Si bene Scriptores libet enarrare peritos;

Vertere si linguis scripta aliena nouis:

Postremo si posse velis ex tempore de re

Qualibet vt riuo inge fluente loqui.

Sermonem aut temere captu quadoque disertè

Persicere, indigna si cupis absque mora.

Hos tibi parta parit secundos. Copia satis,

Nec discenda minus, si breuis esse voles.

Et quæ sequuntur.

Ro. apud Ant. Bladum 1556.

Tautologia est repetitio eiusdem dicti Oportet similia omnino, neque variati.

MACARII MVTVI CAMERTIS libellus de recta poeseos ratione, qui ab hinc centum circiter annos scripsit, eiusq. triumphus Christi ascendens in celum carmine heroico descriptus. Cap. XXI.

MACARIVS MVTVIVS Eques Camers Lectori Felicitatem.



Iratus sum frequenter nec semel dolui non nullos quibus neque ingenium, neque bonarum artium studium & eruditio, neque dicendi facultas defuit ludicris narrationibus, & commentis turpibus, etiam plerunque fabulis inanem operam impendere voluisse: quum ad posteritatis commoditatem & nominis sui memoriam haud dubia cum laude multa scribere potuissent, quæ ad bonos mores excitarent, & ad virtutem capeffendam, comparandamq. gloriam hortarentur. Quo in genere vt Apuleium & Lucianum viros non contemnendæ doctrinæ atque facundiæ plannè accusare non ausim, ita asseuerare citra iustam reprehensionem posse videor huicmodi scriptores sibi & posteris commodius consulere potuisse, si tantum veram narrationem aggressi, historiam, aut si minus rerum gestarum materia dabatur, aliquid ad humanæ vitæ institutionem, & politicæ rei vtilitatem scribere maluissent: Neque ignoro, neque inficior huiusmodi scripta (si qui sunt qui scrutari velint, & interiorum sensum indagare) multa in recessu & altiora & vtiliora

Apuleius. Lucianus.





mirari oportet neminem siquid desideretur. Quid enim ab homine occupatissimo & qui studia litterarum iam pridem posthabuerit amplius expectant, qui omnia ad trutinam reuocant? dedi quod potui, gratiam habeant si velint; sin minus, æquo animo feram diffimulantium ingrati tudinem. si musæ meæ non offendent, satis habeo, placere multis minima curæ est, displicere non gratum. Quod si errorem existimabunt & culpam non potuisse ad vnguem omnia prestare: Dent veniam quæso & valeant: Non laudabunt, nihil inuiti conferant, nil postulo, nil extorqueo. laudabunt alij quos pij saltem animi, & religiosæ mentis studium delectabit. Vale.

**M A C A R I V S M V T I V S**  
Eques Camers Lectori Felicitatem.



Vum Legatus Ariminum petrem cepi in itinere leuandi la boris gratia mecum varia cogitare, quumq. ex alia re in aliam (vt fit) vaga mente transcurrerem, eo forte incidi, vt

Religio Christiana vberissima præbet Poetis scribendis materiam.

Occasio scribendi triumphum CHRISTI carmine.

Triumphus CHRISTI triplex. Primus.

perspicerem religionem Christianam vberissimam prestare materiam ad scribendum etiam poetis, sed animos magis pronos in libidinem quam ad diuinum cultum erectos à rebus sacris abhorretere: Nam (vt cetera fileam) quæ carminibus posse illustrari summa cum dignitate & elegantia commodissime videbantur, subiit me pulcherrima cogitatio admirandi poematis si ingenium & doctrina par materia contigisset: concepi etenim speciosissimum CHRISTI triumphum, in quo aditum ad inferos malorum demonum tumultum & fugam, sanctorum Patrum lætitiã, sacra colloquia ac reditum cum victoria narrarem, quæ spolia dux receperit, qui comites fuerint secuti, & qua superum pompa & alacritate ad patrem remearit. Tollebat animum ea cogitatio ac sublimem rapiebat, & dulcedine quadam nouitatis pertentabat. Cæpi itaque extempore ingenium experiri & carmen exorsus tri duum quo Ariminum perueni ex ephippijs cecini. Viderunt nonnulli qui nostra ætate non habentur indocti (quum in patriam meam, vnde eram profectus, redirem) nouum opusculum & laudarunt. Placuit mihi quoque (ne mentiar) & tamquam nouum fœtum adamani. mox refrigerato primo calore quale esset, apparuit. Altius igitur quiddam & vberius meditatus sum. Animaduerti namque non vnum modo, verum etiam tres me posse edere triumphos: & tribus libris suo quemque ordine explicare. Primus sic mihi digerebatur, vt spretas mortalium diuitias, ambitum, honores, plausum

A regna, & id genus, aliaque caducæ huius & inanis vitæ illecebras propulsatas, calcataq. vitia omnia & absolutam de his victoriam contineret, quæ mihi ita facile visa sunt pijs inuentis posse construi, & ornari vt ad varietatem quæ plurimum splendoris habet & ornamenti nihil deesse planè videretur. Secundus inferum iter, fracta erebi claustra attonitos demonas, sacras conciones, victi ducis catenas, optima victoris spolia, & mirificam tertiæ lucis gloriam, qua immortalis & omnipotens triumphator à morte redijt: figuris poeticis non inuicunda serie complectebatur. Tertius, triumphantem

CHRISTVM in cælum reducebat, hic mihi comitum catalogus superum pompa & cælestis aula cultus (vt humana mens capere poterat) plurimum lucis ac decoris sublimium rerum præstantia & numero pollicebatur. Hæc mihi proposui (si vita superesset) & vberioris materia fiducia, & iusti operis spe hætenus opusculum presci: verum tamen quum ætas ingrauescat, & homo bulla fit, præcipue senex (vt Varro ait) & in dies minus ocij minusq. virium & spei in reliquum vitæ; veritus ne (si diutius editionem differam) his paucis quos genui versibus interire, & quos concepi, non nasci contingat, hortantibus amicis triumphum (vt obiter ex equo cecineram) qualemcunque emit tere decreui, vt alij quibus plus ocij ingenij ac doctrine sit, admoniti eam materiam non esse à poetis alienam prouinciam sumerent, & fœtum quem ego concepi, ipsi eniterentur. Præluſi igitur his quos vtinam excitari & exhortari oratione mea possem ut sacris litteris ornata poetarum adiungerent. Quid enim prohibet? quid retrahit? quæ difficultas? (vt diuorum nomina taceam) cur reuerſus CHRISTVM non capit? cur non æque sonat hoc nomen vt ple- raque gentiliū? equidem videtur monvndeor, quid dulcius in se habeat vel magis consonum Anchises, Priamus, Aeneas vel litterarum natura, vel compositione. si elementorum sonum, & structuram perpēdimus. Quid habet dignius quæso Tyros & Erichthonius, Aegæus, & Cecrops, quam CHRISTVS? Quid Ajax vel Teucer elegantius delicatis auribus affert? alij iudicent. An hoc tolerabile est quod eleganter crista versibus inseritur. Maro?

Secundus,

Tertius.

Homo est bulla.

Ornamenta poetarum adiungenda sacris litteris.

Crista elegantior verſibus inseritur.

Tum galeam Mefapii habitè, cristisq. decorâ, induit, & alibi: *Arma q. Lauſo, donat habere humeris & vertice figere cristas.* Papirius. *Albaq. puniceas intersecat infula cristas.* Silius. *Quatit aura comantes casidis auricomæ cristas.* Ea similitudo nominū est, ea tum litterarum tum

tum syllabarum cognatio, vt ab eadem. A ferè origine vtrunque deduci videatur, si sonum quo mouentur sequi velint: re tamen diuerſa sunt admodum hæc, & longè distant. Quid quod idem Silius eodem penè nomine Christam Tudertem his versibus celebrat: *Flumineo Libycam turbabat in aggere pubem, Christa nomen erat: his termi iuncta ferebant, Arma senem circa nati.* & Paulo inferius. *Tandem cum toto cecidit grege nomen in Vmbro, clarum Christa diu populo.* Alterum tamen probant, alterum respuunt, cur hoc? an quia minus delectant sacra quam profana? Ego vero ita existimo, vt quacunque sede loceatur, versum cum dignitate impleat & terminet. excipient hæc quidam cum risu, certo scio, & contemnent; fastidit namque religiosa animus lasciuior, & quæ ad sacra pertinent, despicit: nugas probat, fabulas laudat, libidine delectatur: quam si tollas nihil relinquitur quod fastidium leuet: faceſant huiuscemodi ingenia, & (vt libet) suo furore agitentur: quandoquidem sine controuersia reor fore, vt omnes qui doctrinam aliquam cum probitate & religione coniunxerint, sententiam meam probent, quod si elegantissimum & sacratissimum nomen, & omni honore ac reuerentia procul omni dubio dignissimum à fonte fororum (vt aiunt) auersum existimant, cur non Deum vocant? cur non tonantem? cur non rerum opificem, patrem omnipotentem, & cæli terræq. regem appellant? malunt profecto, peruicacia quadam, mortali ac nequissimo hominum Ioui hæc indere cognomen ta, quàm ei cuius propria sunt & non alterius. Sed de nomine satis. At opera diuini opificij numero, varietate, & ornata admiratione quotidiana omnium ingenia ad scribendum inuitant, & ad supremi laudem auctoris & sacra celebranda mysteria exhortantur: rara tamen de his mentio est, quod poeticam facultatem excedere fortasse arbitrantur. Negare non ausim, eam esse diuinarum rerum vim, atque dignitatem, vt nullo stilo assequi possimus: non tamen ita remotam censeo, vt camænis inaccessibleibilem rear. Verumenimvero si maiora viribus iudicantur: relinquunt (si libet) quæ difficiliora sunt, nec de Trinitate, aut CHRISTI corpore verba faciant, nec eiusmodi velint scribere, & ea attingere, quæ altissima eruditissimorum ac sanctissimorum hominum ingenia fatigarunt, etsi ad hæc quoque gentilitas (si quis accuratius monumenta discutiat) sese erexit, ad quæ poetæ aditum habuere: nec dubium sit cuiquam gentiles imaginem & simulachrum coluisse Trinitati, quod ita esse facile ostendam, si vnum prius explicem, Maiores olim, qui aliquo ingenio & doctrina præstiterunt, deorum multitudinè nihil aliud existimasse, quam diuerſas

Christa celebratur à Silio.

Cur post minus celebret Christum cum vno.

Nomen Christi si omni honore dignissimum.

Opera Diuini opificij an poetis sic faciliorem excedant.

Gentiles coluerunt imaginem Trinitatis.

vnius & solius Dei potestates. Prætereo quæ Theodosius in saturnalibus ea de re copiose & eleganter disseruit, qui non modo deorum numerum, sed deorum quoque ad vnum diuinitatis nomen referri oportere apertissime demonstrat. Satis mihi fit vnum superi Iouis testimonium ex poetica disciplina & elegantia excerptum: ita enim in deorum concilio inducitur concionem exordiri. *Caliculae magni: & suprema huius sententiæ maiestate subiecit: Quos nostra potestas, Imperijs diuisa facit,* qua planè testatus est, deos omnes à se pendere & particulas esse potestatis suæ vnumq. esse omnium numè & solum (diffusum tamen ac late patens) diuerſa nomina sortiri. His itaque constitutis per se patet facilius esse tres ad vnum reduci quam multos: tres autè gentiles præcipue coluisse nulli obscurum est. Iouem, Neptunum, & Plutonem Saturni & Rheæ filios, quibus vulgatum est cælū, Maria, & inferna regna paruissè, & cum his omnia. Ioui fulmen trifidū: Neptuno tridentem: Plutoni tricripitem cerberum tribuere: in quibus ternarij numeri est ratio seruata. Tres namq. fratres, tria regna, tria attributa sunt. & hæc trifariam disposita: triplicem etenim cuspidem fulmini, tres dentes fuscine, tria Cerbero capita dederunt. Quo tendit huius numeri tam diligens obseruatio: nempe vt unus omnes & omnia idem habeantur & sint, quod ipſius diuinitatis communio (omnes namq. dii habiti sunt) & idem omnibus nomen probabile reddit. Iouem enim quem cælo regnare prætauerunt supremum optimum maximum vocauere: hinc trita ad antiquos oratores præfatio Iuppiter optime maxime, sic enim ordiebantur. Neptunum vero secundum Iouem appellari Papinius his uerbis ostendit, *dextramq. secundam (quod superest) complexa Iouis: Plutonem stygium Iouem dici satis constat.* Maro: *Sacra Ioui Stygio qua rite incepta parauit, Perficere est animus.* Iuppiter igitur cæli rex: Iuppiter maris arbiter: Iuppiter inferum rector est, omnibus ergo his locis unum regnare, & unum esse Iouem non aliud præfert, quam unum esse Deum, ac tres (quamuis distinctos) unū atque idem habere numen, & in unam coire potestatem. Vides iam trium unitatem, de qua loquebamur apud Gentiles, quoque ostendi. Non senserunt hæc quispiam dicet: immo exploratissimum est, non aliter doctos uiros esse arbitratos, quam numerum deorum ad unum referri & unum esse: non nouerunt Patrem & Filium nec Spiritus sancti meminerunt, fateor: sed tanta similitudo potest maiorum exemplo, qui hæc tetigerunt nostræ ætatis poetas ad scribendum excitare. De corpore uero CHRISTI, salutifero Christianorum uiatico, quæ dicuntur, & credimus admirationem habere supra modum: non tamen adeo aliena sunt, ut nihil prorsus simile apud maiores inueniatur, cur vltra fi-

Quid doctiores per multitudinè nom. Deorum intellexerint. A Ioue omnes dii pendebant.

Tres Deos Gentiles præcipue coluerunt.

Ternarius numerus dijs per omnia attributus.

Iuppiter unde optimus maximus dicitur. Neptunus & Pluto vocati Ioues.

Triū Deorum unitas apud Gentiles reperitur.

dd dem

Gentiles eodem iudicant quidam panem carnem fieri & A cineris hinc vinum sanguinem. Atqui Xerxes infusum...

Vina vertere sacros, Fusaque in obscenum se vertere...

Panem transire in carnem, apud Ethnicos notum & carmine celebratum...

Quid sit nectar, & quæ ambrosia Christianorum...

Quæ de Christo canenda...

In Christi conceptu, Diuinitatis opera fuit præcipua...

Conceptus Christi, & apud Gentiles similis...

Pallas ex cerebro Iouis edita...

Venus cur Apollodite dicta...

tris aut matris opera ex vrina genitum, quod & nomen refert...

Quam suppediet poëti Christi natali...

Pueritia Christi admirabilis...

Qui fingitur à poetis descendisse ad inferos, nihil inde retulerunt...

loquia: vxorem Eurydicen Orpheus non vendicauit: Hercules tricripitem cerberum eduxit ad superos...

CHRISTI iter ad inferos quæ fuerit gloriosum...

Nisi CHRISTVS de morte tritu phasset, omnes labores irriti fuissent...

MACARIVS MVTIVS Eques Camers de triumpho CHRISTI.

Infernos aditus, & fracti claustra profundi...

Antea ducis canimus, Christi pia musa triumphum...

Incipe, siderei dicam spectacula regni...

Descensus CHRISTI ad inferos. Inuasisq. Erebo clausos trepidante recessus...

Ille serenata per aperta silentia fronte Ingressus, pigram nubem, noctemq. fugabat...

Mortalesq. vices subij, nam frigora & estus (Vt natura dabat) coniuncto numine sensi...

Vita auctor, digitis etiam explorare licebit Ingentem lateris plagam, manibusq. reflexos...

Libera, damnatis calcata superbia cristis Submissa cernice gemat, rebusq. secundis...

Ducite felices anima, super alta reducam Sidera, stelliferosq. axes, ubi regna beatos...

Concio CHRISTI ad Patres in Lybno manentes.

Septem vitia capitalla.

Gaudium Patrum in Lybno.



Responsio  
Patrum ad  
CHRISTVM.

Veniisti o superum celsa regnator ab arce  
In tenebras, nostrumq. chaos visurus adisti  
Squalentes sine luce domos, & nigra pro-  
fundi.

Regna soli, meritis Erebi sub carcere tandem  
Expectatus ades, nec spes frustratur, ouantis  
Ora ducis spectare licet, tu victor Auerni  
Humaniq. salus generis, tu nostra relaxas  
Vincula, & obscura damnatas nocte latebras.  
Te duce Tanareis fugimus loca tetra cavernis  
Horrenda, & umbras, abstrusaq. linguimus  
antra.

O pietas, vnde hoc potuit mortale mereri  
Aut sperare genus? regem descendere ab astris,  
Induat vi serui formam, penaq. nocentum  
Ipse luat, vitamq. reis ut sponte rependat  
Morte sua, quid enim solio traxisset ab alto?  
Immortalis eras, sed mortis damna subire  
Dulcis amor, flexit pietas, clementia culpam  
Dulcis, ut superas tecum redeamus in oras.  
Duc age (te sequimur, tibi fas, te gloria solum  
Tanta manet) iustum superata morte trium-  
phum.

CHRISTVS  
educit Pa-  
tres è Lym-  
bo.

Talibus intentis croceo Tithonia peplo  
Aurea surgebat, rosei lux tertia mundi  
Lutea puniceis sparsit confinia flammis  
Extemplo sublimis abit, circaq. frequentes  
Obsessam tenebris sedem, noctemq. relinquunt  
Insignes anime, proceres, vulgusq. beatum  
Et notas repetunt auras, terraq. reuisunt.  
Hic postquam manifesta fides dubitantia soluit  
Corda metu, charaq. simul genitricis amo-  
rem

Impleuit, monuitq. suos, mundoq. resurgens  
Certa triumphato patefecit numina leto,  
Ad Patrem, superumq. choros remeavit in  
astra.

Gratior haud vnquam celo, nec latior alto  
Villa dies orta est, tanta nec luce sereni  
Arriusere poli, nitido nec purior orbe  
Flammiferos Titan radiantique gurgite currus  
Exiulit, & claro spectauit ab aethere terras.  
Quo rapit inualidas praeceps audacia vires.  
Quo summi secreta Dei spectacula cantu  
Ordiant? & diuum caelestes ordine pompas  
Exequar? aut tantos capiam quae mente paratus?  
Tu quaeunque voles alii monumenta triumpho  
Qui nigris remeans duxisti victor ab umbris  
Pande mihi, quantum ipse dabis mihi dicere  
fas est.

Ascensio  
CHRISTI.

Scandebat niuea suspensus nube serenum  
Aera libratris caeli per inania plantis  
Christus, & aetherij repetens fastigia regni.

Sidereum relegebat iter, dextraq. salutis  
A Signa ferens, sanctas ducebat in ardua turmas  
Expectante polo, fulgebant vertice sacro  
Regis adorati vultus, vnde omnia circum  
Splendebant radijs, oculos quocumque ferebat  
Spectatus grata ridebat lampade mundus.  
Pone sequebantur comites examine longo  
Sublimes anima, primo commissa parenti.  
Prima phalanx, priscumq. genus, cui clara pro-  
pago

Catalogue  
Patrum ex  
lymbo edu-  
ctorum.  
Adam.

Hercebat, pastor primus qui munera grato  
B Sacra Deo, primos latens à matribus agnos  
Obiulit, & primus crudelia vulnera sensit,  
Germaniq. manus violentiaq. funera cadis  
Inuidia suadente nefas. prope frater ademit  
Qui luctum, mortisq. tulit solatia mesto  
Patre satius, prolesq. eno documenta sequenti  
Que scripsit geminis calum scrutata coluinis.  
Et gens prisca simul, septē qua in sacula vixit  
Casta Dei soboles superis intenta, nec vllas  
Illa hominum cupijt natus, auramve secuta est.  
Hinc qui diluuiio terris undante capaci

Abel.

Seth.

Filij Seth.

C Puppe nouos circum fluctus despectit & equor  
Insolitum, viduo seruans animalia mundo.

Noc.

Et pater & fructa sedit qui filius ara  
Maetandus gladiū spectans, dextraq. parentis  
Iussa parat dum sacra senex. patriaq. nefando  
Crimine damnata, diuinaq. sulfura & ignes  
Ardentesq. videre domos, pollutaq. tecta  
Qui spreuit, retro flexit quae lumina coniunx  
In statuam mutata salis, tum victus amore

Abraam.

Isaac.

Loth.

Inuictio iuuenis bis septem qui tulit annos  
D Seruitium, primas flamas, pactosq. hymenaeos  
Suffirans, iuxta natus cui lata iacenti  
Visa iubar placido summittere sidera somno,  
Fraternosq. suo stratos sub mergite culmos  
Vidit adorantes magnarum symbola rerum.  
Et fratru fecunda cohors, numerosaq. pubes,  
Et clarus patrum sanguis, cui fusa per orbem  
Immensum latens resonat patientia terris.  
Iob.  
Lecta manus patrum, quos inter maximus alti  
Precipuo splendore micans dux agminis ibat.  
Moyfes.  
Accepit rutilo fumantis vertice montis  
Aeterni qui iussa Dei, magnusq. sacerdos.

Iacob.

Ioseph.

Iob.

Moyfes.

E Inscriptas humero gemmas, tunicamq. hia-  
cyntho  
Intextam roseo, quam circum mala rubebant  
Punica, qui primus radiantibus induit oris  
Conspicuo fulgens ostro, byssoq. decorus  
Dum litat, & flauo limbus circumsonat auro.  
Eleazar.  
Monstratiq. haeres sacri, cultusq. paterni,  
Iofuc.  
Et volucres Phœbi potuit qui sistere currus,  
Produxitq. diem victor, quiq. ora gigantis

Aaron.

Eleazar.

Iofuc.

Dau id. Accinctus funda fregit, cytharaq. canoros  
Arguta cecinit modulato carmine psalmos.  
Et qui diuisas sacro pede iransijt undas

Helifcus. Fluminis, hostitio grauis dum praemia natum  
Dat sterili, & funtū vita dum suscitatur orbe.  
Quēq. vtero exceptū cetus vectare per undas

Ionas. Aequeas valuit, tutumq. exponere terras.  
Atque oculis captus tenebris quē sparsit hirudo  
Tobias. Nec prius aspexit lustrari lampade calum  
Oblita quam natus seruato lumina piscis  
Felle ducis monitu absterfit, tū flebile threnos

Hierem. Qui scripsit querulos numeris, quiq. ora leo-  
num  
Daniel. Sava lacu medio securus multit & vngues,  
Abacuc. Et qui mulcenti portauit prandia raptus  
Vertice per vacuū, simul & fornace profunda

Tres puer. Impia qui tumidi risere incendia regis.  
Efdras. Quiq. memor leges Chaldaeis ignibus vstas  
Reddidit, & septem fortissima pectora fratres

Macabai. Qui lingua & manibus scelerato vulnere caesis  
Subiectus passus flammis sartagine clausi.  
Mille alij clari gestis, aciesq. subibant  
Quēq. suū comitata ducē, mille agmina passim  
Cernere erat variisque globos, quos alius ho-  
nore

Pater Vir- ginis. Praestabat, regum natam qui sanguine prisco  
Reginam calo genuit, matremq. tonanti,  
Io. Bapt. Et modo Iordanis dominū qui lauerat undis  
Lauo. Quicrue meritū passus dextraq. pependit,  
Tantum extrema fides, summiq. modestia voti  
Praestitit, aertis surgebat in aethera Diuis,  
Ordine quisque suo, quos ingens turba volucru  
Infantium dulces anime nunc ore decoro  
Et risu ambibant, nunc oblectamine vocum  
Certantes blandis implebant cantibus aures.  
Hi sunt quos veneris non attingit vlla voluptas,  
Nec macula infecit teneros, nā vulnere acerbo  
Insontes primo liquerunt limine vitam.  
Tunc hilaris calum scandens manus astra su-  
bibat

Innocen- tes. Candida supremi decus & pars magna trium-  
phi.  
Nec pia femineo cessabat gloria sexu,  
Prima parens alias acies, ac signa regebat  
Atque alios amissa choros in regna vocabat  
Morte recepta ducis, matrum spectabilis ordo  
Hanc nata, castaq. nurus neptesq. secuta,  
Quēq. diu sterilis fecundam sponte mariti  
Connubio famulam iunxit, sobolemq. benigno  
Illius amplexu fuit, sua gaudia partus  
Attulit, & nato arrisit despecta senectus.

Eua. Et quae sopiti lectum subiere parentis  
Et fratres peperere sibi, ne stirpe carerent.

Sara. Et quae sopiti lectum subiere parentis  
Et fratres peperere sibi, ne stirpe carerent.

Bilia Lot. Et quae sopiti lectum subiere parentis  
Et fratres peperere sibi, ne stirpe carerent.

Et quae sopiti lectum subiere parentis  
Et fratres peperere sibi, ne stirpe carerent.

Et quae sopiti lectum subiere parentis  
Et fratres peperere sibi, ne stirpe carerent.

Et quae sopiti lectum subiere parentis  
Et fratres peperere sibi, ne stirpe carerent.

A Hic amor in venerē duxit non feda voluptas  
Humanum reparare genus solumq. putantes  
Orbe patrem toto mundi superesse fauillis.  
Tum mater gemini sensit quae praelia fetus  
Dū properat, nasciq. prior dū pugnat uterque,  
Hic manibus retrahitque pedes, hic calce re-  
pellit.

Rebecca.

Et quae coniugium furtim thalamosq. sororis  
Præripuit, septemq. alios deduxit in annos.  
Viraque chara Deo, communis ferre mariti  
Alternas contenta vices tantum amula partus.

Lia:

Rachel.

Quēq. sub umbroso respondit tegmine palma  
Et solymos octo rexerit iustissima lustris  
Consilio, & longam peperit post bella quietem.  
Et quae iudicium saluo intemerata pudore  
Periulit, & falso conuicit crimine testes.

Delbora.

Assyrijs & quae voluit se credere castris  
Aeternum meditata decus, castiq. cruore  
Aspersit viduas animoso vulnere palmas  
Hostis, & obesse victrix caput inuulit vrbi.

Sufanna.

Iudith.

Huic regina comes patruū formosa gementem  
Et populum tutata suum, sine nomine circum  
Turba frequens leta, diuas complexa corona.  
At geminae claras inter duo lumina matres  
Tendebant gressus liquida regione volucres  
Altera quae dominam cali terraq. potentem  
Aediderat, felix sero tamen altera fetu  
Qui regis praecursor iter monstrauit, & illo  
Femineo maior partu non attingit auras.

Hester.

Innumeratq. aliae castis quae millibus ibant  
Admixta, & vario concordēs ore canebant,  
Quis turbam variisq. duces, populiq. beati  
Signa canat? densaq. acies? quisve inclyta  
dicet

Anna mar-  
ter Virg.  
Elisabeth.

Nomina siderei scandentis summa triumpho?  
Scindebant puras auras, puroq. volabant  
Orbe viri, matresq. simul castaq. puella  
Annosq. senes, pueriq. & leta inuentus  
Pracipue vates experti vera fidemq.  
Dictorum pulchro subeuntes agmine pompa  
Sacra manus dilecta Deo, quae numine vero  
Afflata, & sancti stimulis agitata caloris  
Euentus rerum, caliq. arcana reclusit.

Propheata.

Vna omnes dulci mulcentes sidera cantu  
Aetherias arces, promissaq. regna petebant.  
Interea lato diuorum ianua celo  
Ardua laxabat supremi tecta parentis  
Calicolumq. domos placidas, clarosq. penates.  
Aurea perpetuis superum laquearia flammis  
Ardebant, sacriq. tholi sedesq. tonantis  
Stellataeq. fores accensa per atria lucem  
Spargebant nitidis ignem miscentibus astris.  
Regia sublimi pompa luxq. beato

Triumphus  
CHRISTI,  
quo fuit ab  
Angelis ex-  
ceptus.

Obuia prodibat, calig. exercitus omnis.  
 Summa potestates ducebant agmina, & alta  
 Virtutes, celsiq. throni, tum classica sancto  
 Ore procul clangore pio pia signa caneant,  
 Victoris vexilla Dei, lecta q. cohortes  
 In superum cætu longo restantia cantu.  
 At circum propiore sono recinente citatis  
 Ad citharam leuibus digitis, plectroq. volanti  
 Innumera certante lyra discrimina mille,  
 Mille fides ictis vario modulamine chordis,  
 Et totidem surgens ad sacras barbitus odas  
 Aedebat, duplicesq. manus agitanti naua,  
 Cymbalaq. et pulsus resonabat bracthea palmis,  
 Tinnitus tremula crispans ad carmina dextra.  
 Nec minus obliquas iungebat consona voces  
 Plurima compactis respondens tibia cannis,  
 Et sinistra, & grato crepitanza tympana bombo,  
 Sambuca, & molles numeri, quos tæperat vnda  
 Hydraulis, cælestis melos referente monaulo:  
 Diuinos iunxere modos, rhythmosq. sonantes  
 Acta Dei, tales modulans symphonia cantus  
 Lata triumphantes reuocabat in æthera Diuos.  
 Vi valuas teigere poli, exultantia claustra  
 Intransem sensere ducem, micuere benignis  
 Ignibus, & dulci tonitrus crepuere sereno.  
 Accepit lux alma pios, founiq. beati  
 Aura loci, incedunt pariter, speciemq. tuentur  
 Aeterni, summiq. boni, domus alta nitebat  
 Diuino fulgore, acies dum templa subirent  
 Celsa poli, mediaq. vias super astra tenerent.  
 Ventum erat ad cali solium, mundi q. tribunal  
 Quo summa aeterni fulgebant ora parentis.  
 Tum vero audita voces, & carmina sacris  
 Dicta choris, laudes & fortia gesta triumphi  
 Tollebat gauisa manus, grateq. caneant  
 Ante pedes affusa ducis, vultuq. sereno  
 Intentos oculos, mentesq. aeterna voluptas  
 Pascebat, geminata pio tum gaudia plausu  
 Latitiaq. suis explebant pectora votis.  
 Ipse triumphator magno cum paire sedebat  
 Sublimis, dextram sedem, sceptrumq. tenebat  
 Maiestate pari, vnde aqua ditione gubernat  
 Omnia, sola, eademq. tribus sociata potestas.  
 Qua facies, quæve ora Dei, quis cultus o-  
 lympo,  
 Quorve pater natum vultu, amplexuq. recepit  
 Dicere mortali vetitum, nec scire volent  
 Plura datur, superantiq. meas cælestia vires.  
 Sed cum summa dies aderet, cū nostra redibit  
 Corpora post obitus, ubi flamma vindice  
 mundus  
 Arserit, æthereos vultus, habitusq. licebit  
 Cernere, quum densa iudex in valle sedebit

Quomodo  
 à Parte fue-  
 rit excep-  
 tus in ca-  
 lo.

A Aeternus iusta decernens vltima lance.  
 O, vltimam dextra liceat sedisse tonantis  
 Electos inter cuneos, adeseq. beatas  
 Scandere, & extremo saltem remeare triumpho.

PICTURA SIMILIS POESI.

Eius finis. Præsidia vnde.

Caput XXIII.



Væ Poeticæ, eadem Picturæ  
 conueniunt monita & leges;  
 at huic tanto magis, quanto  
 verius est, quod dixit Horat.

Segnius irritant animos de-  
 missa per aurem,

Quam qua sunt oculis subiecta fidelibus,  
 & qua

Ipse sibi tradet spectator.

Porro imitatrix poetica, imitatrix & pictu-  
 ra: & vt calamus penicilli, sic penicillus cala-  
 lami æmulus, vt vtrique inuicem sibi suorum  
 laborum commodent vsum.

Vt pictura (inquit idem Horatius) poesis  
 erit, qua se propius stes,

Te capiet magis, & quadam si longius abstes.

Duos certè Homeri versus Euphranori ad  
 pingendum Iouem, Phidiaz ad sculpendum  
 præbuisse archetypon constat.

Finis item vtrique idem, qui duplex, Vti-  
 litas, & Iucunditas.

Scientiæ autem, ac propemodum omnium  
 notitia rerum vtrique necessaria: vt quem-  
 admodum quadruplicem ex Platone Poësim  
 fecimus, Diuinam, Naturalem, Moralem,  
 Fabulosam; sic de Pictura dicendum sit, am-  
 plissimo enim ambitu vnaquæque earum sese  
 diffundit, vt etiam, quæ nunquam fuerint, at-  
 tentent, ac illa carmine, hæc coloribus, vel  
 sculptura, ceterisq. eiufmodi exprimere au-  
 deat.

Proinde & bonos Poetas, & bonos Pictu-  
 res miracula quadam esse Naturæ, quæ po-  
 tius nascantur, quam fiant, eisdemq. eodem  
 à Græcis nomine vocatos dicit. *Γραφειν* enim  
 ad quem Graphidis pertinet facultas, & de-  
 scriptionem & delineationem, siue linearum  
 inductionem designat: vt Græci eandem vo-  
 luerint esse vocem Pictoribus, quæ cum om-  
 nis generis scriptoribus communis fuit.

E Ab Arithmetica tamen, ac Geometria,  
 quin & ab Optica magnas accipit Pictura cõ-  
 moditates, à Geometria regulam, circinum,  
 lineas, proportionem, ac si qua huiusmodi sunt  
 alia, quibus symmetriam statuat. Nam &  
 Parrhasius antiquus Pictor Ephesi natus ma-  
 gnam consecutus est laudem quod primus  
 Symmetriam picturæ dederit, primus argu-  
 tias vultus, elegantiam capilli, venustatem  
 oris, confessione artificum (vt inquit Plinius)  
 in lineis extremis palmæ adeptus. Hæc enim  
 in pi-

Poeticæ &  
 Picturæ ee-  
 dem leges.

Picturæ  
 finis.

Pictura  
 quadru-  
 plex.

Boni Poe-  
 tæ & Pictu-  
 res, quædã  
 miracula  
 nature sũt.

Pictura  
 magnas à  
 Geometria  
 accipit vti-  
 litates.

Parrhasius  
 pictor Sym-  
 metriã pi-  
 cturæ dæ-  
 dit.

Quid in  
 pictura dit-  
 scillimū.  
 in pictura summa subtilitas. corpora enim  
 pingere, & media rerum, est quidem magni  
 operis, sed in quo multi gloriam tulerint: ex-  
 trema corporum facere, & desinentis pictu-  
 ræ modum includere, rarum in successu artis  
 inuenitur. Ambire enim debet se extremas  
 ipsa, & sic definire, vt promittat alia post se,  
 ostendatq. etiam, quæ occultat.

At & Eupompus, quoniam omnibus litte-  
 ris fuerat eruditus (præcipuè Arithmeticæ &  
 Geometriæ) summus in hac arte euasit, ac si-  
 ne ijs eam perfici non posse ostendit; is autem  
 fuit qui Picturam antea bipartitam in duo ge-  
 nera Helladicum & Asiaticum, diuisit in tria,  
 Ionicum, Sicyonum, Atticum.

Sanè verò cum Pictura vtatur optica ra-  
 tiocinatione, manu, atque coloribus, ab opti-  
 ca rationes sumit, quibus consideret, quomo-  
 do quæ longius absunt, minora appareat, quæ  
 supra caput picti, quæ infra, minora: quæ su-  
 pra, distantia; sublata in altum, quæ infra oculo-  
 rum & quadrata; quomodo aciem oculorum  
 fallant; vmbra verò, recessus, lucem, radios  
 perpendit.

Quoniam verò Pictura vtitur manu, factū  
 est, vt qui celebres in hac arte fuerunt, neces-  
 sitatem graphidis considerantes, quam opti-  
 me, & quidem pueros tantum ingenuos, dia-  
 graphicen in buxo edocerent; perpetuo enim  
 interdicto fuerat cautum, ne tantam artem,  
 feruitia docerentur.

Ex omni autem philosophia, sed præcipuè  
 ex morali, præsidium Pictori accersendū est,  
 cum animum pingere, ac sensus omnes expri-  
 mere, & perturbationes, atque alias animi  
 affectiones summam Picturæ conciliet laudē.  
 Nam hunc varium, iracundum, iustum, incon-  
 stantem, eundem execrabilem, clementem,  
 dulcem, misericordem, excelsum, gloriosum,  
 humilem, ferocem, fugacem non nisi ingenij  
 est, quiq. id consequi possit, de quo ait Horat.  
 Omne tulit punctum, qui miscuit vsile dulci.

Ex Anatome quoque, atque è libris Ga-  
 leni, quibus agit de vfu partium corporis, mi-  
 ras utilitatē Pictura capit: sed in primis ex  
 historia, cum & in Pictura Apelles vir tantus  
 verum esse, non verissimilē velle.

Rationem denique colores inducendi qui  
 per necessariam esse dicunt, ij optimè consu-  
 lunt. Qua in re, vt in ceteris cum non defue-  
 rint qui præcepta tradiderunt; eorum quidem  
 aliquot indicabimus, vt ad id quod præcipuū  
 in Pictura est, quodque vix aliqui attigerunt,  
 Deo adspirante, veniamus.

Quinam pingendi præcepta tradiderint An-  
 tiqui & Recentes. Caput XXV.

Plato in  
 Phædro. &  
 lib. 10. de  
 repub.  
 Arist. li. 2.  
 de gener.  
 6.3.  
 Lato & Aristoteles cum natura  
 opificia cum Pictura ferrent,  
 hanc quid imitari debeat, satis  
 edocuere; omnia (inquit Aristo-  
 teles) delineamentis primum describuntur,

A deinde colores recipiunt, & molliem, & du-  
 ritiam, quasi pictoris officio natura cum con-  
 dit & creat.

Vitruuius commendat Graphidem Archi-  
 tecto necessariam: dum de venustate operum,  
 & ædificiorum, atque alibi de proportioni-  
 bus agit.

Plinius toto penè libro 35. hoc ipsum alia  
 ratione est percutus, nam cum Picturam  
 primum inuētam tradidisset hominis vmbra  
 circumducta; deinde ostendisset vmbra  
 fuisse coloribus inductam, ac postmodum li-  
 nearum sine coloribus, addidit, omnes qui  
 volunt eminentias videri, candidatiam faciūt,  
 coloreq. condiunt nigro, magna profus in  
 equo extantia ostendentes, & in contracto so-  
 lida omnia. Demum egit qui honos, & nobi-  
 litas, artisq. consummatio, atque absolutio  
 ad eandem Picturam accessit: ac copiosè re-  
 censuit quinam insignes tum Romæ, tum in  
 Græcia fuissent artifices, quin & eorū etiam  
 tabulas, quibusve in locis positæ, ac quanti  
 vñissent, exposuit. Interea verò monita,  
 leges, & inuenta Picturæ adtexuit. Quales  
 illæ. Artes desidia perditas fuisse. Colori-  
 bus, ac antea monochromato vfos fuisse vete-  
 res. Inuestitæ Pictura porticus. Cleonem ve-  
 ro inuenisse catagrapha, hoc est obliquas  
 imagines, & variarum formarum vultus re-  
 spicientes, suspicientes, despicientes: eun-  
 dem membra distinxisse, veras protulisse, &  
 in veste rugas, & sinus adhibuisse. Poligno-  
 tum Thasium mulieris lucidam vestem pin-  
 xisse, capita mitris vericoloribus operuisse,  
 plurimum Picturæ contulisse: siquidem insti-  
 tuit os adaperire, dentes ostendere, vultum  
 ab antiquo variare, Apollodorum Athe-  
 niensem post illum species exprimere insti-  
 tuisse, primumq. gloriam penicillo iure con-  
 tulisse, neque ante eum tabulam vilius osten-  
 di quæ teneat oculos: ab hoc artis fores aper-  
 tas Zeuxim Heracleotem intrasse, virum di-  
 ligentia maxima. Extitisse verò multa gra-  
 phidis Parasij uestigia in tabulis, ac membra-  
 nis, ex quibus proficere dicebantur artifices.  
 Notat item Plinius sæcundum quandam ar-  
 tificem, sed quo nemo insolentius, & arrogan-  
 tius sit usus gloria artis; ea occasione mones,  
 quantopere artificē quemq. eximium deceat  
 modestia: prudentiam autem eius narrat qui  
 patris vultum uelauerit, quem dignū non po-  
 terat ostendere. In arte Apellis præcipuè ue-  
 nustatem, inquit, fuisse, qui propterea dice-  
 ret alijs pictoribus Venerem illam deesse,  
 quam in se agnoscerent: cessisse tamen Am-  
 phioni de dispositione: Asclepiodoro de  
 mensuris, hoc est quanto quid à quo distare  
 uidebatur, petere officium. Absoluta ope-  
 ra ita solitum fuisse tenui atramento illi-  
 nere, ut id ipsum repercutsum claritates o-  
 culorum excitaret, custodiret autem à pu-  
 uere, & fordibus, ad manum demum in-  
 tuenti appareret: ratione uidelicet ma-

Vitruuius  
 lib. 7. &  
 lib. 3. c. 1.  
 Plin. li. 35.  
 Pictura  
 quomodo  
 inuenta.

Cap. 2.

Cap. 5. 6.  
 & 7.

Obliquarum  
 imaginum  
 inuentio.

Cap. 8.

Cap. 11.

Olymp. 90.

Poligno-  
 tus pictor  
 quoniam pi-  
 cturæ con-  
 tulerit.

Olymp. 93.

Olymp. 94.  
 anno 4.

Modestia  
 Pictorem  
 deceat.

Apelles in  
 quo excel-  
 luerit.



gna ne colorum varietas oculorum offendet aciem, veluti per lapidem specularem intuentibus è longinquo: & ea res nimis floridis coloribus austeritatem oculis daret. Quin & memorat Plinius picturæ consueuisse quater colorem inducere subfudio iniuriæ, & vetustatis, vt decedente superiore, inferior succederet, & ars ipsa (inquit) minui non posset, & videretur iunior, ac longius à veritate discedere: itaque innatum arti fuisse quod intelligeretur. Porro nec alium fuisse ea in arte velociorem, & eius tabulas nullis postferendas: quin & eius breuitatem discipulum illius secutum, breuiore etiam quasdam vias, & compendiaras inuenisse, cui nempe cothurnus esset, & grauitas artis. Ceterum quod paruis gloriaretur tabellis Turpilius Eques Romanus Pictor, eam rem Plinius fuisse ait in risu, & contumelia. Sanè verò vel eiusdem initio libri indolet picturam in totum marmoribus fuisse pulsam; iam quidem & auro, non modo vt parietes tot operirentur, verum & interraso marmore vermiculatis ad effigies rerum & animalium crustis lapides pingentur: palæstras athletarum imaginibus & ceromata exornarent: Vultus Epicuri per cubicula gestarent, ac circumferrent secum: natali eius vigesima Luna sacrificantes, feriasq. omni mense custodientes, quas icadas vocabant. At quoniam præstantium imagines virorum pingi desierant, scribit fuisse apud maiores in atrijs imagines, quæ spectarentur; quæ quidem erat (inquit) stimulatatio ingens exprobrantibus tectis quotidie imbellem intrare in alienum triumphum. Et nostræ (ait) atatis insaniam non omitam: Nero princeps iusserat colosseum se pingi, centum viginti pedum in linteo, incognitum ad hoc tempus. Ea pictura cū peracta esset, in Lamianis hortis accessit fulmine cum optima hortorum parte conflagrauit. Hæc penè ex Plinio. Cum quas Veneris, Atalantæ, Deorum falsorum imagines vbique ab eximijs illis artificibus pictas, & in eorum delubris, & ædibus locatas, summis antea precijs emptas dicat, non senserit tamen hanc labem, nec Satanæ intelligeret dolum, ista tum instillantem: & vero Mundus quam maximè demersus in omni errorum, atque perfidiæ ceno iaceret.

Cum autem Plinius de coloribus natiuis, atque factitijs aliqua tradidisset, Platicen aggressus de ea egit, vt solet.

Extant verò Philostrati Lemnij Sophistæ Græci, qui ante mille quadringentos annos vixit, Imagines, siue εικόνες Græcæ, Latinae, Gallicæ, quas & Italicas fecit Ioannes Andreotius Lucensis, sed nondum emisit in lucem. Latinas olim fecit Stephanus Ninger, quæ & Mediolani editæ sunt anno huius sæculi 1521. apud Ioannem Castellum. Gallicas reddidit Blasius Vigenerus, quibus

Plin. lib. 3. c. 1.

Parietes auro operiebantur. Interras marmo re lapides pingebantur. Vultus Epicuri circumferre batur.

Cap. 6. Infania Neronis.

PHILOSTRATVS LEMNIVS de imaginib.

vberes addidit notationes. eruditione quidè varia resperfas, sed quibus Paracelsum laudet plus æquo, quiq. vbi agit de imagine Infularum, multa ex Paracello, ex Platonicis, ex Fabulosis alijs collegerit, quæ non ita ad pietatem recta ferant. Ceterum in primis spectat in id, quod est in pictura præcipuum, nimirum inuentionem, ordinem, ac dispositionem, quam Græci vocant οικονομiam, ex qua artis scientia, gratia, & absolutio pendet. Blasius autem Vigenerus hæc eadè sibi sic proposuit, vt quicquid reminisceretur earum rerum, quæ ad artem picturæ pertinent, attingeret: antiquam vero exponeret mythologiã, atque eadè opera complures voces, & locutiones cumlaret.

Sed cum (vt ad nos veniam) superioribus temporibus pingendi ars valde exoleuisset, reuixit hoc sæculo, quemadmodum fecere bonarum studia litterarum. Itaque de proportionibus Albertus Durerus Pictor celebris Germanus, & Pomponius Gauricus libro de Sculptura, & alij non pauci egerunt; è quibus pingendi præcepta quedam collegit Petrus Gregorius, atque his quadam de colorum vlu, mox alia de sculptoribus, de itaturijs fabris auri, eris, & reliquorum metallorū adiunxit: id vtilitatis afferens vbi de coloribus agit, vt colores, qui Latine exprimuntur, Gallicè item exponat.

Veruntamen quoniam, præstat vt hæc tractatio de coloribus altius intelligatur, laudauerim, vt qui valèt ingenio, legerent integrã exercitationem cccxxv, quam aduersus Cardanum Iulius Cæsar Scaliger scripsit. Agit enim accuratissime ac magno iudicio de essentia coloris. An lux sit forma colorum. An colores sint proprii elementorum. Quid sit color, quæve eius principia. Quænam diuisio colorum per summa genera. De quattuor primis coloribus. De colorum diuisione in species. Quænam colorum nomina, & vnde. Præter hos, venerunt ad meas manus duo qui de vniuersa pingendi ratione paucos ante annos lingua Italica libros edidere; alter, qui Figinus inscribitur ab Gregorio Commarino Canonico Regulari Lateranensi editus, quo de picturæ fine agitur, sitne hic id quod dicimus, vtile an delectabile: Deinde de eius vfu apud Christianos: quifve perfectior sit imitator, pictor ne an Poeta. Alter, est Ioannes Baptista Armeninus Faentinus, de veris Picturæ præceptis, quibus agit de ratione pingendi loca, & exprimendi personas. Prefatione autem reprehendit Artifices qui discipulos calant artis præcepta: Vnus colorum necessitatem ostendit; docet autem sine præceptis longiorem esse, ac interdum desperatam artem Picturæ. Ceterum primo libro differit de sex Pictoribus eximijs huius sæculi, Raphaelè Urbinate, Michaelè Angelo Bonarota, Titiano Antonio Corrigitenti, Sebastiano Veneto, Iulio Romano, Andrea Sartorio.

Albertus Durerus. Pomponius Gauricus. Lib. 12. art. 12. mirabilis c. 5. 6. Petrus Gregorius de Itaturijs, & alijs vtiliter egit.

Iulij Cæsaris Scaligeri Tractatio de coloribus.

Mantua 1591. apud Præcisum Osannam. Editus Roma anno 1587. apud Præcisum Theobaldinum. Quid Ioannes Baptista Armeninus singularis suis de pictura libris tractet. Pictores celebres huius sæculi.

torio. De dignitate & ampliacione Picturæ. De Graphidis necessitate. De Picturæ origine, & partium eius distinctione. De Institutione eorum qui picturæ se dedunt. Vbi deinde vsque ad primi libri finem de modo, quem Itali vocant Maniera, de inuentione, atque iterum de graphide agit.

Cap. 7. 8. 9. libri primi.

Secundo libro.

Fortè recessus.

Tertio libro.

Picturæ singulorum locorum.

Cantio in Blasio Vigenero, qui imagines Philostrati Lemnij Gallicè vertit. Quid in Pictura præcipuum.

Albertus Durerus. Pomponius Gauricus. Lib. 12. art. 12. mirabilis c. 5. 6. Petrus Gregorius de Itaturijs, & alijs vtiliter egit.

Iulij Cæsaris Scaligeri Tractatio de coloribus.

Mantua 1591. apud Præcisum Osannam. Editus Roma anno 1587. apud Præcisum Theobaldinum. Quid Ioannes Baptista Armeninus singularis suis de pictura libris tractet. Pictores celebres huius sæculi.

torio. De dignitate & ampliacione Picturæ. De Graphidis necessitate. De Picturæ origine, & partium eius distinctione. De Institutione eorum qui picturæ se dedunt. Vbi deinde vsque ad primi libri finem de modo, quem Itali vocant Maniera, de inuentione, atque iterum de graphide agit.

Secundo libro de varijs luminibus, quæ artifices graphidi adhibent, de recessuum & umbrarum distinctione, siue discretionem. Iterum de necessitate boni modi prius addiscendi, de picturis quæ eminent, aut aspectui occurrunt, de quæ ijs partibus, quæ occultantur, quæ ab Italis nominantur Scurzi, quasi decurtationes. De hominis mensura ex antiquis statuis desumpta, de quæ illorum ideis facile formandis, de reliquis ad Graphidem necessarijs, de distinctione, & varijs colorum speciebus, eorumq. natura, mixtione, & vfu. De linteis, parietibus, tabulis aptandis ad picturas inducendas. De coloribus quibus oleum admiscetur, de quæ eorum compositione, ac tritione, ne inuicem confundantur, aut ledantur. De necessitate historicae notitiæ, ac prudentie Pictoris.

Tertio libro, de distinctione atque conuenientia Picturarum pro ratione locorum, & qualitate personarum. De industria pingendis basilicis, concamerationibus, & fornibus, & quas vocant Itali Tribunas; de Sacellis item, quæve in ijs pingenda sint. De ornamentis, quibus antiqui bibliothecas exornabant. De antiqua ratione, ac consuetudine pingendi cœnacula, & cellas Religiosorum, atque Sanctimonialium. Quæve in ijs & à quibus pingenda sint. De picturis in palatijs, de quæ bonorum artificum exemplis, de varijs ornamentis, de varietate, proportionem, picturarum, & ornamentorum, vt quibusque sint vfu: de expressione vultuum naturalium (vt aiunt) quæve causa sit, cur qui præstantiores sunt in graphide, hi interdum minus id afsequantur. De Chimæris, quas vocant grotesche, quoniam modo pingenda sint. De Picturis in hortis, villis; quæve insinuanda sint Pictoribus, qui picturas ex ære, vel ligno excisas imitantur; quid in scalis, atrijs, museis, hypocauftis, balneis, & alibi sit pingendum. Quid item in frontibus templorum, quidve Prisci in frontibus domorum pingebant, quidve nobis esset in nostris pingendum, quæve colores maximè huic picturæ generi quadrent. Quibus virtutibus ac dotibus præditus esse debeat Pictor. Addunt exempla celeberrimorum Pictorum veterum atque recentium: è quibus artifices perfici animo, & arte possint.

Tertio libro addit appendicem, qua Auctor purgat sese eorum, quæ sibi obijci possent.

Et hæc quidem hi. Veruntamen quæ Gabriel Paleottus Cardinalis zelo erga suum Archiepiscopatum impulsus, pio de ima-

ginibus libro egit, eiusmodi sunt, vt nemo futurus sit Pictor, quem paniteat eum attentè legisse.

Ioannem Andream Liliam, & Bartholomæum Ammanatum Architectum, & Sculptorem Florentinum alia de rectè pingendis imaginibus præcepta tradidisse. Cap. XXIII.



Vin etiam ante istos, quos commemorauimus, Ioan. Andreas Lilius Fabrianensis Dialogum Alexandro Farnesio Cardinali, & Bartholomæo Ammanato Florentino insignis Sculptor, & Pictor epistolam Academicis Graphidis, qui sua in Patria degunt, emisit. Dialogo Lilius errores, atque, vt ille Italice vocat, abusus, qui in pingendis historijs committuntur, expendit. Agit deinceps cordatissime de extremo Iudicio, quod uir aliquin præstans, de quæ alijs imaginibus, quas alij in Principum etiam Sacellis interdum pinxere: quibus lucubrationibus adtexit, quales esse debeant imagines sacre. Inter alia uero hæc tradit lectu, & obseruatu dignissima.

Vitruuium ingemuisse, homines, qui uere naturam imitari debuissent, fabulosa commentos fuisse, quæ natura ipsa nequeat efficiere. Horatium item de Poetis quibusdam ea monuisse, quæ huiusmodi Pictoribus quadrent.

Pictoribus, atque Poetis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Scimus & hæc veniam petimusque, damusque vicissim. Sed non ut placidis coeant immitia: non, ut Serpentes auibus gementur, tigribus agni.

Prudentem itaque artificem debere sese personæ, temporis, loco accommodare. Nec uero decere, ut Delphines, aut homines, columnas, aut pyramides, & obeliscos fulciant, resq. confundantur. Fictum à fabuloso distare. Fictum id esse, quod uel referat uerum, uel uere id queat exprimere. Fabulosum esse, quod cum in rerum natura non sit, ne fictioni quidem conuenit. Pictori autem historico adhuc circumscribendos certiores terminos, quàm Poetæ: quod historia suis legibus sit astrictior, quàm Poetis, quæ solutior est. Si pictura (ut S. aiebat Gregorius) indoctorum est liber, ecquid è falsa hanrietur lucis? Suum igitur cuique dandum, ut seruetur decorum. Ac uero etiam faciendum, quod idem inquit Poeta.

In Pictore prudentia requiritur. Fictum à fabuloso distat.

Pictura indoctorum liber est.

Atatis

Actatis cuiusque notandi sunt tibi mores, Mobilibusq. decor naturis dandus, & annis.

Pictores magis naturales affectus exprimunt, quam Poete.

Quæ cum ad Poetas attineant, pertinent quoque ad Pictores, qui penicillo naturales affectus exprimunt, quam Poete. Quamobrem quod ait Horatius huc facit: Intererit multum Danusne loquatur, Erostræ Maturus ne senex, an adhuc florente iuuenta Feruidus: an matrona potes, ac sedula nutrix: Mercator ne vagus, cultor ne virentis agelli: Colchus, an Assyrius: Thebis nutritus, an Argis.

Plin. lib. 35. cap. 9.

Timæthis ars in exprimendo patris dolore.

Id uero effici posse ex eo nos doceri, quod à Timanthe Zeuxis tempore factum est. Eius enim erat Iphigenia Oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, cum mestos pinxisset omnes, & tristitiæ omnem imaginem consumpsisset, patris uultum uelauit, quem digne non poterat ostendere: itaque omnibus eius operibus intelligebatur plus, quam in ijs fuerat pictum. Quod ipsum Poeta quoque planius attigit, in quiens.

Format enim natura prius nos intus ad omnem Fortunatū habitū: iuuat, aut impellit ad irā: Aut ad humū marore graui deducit, et angit: Post effert animi motus interprete lingua. Si dicentis erunt fortunis absōna dicta, Romani tollent equites, pedesq. cachinnum. Sed & antiquissimè in Ecclesijs pingebantur, & sculpebantur imagines sacræ, eo modo, quem Prudentius describit his uersibus.

Prudentius hymno 9. de icona Cassiani Corneliani martyris, ficta, & celata.

Erexi ad celum faciem, stetit obuia contra Fucus colorum picta imago Martyris. Plagas mille gerens totos lacerata per artus, Ruptam minutis preferens punctis cutem, Innumeri circum pueri (miserabile visu) Confossa paruis membra figebant stilis. De altera autem icone sic idem sacer Poeta habet.

Prudentius hymno 11. de icone Hippolyti martyris picta.

Exemplar sceleris paries habet illitus, in quo Multicolor fucus digerit omne nefas. Picta super tumulum species liquidis uiget umbris Effigians tracti membra cruenta uiri. Atqui etiam non sacras imagines quam ad uinum exprimebant prius artifices, Claudianus sequenti carmine indicat.

Ex Claudiano.

Aspice sudantes venerando pondere fratres, Diuino meritis semper honore coli. Iusta quibus rapida cecidit violentia flamma, Et mirata uagus repulit Aetna faces. Complexi manibus fultos cernique parentes, Atollant uultus, accelerentq. gradus.

A Grandæni gemina sublimes prole feruntur, Et cara nates implicuere mora.

Nonne uides, ut saeva senex incendia monstrat? Vt trepido genitrix inuocet ore Desam? Erexit formido comam, perq. omne metallum Fufus in attonito palluit ore color In iuuenum mēbris animosus cernitur horror, Atque omen metuens, impanidusq. sui. Reiectæ uento chlamydes, dextram erigit ille, Contentus laua sustinuisse patrem. Ast illi duplices in nodum colligit uinas, Cantior in sexu debiliore labor.

B Hoc quoque prateriens oculis ne forte relinquant, Artificis tacitè quod meruere manus, Nam consanguineos eadem cum forma figuret, Hic propior matri, sit tamen ille patri. Dissimiles annos solertia temperat artis, Alter in alterius redditur ore parens. Et noua germanis paribus discrimina præbēs, Diuisit uultus cum pietate faber.

O bene nature memores, documenta superne Iustitiæ, iuuenum numina, uota senum. Qui spretis opibus medios properastis in ignes, Nil præter sanctam tollere caniciem. Haud equidem immerito tantas uirtute repressas Enceladi fauces obriguisse reor.

Ipse redundatē frenauit Mulciber Aetnam, Laderet exempli ne monumenta pij. Senserunt elementa fidem, pater affuit aether, Terraq. maternum sedula iuuat onus. Quod si notus amor prouexit in astra Lacones, Aetneam Phrygio raptus ab igne pater: Si uetus Argolicos illustrat gloria fratres, Qui sua materno colla dedere ingo: Cur nō Amphinomo, cur nō tibi fortis Anaphi Aeternum Siculas templa dicauit honos? Plura licet summa dederit Trinacria laudi, Nouerit hoc manus se genuisse nihil. Nec doleat damnis, quæ deuus intulit ardor, Nec gemat exustas igne furenti domos. Num potuit pietas flamma cessante probari? Emptum est ingenti clade perenne decus.

E Atqui errant Artifices, cum qui latrones unā cum Domino Crucibus affixi fuerunt, eos non clauis, sed funibus uinctos pingunt: quod quidem fit ex Ecclesiasticæ Historiæ ignoratione, neque enim inter Cruces, quas effodi iusserat Helena Constantini Imperatoris Mater, quicquam discriminis fuisse compertum est: Cum item Io. Baptistam molli pelle, cetera nudum; cumq. ad præseppe Iosephū, & apud CHR IST I Crucē Petri Apostolum

Pictorum error in pingendis latronibus cum Christo crucifixis. Varij pictorum circa Sanctorum imagines erroneæ.

stolum decrepitos: cum semper Ioannem Apostolum imberbem; cum Mariam Cleophaæ, & Alphæi, ac reliquas Marias CHRISTO patiente, adolescentes, quamuis iam hę plures filios peperissent, qui quidem iam essent Apostoli; cum Magdalenam ad inum Crucis hærentem, at gemmis, & pretiosis uerbibus ornatam, aut feminudam etiam super aris; cum sanctum Franciscum egregie depexum, expolitum, elegantem; cum sancto Hieronymo Cardinali tum rubrum, quo nondum uerterentur Cardinales, galerum tribuunt, quę uidelicet Innocentius Quartus Pont. Max. octingentos circiter post annos inuexit, cum denique (qui error latissime irrepsit) CHR IST VM Saluatorem nostrum nesciunt, aut nolunt patientem, ac non habentem (vt inquit Propheta) speciem, neque decorem, pingere, qualem monstrauit populo post dirissimam illa flagella Pilatus inueniens. E C C H Homo: qualem uel summo in marore, & angustia Cruci affixum omnes conspexere.

Pileo rubro à quo tempore uis Cardinalis.

CHRISTVS quomodo pingendus.

Et quidem si queratur, cur in CHR ISTO illa non expriment, respondent, arti inferuendum esse, ut hæc in primis agnoscat. hoc uero sese consequi, cum Dominum pulcherrimum, atque elegantissimum pingunt. Ceterum quem Christum, eximius alioquin Pictor Frater Sebastianus, in Monte aureo, in Vrbe pinxit columnæ alligatum, & flagellis caesum, hæc eadem flagella potius è gossipio, aut molli lana, quam è duriore materia fuisse dixeris. Ac tamen non desunt varia CHR IST I Domini ætates, atque mytheria, quæ plusquam satis futura sint arti indicandæ, siue infantem I E S V M nasci, circumcidi, à Magis adorari, in Iordane baptizari, siue resurgentem, uel discipulis apparentem, uel ad Cælos ascendentem cogitemus, ac proinde eum, qualis tum fuerit, pingamus.

Fr. Sebastiani Carthusius in monte aureo flagellis caesus.

Varij Christi ætates artem pictoris indicant.

Laocoontis statua excellens.

Martyres quomodo pingendi.

Sanè uerò quando in ueterum gentium statu acerbitas illa doloris exprimi potuit, quemadmodum in Vaticano Laocoonte cernitur, tantum non expirante, ac præ dolore se, filiosque serpentibus uinctos dirissimè torquente, quis neget id effici posse in eo, in quem omnium dolorum, ac diritatum genera omnia irruerunt? sic ergo Blasium pedibus ferreis excarnificatum, Sebastianum pluribus sagittis confossum: Laurentium in craticu-

A la torridum, lacerum, uisceribus diffusis, deformem pingendum esse, nemo sanæ mentis non dixerit. Quorsum autem mihi obieceris Stephanum lapidatum sine lapidibus. Blasium integris membris, ac formosum, in equuleo sine sanguine, Iacobum Apostolum sine fuste in capite, Sebastianum sine sagittis, Laurentium in igne candidum? Sanè quoniam (aiunt) ars, & musculorum, atque uenarum monstratio, postulant, ut ita fiat. At ego summam esse artem constantissimè assero, quæ rem ipsam imitatur, martyria in martyribus, stetum in stentibus, dolorem in patientibus, gloriam, & latitiam in resurgentibus exprimat, & in animis figat. hæc nimirum substantia artis est: hæc, quæ arti formam indit, quod uidelicet inspectione dignum est.

Ars pictoris in imitatione rei præcipue consistit.

Sed cur hæc non assequantur Artifices, dicam postea, certissimamq. rationem ostendam, unde summo cum merito possint efficere. Interea uero cauendum est, ne, quod de libris Apocryphis diximus, quibus infantia Saluatoris, miraculave falsa asferuntur, ea pingantur. Quare & Theologi, ac quidem in rerum sacrarum historijs apprime uersati consulendi de tota re sunt, priusquam tabulæ manum Pictor admoueat.

Cautio quædam pictoribus adhibenda.

Ceterum quæ in Iudicio extremo picta sunt ab aliquibus, ea Lilius ita expendit, ut cum de personarum decore agat, pleraque notet, quæ secus uidentur pingenda fuisse: neque enim probat CHR IST I picturam se quasi è Cælo præcipitantis, & Paulo apparentis sine grauitate, ac decoro, sine maiestate ea, quæ Dei Filium, Regemque ipsum Cæli, Terraque decue-

CHRISTVS cum grauitate & maiestate pingendus.

Conuersio Pauli quæ artem reuertentem? quicquid.

rat. Quare nec animos ad pietatem non promouet, neque deuotionem gignit, ac crudum nescio quid sapit. Quis uero non item improbauerit Angelum Virgini Beatissimę CHR IST I Incarnationem annunciaturum, capite prono tanquam columbam uersus Terram deuolantem, ac ruentem, quasi è sacco excuteretur? quis æquo animo ferat (si æquus sit index) Paulum Apostolum luce illa circumfusum, ac cæcum, sexaginta propemodum annos ætatis ostendentem, cum nec ad dimidium peruenisset? quis in sacrę Passionis Domini mysterio non cupiat minus connitentes, ac non tantis conatibus, gestibusq. laborantes Angelos, & Crucem, Columnam, ac mytheria reliqua ægre sustinentes: quorum quidem nullo negotio quisque Cælum mouere, Solem regere, globum Terræ sustinere possit? dignius itaq. reuerentiæ, quæ Angelo debetur, plus dādum omnino est, quam arti, cum non è luce fumus, sed ex fumo lux sit haurienda.

Est igitur tanti Iudicij mysterium sic exprimendum, ut maximo cum pauore spectetur, quemadmodum Prophetę, Euangelistę,



geliste, ipse Dominus IESVS, & Patres in eo describendo, Ecclesia in prænuntiando curarunt, & curat.

Bartholomæus Ammanatus. Iam quod ad Epistolam BARTHOLOMÆI AMMANATI pertinet, dicam primo, cur emisit: mox quæ sint illius præcepta. Ad sculpendas statuas, vt erat non solum Architectus, sed & Sculptor eximius, cum sæpe adhiberetur à Summis Principibus, non pepercit operæ: cumque nudas de more expressisset, nec vero deinceps, aut mouere loco, aut frangere potuisset, subiit illius mentem, ecquid denique ad posteros commodi, damnive è laboribus suis esset peruenturum: cumque obiectas oculis, nil, nisi speciem turpitudinis ingenerare animis intellexisset, errati sui culpam testari, ac deprecari constituit, vt simul testimonium posteritati restaret, ac stimulus, ne Sculptores, aut Pictores deinceps eandem semitam tererent. Quamobrem Moysem pulcherrimum Michaëlis Angeli Bonarotæ, aliasque illius statuas indutas vestibus proponit imitandas, nudas autem, & Satyros, & Faunos, & alia, quæ vel turpis vitæ, vel inhonesti desiderij perpetuum testimonium reddunt, constantissimè ablegat.

Imagines nudæ ableganda.

Ammanatus imitator Bonarotæ.

Quod vt efficacius suaderet, sibi autem in primis re ipsa Deum propitium redderet, statuit (CHRISTO miserante) sarcire damnum, quod è nudis illis statuis, quas olim effinxerat, inferri posset. Videlicet sciebat stare Diuinam sententiam, quam Domini præcursor edixerat, monens ut digni penitentia fructus fierent ab ijs, qui vellent futuram iram, atque æternos cruciatus effugere. Itaque Templum S. ipsi Ioanni, Florentiæ, suis sumptibus auxit, & sanctissimis imaginibus ornauit; ac quicquid rerum, uel pecuniæ è sua olim arte comparauerat, id omne tum in illud contulit, tum ipse & Laura coniunx ingentis pietatis, ut & ingenij femina operarijs Ecclesiæ alendis, sanctè diem obeuntes attribuerunt.

Et hæc quidè ita habent, quibus nos in Deum gloriam, & ad animarum salutem, capita, quæ plures ante annos conscripsimus, adijciendæ esse existimauimus, si prius dixerimus unde ad imaginem CHRISTI Crucifixi, Martyrumq. martyria recte pingenda iuari artifices possint.

Vnde Artifices Christi Domini patientis, & Martyrum tormenta scitissime, ac magno cum merito possint exprimere. Cap. XXVI.



Rimum autem id in confesso est, quo honestius, atque vtilius aliquid est, id etiam Diuinæ Maiestatì gratius, ac Reipublicæ solere iucundius accipere; cumque nihil vnquam CHRISTI Domini passione sanctissima, & inuicta Martyrum fortitudine vtilius fuerit, hæc expressa summam vtilitatem allatura.

CHRISTI passione, & Martyrum fortitudine nihil vtilius.

Præterea parturiendum esse partum, antequam is pariat; alioquin fit non partus, sed abortus: quæ cum ita sint, intelligat Pictor, sibi & oratione tamquam in resummi momenti, & in meditatione concipiendam esse non tam ideam futuri operis, quam sensum dolorum, quos Dominus IESVS, quique eum secuti sunt intrepide, olim perpetiebantur. Et nos quidem cum de Martyribus, primo huius Bibliothecæ Selectæ libro, quædam ex antiquo Patre attigerimus, pauca hic de CHRISTI Passione dicemus, præfati, sicuti Scriptori vitio verteretur, si dum vulnera, sudores, prælia, cruciatus narrandos suscepisset, musculos tantum, vel eiusmodi alia exponeret, sic maximo vitio vertendum esse Pictoribus, qui in CHRISTO patiente & in martyribus pingendis, minimam summæ rei rationem hæcenus habuerint.

Pictori non tam idea, quam sensus dolorum CHRISTI concipiendus.

Vt igitur funestissimus CHRISTI Redemptoris, ac vitæ nostræ Parentis interitus admirationem, & acerbum dolorem in alijs pariat, necesse est vt in Pictoris animo insit, vnde existat admirationis magnitudo, & impetus doloris erumpat. Si vis enim me flere, prius flendum est tibi ipsi, inquit Poeta. Atrocissimum verò spectaculum fuit, Deum intueri & morientem, & mori volentem. In eo diritas hominum, quæ vitam Vitæ ademit: In hoc amor erga homines incredibilis mori sua sponte volente perpendendus est: præterea iniusta infamie nota: tot tormenta, quibus caput, membraque omnia obiecit, vt à nobis omnia depelleret, quæ futura erant, æterna supplicia. Ad ludibria, ad ignominiam, ad omnem examinati vexationem, species etiam illa, qua natabant Diuino pauimenta sanguine, cum ab eo cuius animi magnitudo semper emergeret, in medijs ictibus, crepituque plagarum, ne minimus quidem, aut præ dolore gemitus erumperet, aut vox ad misericordiam implorandam audiretur. Hæc autem & reliqua suaserim, vt è Ludouici Granatæ, Francisci Costeri, Vincentij Bruni meditationibus de Vita, & Passione Domini, pictor intimis sensibus hauriat, ac priusquam ad tantum myste-

Quomodo circa passio. CHRISTI & Martyrum tormenta depingenda pictor se instruere debeat.

Quomodo circa passio. CHRISTI & Martyrum tormenta depingenda pictor se instruere debeat.

mysterium exprimendum accesserit, expiet animum Sacramentis. Quod autem hac in re, idem in reliquis eiusmodi faciendum esse dicimus. Porro hæc tenacius pectori infingentur, si sequentia nonnunquam legantur attentè.

A fucata species, è quibus sex adulteriorum, & errorum deriuata in animos adolescentum, pietati omnes aditus obstruxit. Altera, monstrosa nudarum mulierum imagines, Faunorum, & Satyrorum infames statuae, atque è terræ visceribus ipsa quoque idolorum eruta fragmenta; quæ in ædium frontibus, in turribus, in nobilium villis, in domorum penetralibus iterum locatæ, infausta illorum memoria renouata, qui æternis ignibus sunt addicti, Ethnicismum denovo statuerunt. Dum verò Sanctorum imagines, & sacra Domini mysteria, vel sine dignitate, vel ad libidinem potius, quam ad pietatem pingentur, vel pictæ inter salforum Deorum imagines, & statuas collocarentur, vera ipsa religio ex multorum animis paulatim sublata est. Cum autem futurum esset CHRISTI Domini aduentus certissimum signum, vt salforum Deorum simulachra penitus è terra eraderentur, ne vllus ijs cultus, vel honor haberetur; sanè qui eos rursus ad ornatum, & memoriam vsurpat, grauissima Deum ipsum afficit iniuria, ac CHRISTI lucem, quantum in se est, extinguit.

Imaginum aduentus signum certissimum.

Rationes cur Pictoribus, ac Plasticis, si salui esse velint, abstinendum sit à pingendis imaginibus, & efformandis statuis, qua lasciuia, vel salforum deorum memoriam renouent, amores item, atque insanias, aut ineptias Christiana Religione indignas sapiant. Caput XXVII.



Rima. Toto corde, viribus, mente diligendus est Deus, ac proinde maior eius gloria toto corde, viribus, mente procuranda est. Ideo enim docuit nos Filius Dei, vt oraremus, quod continenter facit Ecclesia, Sanctificetur nomen tuum: Adueniat Regnum tuum: Fiat voluntas tua. Id autem quantum sit, legat Pictor Romanum Pij Quinti Pont. Max. Catechismum, vbi de oratione Dominica.

At neque Dei voluntas sit in terra, sicut in cælo, nec sanctificatur eius nomen, neque regnum eius aduenit in animos hominum, nec gloria ipsius procuratur, sed obscuratur, ac demitur, quotiescunque per turpes imagines priuantur illa munditie, quæ sanguine stetit Filio Dei, cuius liuore sanati, & morte redempti sumus.

Turpes imagines gloria Dei obscurant.

Secunda. Cælitibus, qui sequitur AGNVM quocumque ierit, ingratißimum accidit, cum in omnia Vidente, vident; Ioues, Veneres, & alia immunda reuocari ab inferis: Quibus idolis in puluerem redigendis ipsum intrepidè sanguinem profuderunt, ne qua Diuino nomini restaret in Terris iniuria.

Cælitibus, per idolorum statuas, & iniuria.

Tertia. Satanæ quasi litatur à Pictoribus, cum species rerum effingunt, quibus castas è mentibus, quæ Dei sunt templa, cogitationes explodunt. Et Inferno ipsi ali-quod accidentale triumphus genus accedit, cum Dæmones sensim eo impudicarum imaginum fucò, tamquam hamo infelices hominum sensus in suam nassam pertrahunt.

Dæmonibus à Pictoribus per immundas imagines litatur.

Quarta. Dæmonibus ipsis cooperantur Pictores, tum vt hæreses Iconoclastarum latissimè serpat: tum vt carni, & sanguini Regnum amplissimè propagetur. Dæmones enim quo potissimum tempore abigi sese ex Indijs viderunt, cum Euangelio illhuc importato Pagodes, & reliqua sua simulachra cernerent à Christianis aboleri, duabus machinis Dei cultum in Europa euertere conati sunt. Earum altera fuere libri impudici, inanisque, ac falsæ philosophiæ

Dæmones quibus machinis in Europa Dei cultum euertere conati sunt.

Quinta. Pietati summorum Pontificum, ac sancto illi primorum Christianorum zelo re ipsa pictores aduersantur, cum salforum Deorum imagines pingunt: eæ enim, sicuti & statuae omnes, quæ Gentilium Deos referebant, partim Gregorij Magni Pont. Maximi, atque aliorum mandato Pontificum, partim à populis ipsius Christiana religione iam dudum imbutis, vel communitæ, vel disiectæ, vel terra obrutæ fuerant, vt nefaria superstitio funditus tolleretur, quando eam ab humani generis hoste non solum mordicus retentam, verum etiam varijs artibus ad ætatem ipsius Gregorij in Vrbe propagatam inde perspiciamus, quod Bonifacius III. qui aliquot annis post Gregorium Pontifex fuit, Pantheon Cybeli, ac reliquis Dijs gentium consecratum, à Phoca Imperatore impetrauit, vt ea superstitione liberatum, & expiatum MARIÆ Virginis Deiparæ dedicaret, quod certè fieri non oportuit, si nullæ omnino gentilitatis reliquæ superesse putabantur. Piè igitur, sanctèque tum Gregorius, tum alij Pontifices fecerunt, quibus ita mandantibus, ac suadentibus Populus Romanus Deorum signa vel euerit ipse, vel ab alijs euerit passus est, quorum pietatem Pius V. & Sixtus V. Pontifices Maximi sic imitati sunt, vt eorum alter ex ædibus Vaticanis huiusmodi statuas aliò amandare cogitauerit: Alter è turre Capitolina deijci iusserit.

Summorum Pontificum zelus in tollendis Gentilium statuis.

Bonifacius III. Pantheon superstitione gentili liberauit.

Populi Romani feruor in euerendis statuis.

Fuisse autem (inquit Bargæus) bonam, Ex Petri magnamque partem Deorum signa, quæ euerfa sunt, inde intelligimus, quod publicè nullis ferè statuae decerni consueuerant, nisi ijs, qui

Ex Petri Angeli barba episcopi ad Petrum Vmbarum.

Quibus sta-  
tua Romæ  
decerne-  
bantur.

qui propter præclara in Rempub. merita eo honore non indigni esse crederentur: priuatum autem, qui aut domi, aut in sepulchris, aut in hortis sibi, vel suis statuerent, haud sanè multos, nisi ex nobilitate, qui huiusmodi honorem sibi ambitiosissimè expetebant, extitisse, ex eo conijcere possumus, quod quæ hodie humi obruta reperuntur, omnes fermè vel Veneres, vel Apollines, vel Ioues, vel Mercurij, vel Bacchæ, vel Satyri, vel aliud quippiam huiusmodi sunt, quod aut ad eam superstitionem, aut ad aliquam gentilitatis fabulam pertinerent. Vt mirum videri non debeat, si in demoliendis, euertendisq. huiusmodi signis, quæ plurima erant, ea quoque humi deiecta sunt, quæ præstantibus virtute viris posita fuerant. Nam si ad delendum ex hominum memoria Deorum cultum in impietatis monumenta sæuendum erat, difficillimum profectò fuit cauere, ne vnà cum huiusmodi simulachris illustrum Virorum statua deijcerentur, quarum tamen ingentem numerum à Genferico Vandalorum Rege, vt in Africam, & a Constante Constantini, & Gregoræ filio, vt in Siciliam auerterentur, sublatum fuisse legimus: quarum illæ in mari Africo, hæ in freto Siculo aduersis tempestatibus demersæ sunt. Illæ etiam quæ in Adriani mole & plurimæ, & pulcherrimæ spectabantur, quo tempore Vitiages Gothorum Rex Romam obsidebat, in fragmenta ab oblectis diffractæ sunt, & in oblidendum, oppugnantorumque capita deuolutæ.

ecclesia no-  
mina Deo-  
rum in fe-  
riarum no-  
mina con-  
uertit.

Sexta. Sanctæ Ecclesiæ Spiritui, atque ideo ordinationi Dei resistitur: Ipsa enim in synodis, in suggestibus, in ministracione baptismi, quo Satanæ, atq. huius fraudibus abrenunciatur, id prohibet: nam & vt ne ipsa quidè Deorum nomina vsurparentur, in feriarum nomina conuertit, qui erant, Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris, Saturni, Solis, dies nuncupati. Cum autem fidei articulus sit credere vnã Sanctam, Catholicam, Apostolicam Ecclesiam, quam qui non habet Matrem, nec Deum habebit Patrem, Ecquis eam à Spiritu Dei certissimè regi credens non peccauerit, qui non solum ipsos Deos carmine celebrat, verum etiam ad delectationem & ornatum pingit, ac retinet?

Philoso-  
phi pictu-  
ras nudas  
prohibue-  
runt.

Quod si gentiles ipsi Philosophi, Plato, Aristoteles, ac reliqui picturas nudarum mulierum prohibuere, quod earum aspectu animi examinarentur, praua fouerentur desideria, & ad scelera proniores redderentur, ecquid Christianus Magistratus non faciat, cui Deus illuxit, tenebratq. illas ita dispulit, vt qui Christianus sit, lateatur oporteat, impium esse, qui asserat CHRISTVM cum Belial, Arcam Dei cum Arca Dagonis posse commorari.

Quin sanè omni honestati (ne dicam religioni) aduersatur vt nudorum hominum imagines mulieribus, harum autem nudarum, hominum oculis obuersionatur; cum si quis honesti aliquid in corde retineat, vix se ipsum conspiceret audeat nudum.

Iam verò hæc omnia, vt verè imitationi, sic & ipsi Pictorum conscientia contraria esse dicimus. Quis enim dum illa pingit, non cogitat turpia, non plerunquè incitatur ad libidinem, non sentit se incommodare Reipublicæ? Quod si ad consilium reuocauerit mentem; ac quidem Dominum IESVM, vel Beatissimam Virginem, aut Confessarios qui sincerissimi sunt consuluerit, num putas aliud sentiet, vel audiet, quam Apostolicum illud? Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

Et verò si fateri velint Pictores id quod res est, non negauerint aliqui expertos esse sese Satanæ artes, quibus ad sensus palcedos, seq. ipsos ad omne scelus irritandos ingenia, manus, penicillos conuerterent.

Certè Paulus tantus ille pro CHRISTO legatione fungens, cum mulieribus iubet velari capita propter Angelos à quibus conspiciuntur, ecquantum iussisset, ne membra, & corporis partes pingerentur, quas ipsa natura docuit tegi?

Addo. Cum Deus ipse Parentes nostros post innocentiam, atque iustitiam originalem amissam, vestibus pelliceis induerit, vt caro iam spiritui facta rebellis cohiberetur, qui sumus nos, qui putemus tanto cum rerum carnalium apparatu, nos Deo non displicituros, si dexteram nostram contra potentem eius dexteram ad lasciuia quæq. & impia adhibeamus?

Verumenimverò vt hæc omnia verissima sunt, Diuinamq. iram, & vitionem eò acerbiores merentur, quò ad posteros diutius peruenerint, ita vix dici possit, quantam Pictores ij & laudem, & pramium consequentur, qui posthac pietatem cum picturis coniunxerint, atque animos hac arte nobilissima ad virtutem, atque ad cælestia euerxerint.

Nuda ima-  
gines pi-  
ctori con-  
scientiæ con-  
trariæ.

Statua nu-  
da à Sata-  
na inuocet.

Deus pri-  
mus paren-  
tes vestiti  
voluit.

Pietas et  
picturis  
iungenda.

\*\*

FRAN-

CARMEN IN DEI PATRIS,  
ET EIVS FILII  
LAUDE M.

Francisci  
Bencij è  
Societate  
I. E. S. V.

**M**Axime regnator superũ, quem regia cali-  
Accipit aternis moderantè legibus orbẽ,  
Da Regi, & patrio donat qui nomine Regem  
Iudicis officium recti: da, iuris & equi  
Arbiter, aequato geminas examine lances  
Immota librare manu, populosq. tueri  
Iustitia monstrante tuos: ne paupere diues  
Plus ferat, atque inopem donis vicisse feratur.  
Quin nigros etiam colles, montesq. repostos  
Pax colat, Astra veniente renisere terras.  
Pauperibus sua iura dabit: nec pauperis antro  
Sub tuguri natis optata opulencia deerit:  
Et fandi fictor pendet pro crimine penas.  
Tuc tibi pro meritis summi reddetur honores,  
Dum referet Sol mane diem, dum vesper  
noctem  
Luna, sub hac serie variantes temporis auum,  
Perq. ortus obitusq. hominum se sacula trahet.  
Vt pluvia in tacitũ vellus descendit: vt imber  
Què pater immensum secundis nubibus ether  
In gremium terræ matris demittet, & astu  
Torrida iam dudum miserè morientibus herbis  
Desuper effusum transmittent præta vigorem.  
Hoc duce, Iustitia in terris orietur, & agros  
Pax teget undantes spicis, noua tempora donec  
Signabit varios inducens Cynthia vultus.  
Illius imperij, qua sese littus utrumque  
Porrigit, & fluuius terrarum terminat oram.  
Nullus erit finis: genibus, pedibusq. voluti  
Orabunt veniã Aethiopes: dein territus hostis  
Ore petet, lingetq. suo cum puluere terram.  
Nec minus & Cilicum, Reges, quæq. Insula  
ponto  
Obiacet, & Reges Arabum, Regesq. Sabæi

Dona ferent, dominumq. illum, regemq. po-  
tentem  
Agnoscent postro cuncti diademate Reges.  
Atque omnis venerata virum, gēs seruiet vni.  
Idem etiam gemitusq. inopũ, mista q. querelas  
Audiet, & sefos lacrimis, rerum omnium egenos  
Seruicio eripiet duro, certamq. salutem  
Afferet, & nexus soluet, culpaq. remittet.  
Nec viles volet esse animas, nomenq. suorum.  
Viuere fas illi: & donum prædiuitis auri  
Excipiet, quod mittet Arabs: ium vota precan-  
tum  
Semper, & in laudes certabunt ora canentum.  
Nec satis hoc: densa summis in montibus alid  
Cervicem attollent segetes, Libanumq. comantẽ  
Aequabunt fata: nec cedent nutantia ventis.  
Interea & latas vrbes florere videbis  
Ciuiibus, haud aliter quã picto gramine cæpos.  
Quid? quod & aeternum latè increbrescere  
nomen,  
(Filius hoc illi nomen) dum feruidus axem  
Sol circum conuertet equos, mirabitur orbis:  
Certus enim fore se tali sub Rege beatum,  
(Quæ regio in terris, quo sint discrimine gēes)  
Ipsius haud vnquam cessabit dicere facta,  
Quamq. potest, claris famã virtutibus addet.  
At tibi, qui generi Isacidum dominusque,  
Deusq. es,  
Et qui magna facis rerum miracula solus,  
Gloria digna manet, que nulli incognita saclo  
Omnia percurret tollentum laudibus ora,  
Atque omnẽ angusto complebit nomine terram.  
Sic ò sic Genitor. votorum hic terminus esto,  
Quæ quondam cecinit Dauid Iesacia proles.

FINIS.



ANTO-